
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST


3B. 18 —
15.–

682

IOANNIS SLEIDANI
DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ
CONTINVATIO

AB ANNO, VIDELICET SV-
PRA MILLESIMVM QVINGEN-
tesimum quinquagesimo sexto, ad no-
stra vsque Tempora,


*NON EX SVPERIORI EDITIONE ALE-
mannica, sed præsenti stylo Historico-politico ex optimis &
selectissimis aui scriptoribus & fide dignissimis manu-
scriptis Historicis summa fide ac labore col-
lecta atque continuata.*



PER

MICHAELEM CASPARVM LVN-
DORPIVM PHILO-HISTORICVM.

Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.



FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica viduæ Matthiæ Beckeri.
M. DC. XIV.

1555.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI,

SIVE,

COMMENTARIORVM DE STATV RELIGIONIS ET REIPVBLICÆ

Carolo V. Eiusdemve, in Romano Imperio, successoribus laudatissimis;

LIBER PRIMVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



IN primordio huius Libri de progressu Comitiorum Augustanorum agitur: vetusta consuetudo in expediendis S. Rom: Imperii negotiis: In Anglia viri aliquot literatissimi ob confessionem Euangelii comburuntur: Casale vrbs vna cum arce munitissima à Gallis intercipitur: Sebastianus ab Heusenstamm Moguntinus Archiepiscopus moritur: Seditio Antuerpiensis sedatur: Gonzaga à Caesare euocatur ex Italia in Belgium: Cadauera Buceri & Fagii effossa cremantur, quae tamen paulo post honori pristino restituuntur: Ferdinandus Rex cur ad Comitia Ratisponensia venire non potuerit: Rescriptio vrbis Zigeti: Nazufus Copanus praefectus in conflictu ab Helducco quodam caeditur: Ob-

1555. ceſſi in Zigetho à Ferdinando & Nadaſdo petunt auxilium:
robata & eximia virtus Marci Horuati: Ridiculoſus Ha
lis iocus propter occupatum à Chriſtianis Strigonium: Al-
bertus Brandeburgicus moritur Pfortzhemii: Guiſius ob
ſibi ſuiſque negatum commeatum Valentium occupat: De-
creta Comitiorum Ratisponenſium publicè, prælegantur.
Libelli ſupplices exulum Salisburgenſium: Bellorum diuer-
ſis in locis initium: Guiſius & Tiraldus Camplium expug
nant & cum incolis crudeliſſimè agunt: Ioannes Dux Pala
tinus moritur: Annona caritas in Belgio: Obitus Ioanni
Regis Portugaliæ: Rex Hiſpaniarum ex Anglia in Hiſpa
niam reuertitur: Belli Saxonico-Bremẽſis incendium: Gal
lorum prope Sanguintinum cædes maxima: Germanorum
militum in caſtris Philippi tumultus: Arx Hana à Gall
Hiſpano dedita: Germani ab Hiſpano deficiunt: Perſecut
Lutheranorum Lutetiæ Pariſiorum: Literæ Apologetic
Lutheranorum captiuorum ad Regem Gallorum Chriſti
niſſimum: Secundum ſcriptum Apologeticum pro Luther
nis Lutetiæ captiuis: Buaco Turcorum auxilio vtramq
Feſſam occupat: Turci Penonium occupant: Cherifii imm
nis in Sobrinos crudelitas: Cherifius ab Hazene & aliqu
ceratis confoditur: Callidum muliebre conſilium: Ha
Bucarus ſtrangulatur, & Abdala totum Mauritanoru
regnum in tuto poſſidet: Caletum à Gallis obſidione cin
tur & expugnatur: Ingens Gallorum ſtrages: Conuent
Electorum Imperii Francofurti ad Mœnum: Mors Eleon
ræ Cæſaris ſororis & VVolfgangi Palatini Principis: E
ſcopus VVirzeburgicus ſclopeti ictu necatur: Cædes q
rundam Nobilium Francorum Orientalium: Nuptiæ Fr
ciſci Delfini & Mariæ Reginæ Scotiæ: Franciſcus Otto
neburgicus moritur: Perſecutores Eccleſiæ diuinitus
niuntur: Andelotius ob religionis negotium capitur: I
den

denbosium à Gallis expugnatur & Petrus Strozza in eadem obsidione occumbit: Dunkerka à Gallis expugnatur ac diripitur: Tumultus Parisiensis ob Psalmorum aliquot Dauidicorum cantionem: Studiosus quidam à Pontificiis Lutetiæ crudeliter occiditur: Pacificatio inter Hispanum & regem Franciæ: Obitus Reginaldi Poli Cardinalis: Tyrannis ac immanis crudelitas Pontificia in Cardinales aliquot Pacificos: Aloisius Priulus Poli heres: Carolus V. moritur in Hispania: Iulij Cæsaris Scaligeri obitus ac Elogia, eiusdemue familiæ vetustissimæ ac nobilissimæ descriptio: Literæ intercessoriæ Germanorum Principum pro reformatis in Gallia captiuis: Matrimonia inter Regem Hispaniarum: Sabaudum & Reginas Franciæ: Henricus Rex Franciæ in arena grauiter læsus occumbit: Burgaui ob confessionem Euangelii damnatur, eiusdem summa constantia, patria itidem, studia, munera publica ac mors: Obitus Christiani & Christierni Danorum Regum: Elisabetha in Reginam Angliæ creata: Liuoni à Rege Poloniæ contra Moscos auxilia petunt: Hæresiarchia Dauidis Georgii mirabiliter detegitur atque punitur: Reformati in Hispania cremantur: Guisiorum in aula Francica potentia: Ærarium Regio-Francicum qua arte à Guisiis mirum in modum auctum sit: Mendacium de Regis Franciæ aduersa valetudine spargitur: Maximæ persecutiones Lutheranorum in regno Galliæ: Lutherani nouo ac exquisito artis genere in Gallia explorantur, ac tandem Philippus Rex Hispaniarum facto naufragio ingentis pretij supellectilem amittit & postmodum Lutheranos grauissime persequitur. 1555.

1555. *Comitiorum Augustanorum progressus.*



Arolum, huius nominis Quintum Sacri Romani Imperii Septemuiros ac Principes, elapso sesquianno proximo ad solemnia Comitia Augustana, literis & edictis publicè adfixis non dumtaxat semel inuitasse, non vno loco diximus. Sed cum diuersimodæ S. R. Imperii curæ, bella itidem ac aduersa valetudo à publico ac necessario hocce totius Christiani orbis negotio suæ Maiestatis præsentiam impedierint, tota in hoc incubuit, quin Regi Ferdinando fratri Germano vniuersam hanc Imperii molem committeret. Iccirco cum Electores ac reliqui Imperii ordines, ad prædicta Comitia Augustam iampridem euocati fuissent, Ferdinandus 29. die Decembris Augustam ingreditur, Ordines Imperii ibidem supra integrum ferme mensis spacium expectat, ac tandem 5. die Februarii propositiones, ad quarum normam omnes Imperii actiones dirigerentur, de more ac consuetudine Romani Imperii, publicè præleguntur: Quamuis autem nullus Electorum, cæteri vero Imperii Principes vili ac perpauco numero comparuerint, nihilominus Ferdinandus Rex Comitiis, hoc pacto, feci initium. Quoniam autem in pacificatione Patauica superioribus duobus annis & sex mensibus, vnanimi Ordinum, tum præsentium, consensu, decretum, vt proximis Comitiis controuersiæ Christianæ Religionis, animo Christiano ac pacifico, prima vice, componerentur; Vniuersalis pax & communis omnium tranquillitas Sacri Rom. Imperii non solummodo constitueretur, verum etiam pro-

pag

pagaretur & ab omnibus pro virili tueretur: Et deniique omnes reliqui defectus & cætera Imperii grauamina tollerentur: non paucis eadem placuit sententia, vt omnia hæcce Romani Imperii negotia, iuxta modo præscriptum ordinem, diiudicarentur. Quamuis autem Consiliariis ac Legatis Electoralibus præfixa meta non arriserit, nihilominus tamen ab vtraque parte vnanimiter deinceps conclusum, vt imprimis & ante omnia Imperii grauissima negotia, de Pace non ficta & infallibili deliberaretur, vt postmodum etiam & Religionis negotium eo commodius & maiori cum emolumento tractaretur; Ne autem istud prorsus negligeretur, & successu temporis, cæteris plane postponeretur, sed vnum negotium cum altero promoueretur; ideo tres Principales Rom. Imperii Consiliarii (, Quilibet autem peculiari ac singulari suo loco.) primò tractare cœperunt & quidem hūc in finem, vt vtraque pars, ob diuersam Religionem in Imperio, pacifice viueret, nec ob id alter alteri vllam molestiam strueret: Secundò, vt vniuersalis Pax & communis tranquillitas in omni Politico regimine retineretur, & contra irrequietos fœdifragos tueretur; Constitutiones Imperialis iudicii ad meliorem statum redigerentur: Electorum, Principum ac reliquorum Rom. Imperii Ordinū grauamina, quæ in Comitiis Patauicis per Mauritium Electorem Saxoniæ Cæsari, in specie exhibita & declarata fuerint, necessario tollerentur: Publica sanctio de moneta sedulò obseruaretur: ac denique vt communis status politicus denuò reuideretur, & vrgente necessitate, corrigeretur. In- 1555.

1555. terim indictus conuentus Ordinum Francofurtensis, propter hæc Augustana Comitia, postponebatur, quamuis non pauci Legatorum expressa cũ instructione & Dominorum suorum mandatis ad eundem ablegati fuerint.

Verum cum in præsenti tractatione & consessu Imperii Ordinum, de pace Religionis deliberaretur, subito non leuis controuersia inter protestantes & Pontificios exorta est: Contendebant enim Augustanæ Confessionis Asseclæ, quemlibet Archiepiscopum, Episcopum siue alium quempiam Prælatum, postquam, repudiata Religione Pontificia, ad Lutheranorum partes transiisset, sine obstaculo & vlla quapiam remora, administrationem suam Episcopalem & Imperium in subditos retinere posse: Sed hæc protestantium opinio, aduersæ parti Pontificiæ, imo & ipsi Ferdinando Regi adeo displicuit, vt crescentibus inuicem diuersimodis ac contrariis opinionibus, comitia, præter expectationem omnium, procrastinata fuerint.

Vetusta consuetudo in expediendis Imperij negotiis.

In peragendis autem Imperii negotiis, vetus ista ac recepta consuetudo, ad hodiernum vsque diem incorrupta permanet. Primo enim cum propositiones de quibus in Comitiis instituta est tractatio in præsentia Romanæ Cæsareæ vel Regiæ Maiestatis, hisce autem absentibus, per inlustres earundem Commissarios, præsentibus Electoribus, Principibus & cæteris Imperii Ordinibus ac absentium Dominorum Legatis, in loco ad hoc negotium publicè destinato & omnibus patente, promulgatæ & detectæ sunt: Electores

præ-

præsentes vel absentium Commissarii, proxima occasione in peculiari quodam palatio quamprimum conueniunt, & commissa ac in propositionibus tradita Romani Imperii negotia perpendunt, & de vno quoque singillatim tam diligentem deliberationem instituunt, quo tandem præconceptas suas opiniones (si forsitan contentio vel dubius quispiam scrupulus inciderit) amicè componere & rursum conciliare queant. Spirituales autem & seculares Principes, vel absentium horum Legati, Comitum itidem, Baronum ac ciuitatum Imperialium Commissarii, in aliis, sed cuilibet attributis, conclauibus conueniunt, ibidemue seorsim de Romani Imperii negotiis similiter deliberant. Ex quibus liquet Senatum Principum duobus subselliis esse distinctum, Spiritualem nempe vno, secularem altero, quemadmodum & ciuitatum Imperialium Consiliarij Rhenano subsellio vno, Sueuo altero inuicem seiunguntur. Verum enimuero cum propter copiam personarum, Senatus Principum quandoque nimis amplus sit, non raro fit, vt pro ratione temporis & rerum promotione, certus quidam ex iis constituatur delectus, qui facta diligenti rerum gerendarum ponderatione, sua vota literis consignata compræhendit, ad quæ postmodum cæteri Ordines ex Consilio Principum, respondent, & pro ratione rei & mandati suorum Dominorum, vota suà coniungunt, totamque totius negotii tractationē vnanimi cōsensu concludūt. Quo facto & insuper Electoraliū Cōsiliariorū, de suscepto Imperii negotio, colloquio interim finito & inuicē vnito, omnis 1555

1555. omnium Principum Consiliarii, tempore ad id ab vtraque parte destinato apud Electorum Consiliarios conueniunt, atque in medium adferunt, quatenus nimirum propositam actionem secum perpenderint, & demum vnanimiter vota sua cæteris coniunxerint: Econtra Electorales Consiliarij etiam suam opinionem & habitam, de præsenti negotio, deliberationem breuiter repetunt, quæ si in vno vel altero articulo minus consentiat, præmisso inuicem Colloquio & iterata diligenti ac matura deliberatione, quo pacto videlicet, vtraque Pars conciliari possit, plærumque, propter instantem necessitatem ad mediocrem concordiam se accingunt. Vnanimi hacce Electoralium ac Principalium Consiliariorum assensione impetrata, etiam Comitum, Baronum ac ciuitatum Imperialium ad Comitia delegati (qui interim nihilominus de proposita actione seorsim deliberationem instituerant) accersuntur, iisdemve proponitur, quid nimirum in præsentibus Romani Imperii negotiis, à Consiliariis Electorum & Principum decretum ac conclusum sit: Qui quidem hisce votis plerumque acquiescunt, nihilominus tamen hac adnexa cautela, vt suarum Ciuitatum immunitates, peruetusta Cæsarea Priuilegia ac alia Regalia sarta tectaque conseruentur, nec vllo modo per eiusmodi Conclusiones labefactentur vel tollãtur. Quicquid igitur in qualibet, per publicas propositiones, renunciata, secundum constitutiones Imperii diiudicata ac necessario ponderata & ad amussim examinata causa conclusum est, illud omne Cæsareæ vel Regiæ Maiestati, vel (absentibus illis) eo-

rundem

eundem delegatis Commissariis diligentius inquirendum obfertur, quorum vberior Explicatio postmodum à quibusdam Imperii Consiliariis perlegitur, & si quid vel in excessu vel defectu in eadem peccatum fuerit, corrigitur: Postremo vero accurata diligentia summaque amanuensium industria in pergameno literis depingitur, sigillo (vt in fine cuiusuis digressionis Imperii videre est) munitur & demum in omni forma, prout in propositionibus antea factum est, rursum publicè omnibus prælegitur. Ad varias autem variorum, Nobilium & ignobilium, supplicationes quod attinet, quæ plærumque in Comitiis obferuntur, ne per istas grauiora Imperii negotia impediantur, quidam Imperii Ordinum Legati ad istud munus exequendum constituti sunt: Decreta autem illorum quandoque, pro ratione aliorum negotiorum, in congregatione Electoralium & aliorum Principum Consiliariorum perleguntur: Si autem forsitan Ordinum Imperii vel eorundem subdelegatorum iudicia, extra Senatum supplicationum, sinistrè accipiantur, tamen amicis interlocutionibus rursum componuntur, & Ciuitatum Consiliariis, vt & reliquæ controuersiæ Imperii, denuo proponuntur. 1555.

Initio Februarii, Clarissimi quidam Theologi ob constantem Euangelii confessionem, in Anglia cremabantur: & quidem 4. die Ioannes Rogerus Londini, octauo Ioannes Hoperus Episcopus Clocestrensis, Laurentius Sanderus Couentriæ ac denique Carmandę Robertus Ferrarius Dauidensis Episcopus, qui omnes mira constantia, sub assi- *Literatissimi viri in Anglia ob confessionem Euangelii comburuntur.*

1555. dua inuocatione diuini nominis, tandem ſpiritum exhalarunt. Sub exitum vero huius menſis Ioannes Albertus Dux Megelburgicus, Ducis Alberti (qui ante octennium vitam cum morte commutauerat.) & Annæ Marchioniſſæ Brandenburgicæ, Ioachimi itidem ſecundi huius nominis, Electoris, ſororis filius, Wiſmariæ nuptias celebrabat cum Anna Sophia, Alberti ſenioris Marchionis Brandeburgici, & primi Ducis Pruſſiæ, filia, quæ quidem ex Domini ipſius parentis priore coniuge, Domina Dorothea, Friderici primi Regis Daniæ &c. filia, prognata fuit: Ad haſce nuptias non exiguus numerus Principum confluxit, vtriuſque partis adfines & propinqui, qui magno ſodalitio ſuorum Aulicorum ac Nobilium ſtipati, nuptias admiranda pompa Principali concelebrarunt.

Caſale vrbs vna cum arce munitiſſima à Gallis intercipitur.

Interim, tertio nimirum die Martij, Dominus de Briſſaco, Heinrici II. Gallorum Regis Vicarius Piemontius, Metropolim Marchionatus Montferratienſis, nomine Caſale, Hiſpanorum ac Germanorum militum, præſidio tum temporis munitam, nocturno tempore conſcendit & ita ex inſidiis, hoſte nihil tale metuente, cepit, paucis autem interiectis diebus eiuſdem ciuitatis arcē munitiſſimam, per vim, Gallorum poteſtati ſubiecit: Quo euentu proſpero animoſior factus, ita vt interuallo trium menſium longe lateque omnia deuaſtaret, arceſque ac vicos quamplurimos, inter quos etiam Valenza & S. Saluatore erant, diriperet ac incenderet, ne forſitan hoſtis, ſi vires ſuas recolligeret, Gallis nocere & ciuitati Caſali annonam, ex muni-

menti

mentis hisce, posset intercipere, Gallosque denique in summum discrimen adducere. Sexto autem huius mensis Electores, Saxo, Brandeburgicus & Landgrauius Hassiæ, Naumburgi, quod oppidum est Thuringiæ & Electoris Saxoniæ, ad renouationem communis hæreditatis conuenerunt, ibique per literas Carolo Quinto Romanorum Imperatori & Ferdinando Regi, Cæsareæ Maiestatis fratri Germano significarunt, qua de causa nimirum conuentum hunc instituerint, profitebantur simul in iisdem literis, se ab agnita & semel accepta Religione Augustanæ Confessionis ne transuersum quidem vnguem discessuros: Quocirca Cæsaream ac Regiam Maiestatem sese obnixè rogare, vt pacificationis Patauicæ memoriam nullo vnquam tempore sepelire velit, esse sese pacis studiosissimos & amantissimos Principes; Quare ne tam facile, Cæsarea ac Regia sua Maiestas, pacis aliquot turbatoribus, qui nil nisi ad extremam Germanicæ Nationis perniciem & interitum intenti essent, fidem habeat: quemadmodum etiam in forma simili, Augustus Dux Saxoniæ & Rom. Imperii septemuir, per suos ad Comitia Legatos, Regiæ Maiestati, in specie & pro sua persona proponi curauerat. Die 18. Altæ villæ in Ringouia, supremum claudebat diem, Sebastianus Archiepiscopus & Elector Moguntinus, Princeps literatissimus, &, vt aiunt, Doctor Iuris, qui in casibus controuersis ab ineūte virili ętate non exiguam Iuris hauserat scientiam, ita vt ex tempore & in prōptu ex tricis controuersi iuris se, absq; molestia, expedire posset: Cui Paulo post in Archiepiscopatu

1555.

Sebasti[anus] ab Heusen[stamm] Archiep[i]scopus M[o]guntin[us] moritur.

ac Ele-

1555. ac Electoratu, per legitimam Capituli, vt vocant, electionem succedebat Daniel Brendel ab Homburgk, acutissimi ingenii Princeps in grauissimis actionibus. Dum hæc geruntur, inopinata oritur in Heluetia contentio, imprimis autem in finibus Mediolanensibus & finitimis locis: Cum enim quidam Heluetii Religionem pristinam mutassent, & pro lubitu suo, Concionatores Euangelicos ad suggestum promouissent: Quinque loca confœderata & alii Pontificiæ religionis cultores id illis nequaquam permiserunt, quanquam pars aduersa statueret vt sibi, quoniam Magistratui debitam obedientiam præstaret, liberum etiam Religionis exercitium liceret: Cum autem neutra pars alteri cederet, & verendum erat ne vtrimque exacerbatis animis, maiores inde motus orirentur, loco cedere & ad Euangelicos migrare, cum vxoribus & liberis iussi sunt: Plærique autem Tigurim profecti sunt, vbi, vt & in aliis locis Euangelicis, Christianæ ac fraternæ eleemosynæ ad exulantiũ subsidium passim collectæ sunt. Tum temporis etiam Antuerpiæ, propter tributum & peculiarem emptionem cereuisiæ, non leuis seditio bis exorta est, sed cum aliquot Germani milites (qui ad vnũ dumtaxat miliare ab vrbe quieuerant) de seditione ista aliquid inaudiissent, tota nocte ad vrbem festinant summoque mane portas occupant, vigiles repellunt & armata manu, non sine ingenti metu ac consternatione ciuium, vrbem occupant: quo facto quinque ex Principali tumultuantium numero, aliis in exemplum, capite plectuntur, & motus isti intestini, absque vlteriore fusione sanguinis,

Seditio Antuerpiensis sedatur.

hoc

hoc modo componuntur. Paulo post Maria Regina, Romanorum Imperatoris soror, & eiusdem Maiestatis in hæreditariis suis ditionibus Burgundicis vicariam potestatem habens regia pompa Burgundiæ ingreditur adducto secum magno militum numero, cui tamquam ductor ac primipilus, Martinus à Rossen præfectus est IIXX. Die Martii, Heinrico II. Gallorum Regi, filiolus natus est, qui quidem ab initio in fonte sacri Baptismatis, Hercules, postmodum autem, pro hodierno more regiorum liberorum, mutato primo nomine, Franciscus nominatus est: Est autem hic Franciscus ipsissimus Dux Alenconius, quem certis conditionibus ac pactis, Ordines Belgici, tamquam Ducem Brabantiæ ac Comitem Flandriæ, susceperunt. Eodem fere tempore Ferdinandus Gonzaga, qui per aliquot annos Ducatui Mediolanensi tamquã Vicarius præfuerat, à Cæsare in Belgium euocatur, & in eius locum Dux Albanus, loco Gubernatoris & Summi Imperatoris exercitus Italiæ substituitur. Feruntautem Gonzagam apud Cæsarem non minimam in suspicionem incidisse, quoniam Brissaco Gallorum Vicario Piemontio (de quo antea diximus) occupatione & vastatione plurimarum ciuitatum, arcium & villarum omnia ex voto successerint, ideo Ducem Albanum, tamquam rerum Italicarum peritiorem vniuerso exercitui Italico Cæsarem præfecisse. Suspicionem autem hanc Cæsari augebant falsæ, sigillo tamen Gonzagæ obsignatæ literæ, in quibus Ioannes de Luna, summus præsidiariorum arcis Mediolanensis præfectus, & Franciscus Tauerna Mediolanensium

1555.

Gonzaga à Cæsare euocatus ex Italia Belgium

Can-

1555. Cancellarius; Gonzagam turpiter ac dolose traducebant. Acceptis itaque à Cæsare atque perlectis literis calumniatoriis, innocentiam suam grauissimis probationibus & falsorum obiectorum dilutionibus, Gonzaga Cæsari adeo probauit, vt non solum à Cæsare, verum etiam à Philippo Hispaniarum Rege, Cæsareæ Maiestatis filio, in gratiam rursum receptus, verum etiam in huiusmodi Calumniatores, pro ipsorum merito, ab iisdem animaduersum sit. Sed hæc suo loco relinquimus, certum siquidem & notorium est Ducem Albanum contra Brissacum ne tantillum quidem postmodum effecisse. XXIII. Martii ex hac vita commigrauit Iulius, eius nominis Tertius Pontifex Maximus, postquam V. annis & sesquimensibus Pontificatui suo præfuisset. Quapropter Cardinales, accepto hoc nuncio, ex Germania, Gallia, Hispania & aliis locis celeri pede Romam festinarunt, vt quamprimum in Iulii locum alium eligerent. Quoniam autem eodem tempore Ioannes Morounus Cardinalis, Archiepiscopus Medonensis & nuntius Apostolicus ad Comitia Augustana se contulerat; sex dierum interuallo de Pontificis Maximi obitu certior factus est. Quapropter & ille, absque mora, cum Cardinale Augustano, (quem Romanorum Imperator tamquam Commissarium, penes Regem Ferdinandum suæ Cæs. Maiestatis fratrem Germanum, constituerat, iisdemue Felicem Hornungum I. V. Doctorem & Iudicialis Consistorii Lucemburgici præsidem adiunxerat,) quamprimum Romam contiolat. Cum igitur purpurati Patres,

demore

de more priſco, in conclaui per aliquot dies congregati fuiſſent, tandem IX. Aprilis Marcellus Ceruinus, votis quamplurimis, ad Pontificalem hancce dignitatem euectus, & Marcellus ſecundus nuncupatus eſt: Quoniam autem nomen ſuum proprium, vt alij noui Pontifices ſolent, non mutare voluit, ideo Marcelli nomen retinuit, proximo die ab electione inauguratus, & abſque ſplendida pompa, coronatus eſt. Farneſij vero eorundemue aſſeclæ, hunc in finem, ad hanc electionem ſua vota eo libentius coniunxerant, quoniam non dubitarent, Marcellum Pontificem Maximum, eorum familiæ, à qua ante Pontificatum, multis beneficiis, honoribus ac aliis dignitatibus affectus fuerat, Principatus aliaſque regiones, quas Paulus III. à bonis Eccleſiaſticis eidem familiæ tradiderat, etiam & impoſterum benignè confirmaturum, ſiquidem Marcellus ex ignobilibus parentibus, ſub imperio & ditione Senenſium, procreatus erat & quondam Ludimoderatorem egerat. Sed quemadmodum Deus transfert ac regna ſtabilit, ita etiam Pauli huius Tertii Imperium minus diuturnum fuit, XXII. ſiquidem die poſt electionem, LIV. ætatis ſuæ anno non abſque ſuſpicione accepti veneni extinctus eſt, quamuis alii ſentiant ipſum, propter aſſiduam catarrhorum copiam & familiarem lethargiam vitam cum morte commutaſſe: in cuius locum poſtmodum Ioannes Petrus Caraffa Neapolitanus, Cardinalis Thietanus, vnanimi Cardinalium conſenſu, electus & Paulus Quartus nuncupatus eſt, ætatis ſuæ anno LXXIX. 1555.

1556.

Cadauera Buceri & Fagii effodiuntur & cremantur.

Persecutionis & combustionis literatissimorum aliquot virorum in Anglia, supra mentionem fecimus: cum igitur Bucerus & Fagius vterque, dum viueret, non solam pernitiosam ac erroneam, vt aduersa pars aiebat, doctrinam sparsissent, sed familiam inter sectarios ambo duxissent, nec dumtaxat ipsi ab Ecclesia Romana defecissent, verum etiam aliis ad defectum exemplum præbuissent, decretum, vt amborum demortuorum cadauera quamprimum effoderentur, esse enim contra sacra decreta, vt eorum, qui tales sint, corpora, Ecclesiasticæ sepulturæ committantur: expiandum igitur locum & nihil relinquendum, quo etiam ipsis elementis iniuria fieret & concedendum hoc, quicquid esset infirmorum conscientiis. Itaque porrecto Legatis libello, rem, iuris forma tractari placuit, quo facto cum mortui primo atque altero edicto citati, contraque illos testes, non vna vice, producti fuissent, tandem tamquam contumaces damnati sunt, dieque dicta coram Academiæ Ordinibus, postquam Cestrensis oratione habita iudicii seueritatem excusauit, neque iustum esse dixit, permittere, vt infirmorum animi ob inexpiatum nefas diutius torqueantur, sententia pronunciatur, mortuorum cadauera effodi ac Magistratui Regio, (quoniam sacerdotibus sanguinis pœnam infligere non permissum,) tradi iubentur: interim aliquot dierum spacium intercessit dum Londinum missa sententia, à Magistratu Regio mandatum veniret, quo pœna infligebatur: Pernus autem contra Bucerum cum quo tamen, dum adhuc in viuis esset, familiarissime vixerat, virulentam

Ora-

orationem habuit, illiusque exemplo quamplurimi studiosi lasciuiose, in demortui contumeliam, carminibus luserunt tandem VIII. Eid. Februarij cadauera effossa & in foro ferrea catena ad palum illigata, vna cum protestantium vndique conquisitis libris comburuntur. Paulò post Oxonij à Broco Episcopo Glocestrensi, similiter cum Catarina, P. Martyris Vermilii coniuge, (quæ ante quadriennium ibidem diem suum obierat,) actum est: conuicta enim quod Mariti doctrinam amplexa fuisset, damnatur, eiusque cadauer effossum baiuli humeris impositum, apud Marsallum Decanum in sterquilinium deiicitur, verum post Mariæ mortem, iussa Reginæ Elisabetæ rursum erutum & terræ mandatum fuit. Pari ratione, ex decreto Ordinum Academię Cantabrigiensis, honorific: gradus & dignitatis tituli Bucero & Paulo Fagio adempti, rescissis omnibus quæ contra eos eorundemue doctrinam ac memoriam acta erant, restituuntur: vtque res eo commodius perficeretur, III. Kal. sexti. publicus conuentus ad B. Virginis templum indicitur, vbi Achiuortus, nomine Academiæ, solemni oratione demortuorum laudem prosecutus est, superiorum temporum crudelitate, quæ non dumtaxat in viuos, verum etiam in mortuos, barbaro prorsus more, sæuiisset multis argumentis exagitata.

1556

Libri & ... ca... ... funata honori pri... restituuntur.

De rebus Pannonicis iniecta mentio postulat, vt quicquid in iisdem regionibus acciderit, iam sedulo proponamus. In Dacia hoc anno tumultuatum est, idque in causa fuit cur Ferdinandus ad Comitia Ratisponensia venire non potuerit: Auctore siqui-

Ferdinandus Rex cur ad ... Ratisponensia venire noluerit.

1556. dem Petrouicio Turcis de subsidio ab ipso sollicitatis Transsyluania tota ob eas, quas commemorauimus, causas, quòd videlicet pacta à Ferdinando non seruarentur, & externo milite inducto atque adeo Hispanis Prouincia vastaretur, ad Ioannem defecit: Paulò etiam post Franciscus Beuecus & Georgius eius F. excitata per Pannoniam defectione quasdam arces & oppida, Mœsorum siue Valachorum opibus freti, inuaserunt. Hac captata occasione Turcæ in Pannoniam impetum fecere, à qua tamen propter impedimenta belli Persici & domestici triennium abstinuerant: nec iniustæ adeo erant Turcarum querelæ, Heiduccones siquidem, latrociniis dediti nulloq; stipendio merentes, iuxta Zigethum, Babozam & vicina loca Quinqueecclesiis; quotidianas ferè excursiones faciebant ac plerumque hostium nauiculas deprædabantur, quod Ferdinandus minimè prohibere poterat, vt qui eos à se alienare nollet, & nullo stipendio aut Sacramẽto eosdẽ sibi addictos haberet. Igitur Taigon contracto 2000. exercitu Caposuiuarum sociorũ defectione proditum capit, & mox Babozã ipsam, quæ propter spontaneã deditionẽ nihil vlterioris periculi experta est. Cũ autem ob prosperum euentum animosior factus esset, pari fiducia, Zigetum, quod tum temporis Ladislaus Kerezenius tenebat, aggreditur, accepto autẽ per medium tentoriũ ingentis globi ictu, retro cessit, & quasi iam obsidionẽ solueret, auctis ex eo præsidiariorum animis, bis cũ eis infelici Marte manus conseruit, cũ iccirco propter suorũ amissionem tormẽta muris admouere vellet, constantia obsessorum

terri-

territus,& de exitu suis monentibus, tota obsidio- 1556.
ne abstinuit. Nihilominus, ineunte vere, Solimanus neutiquam acquieuit, sed Halim Purpuratum Epirotã ex Persia euocatũ, cũ mandat s in Pannoniam mittit, ac Budam vrbem totius Prouinciæ principalem, nisi Zigeto expugnato, ingrediatur: Igitur dum Sirmium venisset, ad Ferdinandum mittit, qui Zigeti obsidionem nunciaret. Rex illicò respondit nequaquam eũ rectè facturum cum adhuc Legati sui Bysantii commorentur, nec vllius à se illatæ iniuriæ conscius sit, quapropter vim deprecatur, quæ si, vltra spem sibi suisque inferatur, ad necessariam defensionem, licet inuitum, se paratum esse. Igitur euocatis Beruisio Amethe, Nazufo Quinqueccclesiarũ Baboz ę ac Copanij pręfectis, iuxta Zigetum, ad miliaris interuallũ castra metatur. Est autẽ Zigetum positu quam arte firmius ab Antemo quodam genere ac opibus inlustri quondam Regulo (sicut rerum gestarum Vngaricarum monumenta testantur) conditum, in planicie paludosa, vnde nomen sortitum, iacens, & à septentrione locum adiunctũ habens, ex quo aqua in triplicem fossam facilè corriuatur: arci vero oppidũ ad occasum subest, hominum frequentia celebre, propter soli naturam cuniculis impetuium, propugnaculis insuper duobus arce vallata est & aggeribus ex virgultis & terra exstructis. Exercitu iam ad vrbem accedente, vicinis colonis interdictum fuit, ne quid commeatus in oppidum importaret: Primo autem propter crebras obsessorum eruptiones Turci, multis ex suis desideratis, repulsam passi sunt. Tandem Halis cum toto exercitu ad

Descriptio vrbis Zigeti.

1556. properat & per literas præsidiarios ad deditionem ipsius adhortatur, sed obsessi conceptis neque lectis literis eruptionem faciunt & manibus consertis à Meridie in noctem vsque prælium continuãt: Post triduum ab ea parte, quæ Austrum spectat, admota sunt arci IX. tormenta muralia ac nocte sequenti præmunita castra, tum propugnaculum obiectum verberari cæptum est, multis ex hostibus interea à Rodouano, qui cum L. sclopetariis vrbe exierat, interfectis: Inde Halis immissis (per globos artificialem ignem continentes) in oppidum flammis, ædes plerasque incendit & murorum partem exussit, postea arcis portam & exteriorem murum ortum respicientem quatit: demum expugnato & solo æquato propugnaculo, in quo desiderati Michael & Gregorius Biksithii, noctu Lunæ beneficio, ab occasu pluteos ex cratibus vimineis & terra limosa ad vsum tormentorum exstruit, quæ tamen nostri frustra mane, remouere conati sunt. Deniq; completis ingenti lignorum strue fossis, post diuturnam verberationem, qua immanis oppidi ruina facta est, totis viribus impetum facit, quaterq; vno die repulsus est: ad quintum impetum oppidani vrbe derelicta in arcem se recipiunt: hostes vero loco potiti, vexilla sua contra arcem erigunt fossamque vndique circumdant: verum præsidiarii cum oppidanis permisti, qui sese tanto numero cũ exiguo loco diu hærere non posse cernerent, supplicationibus ad Deum immortalem ritè factis cũ se & sua eidem commendassent, occulta arcis parte in hostes incogitantes, summa virtute ac felicitate erumpunt, expulsisq; & ad LXXX. ex iisdem

interfectis rursum recuperato oppido potiuntur. In hoc conflictu Narufus Capanii præfectus, homo immanis proceritatis ac ferini animi, cum cædibus fortuna arridente, auidius inhiat ab Heiducco quodam azynace interfectus est, cecidit & sclopeti percussione Amethes, Aga viuus in Christianorum manus peruenit: Præcipuis vero ex interfectis XXIX. videlicet adempta capita & ad cæterorum hostium terrorem in arcis muris ac pinnis erecta sunt. Ex nostris vero desiderati sunt Ioannes Hagmasius, Georgius Paladius, Ioannes Hosthotius, Georgius Zechetus & Macedonius, omnes summi ac strenui belli duces & aliquot Ordinum ductores, Rodouanus etiã in hoc prælio sauciatus qui tamen ex accepto vulnere rursum conualuit. Sequenti die Halis nihil accepta clade motus ingentibus IV. machinis munitiones ad occasum quatit, sub noctem extra oppidum aggerem ducit & mox admotis minoribus tormentis obiectam turrim & portam lapideam cum integro pariete solo æquare conatur, è regione vero arcis excitato vallo verberationem denuo redintegrat, ibique aliquandiu rursum certatum est, donec ex nostris Georgius Kisdesius, Demetrius Thessenius & P. Petrudus ceciderint: tum hostes XX. plaustrorum millibus conuectam materiam in fossam arci subiectam ea parte quæ Orientem respicit, exonerant: quæ tamen mox flammam, à nostris iniectam concepit & omnino absumpta est, dum autem hostis ad restinguendum incendium accurreret, acerrimè pugnatum est, finitoque prælio ex hostibus circiter DCC. desiderati sunt: Ex nostris

1556. Narufus Capanus præfectus nico ab H...duc o quo in... aditur.

1556. quoque plærique & ex hisce Nicolaus Czernelus Eques, Balogus decurio & Franciscus Kesa adeo sauciat⁹. vt ex isto sibi infligato vulnere paulo post decesserit: Idem & aduersa parte, quæ ad occasum vergit, tentatum, conuectaque materia concepto pariter igne, statim conflagrauit, & ex hostibus CCCC. interfecti sunt, ex nostris autem cecidere Lazarus Nagus, Martinus Rodouanus & Valentinus Thotus. Cum itaque vis hosti non succederet, Halis actu obsessos aggreditur & promissis beniuolentiæ plenissimis ad deditionem adhortatur: iisdem vero conditiones detrectantibus vim parat, fossisque denuo terra comportata impletis, & ab vtraque parte in aduerso margine, destitutis corbibus terra plenis, & ordine triplicato pluteis excitatis ac super saccos terra itidem oppletos impositis, prætoriani sclopetarii, quasi ex editiore loco, in oppidum iaculantur & pluteis cratibusque tecti, impunè nostros infestant, inibique Gaspar Bathasegius grauiter vulneratus est. Tandem IV. Eid. Vtil. contra arcem excitati tumuli, vnde omni tormentorum genere in defensores per V. dies integros tam furialis facta est displosio, vt obsessi prope de salute desperarent, missoque nuncio à Ferdinando & Thoma Nadasdo Palatii Comite implorarent auxilia: verum cum contraria verberatione tumulum ab hoste ad portam erectũ, rursum deiecissent, animos resumunt factaque eruptione ingentem illam lignorum struem flammis repentinis comburunt, ideo ab eo tempore vtrimque tormentorum ac sclopetorum bombis res geritur, vsque ad XII. Kal. Sextil. quo Halis

Obsessi in Zygetho à Ferdinando & Nadasdo petunt auxilium.

qui

qui obſeſſorum pertinaciam nulla vi expugnare poſſe cerneret, ex occaſione obſidionis Babozenſis tormenta Quinqueccleſias verſus, noctu moueri iubet. Nadaſdius vt hoſtem à Zigeto auerteret ad Babozam caſtra poſuerat, vbi acriter certatum fuit, ingentique clade Turci cæſi: ex Chriſtianis autem noſtris periere Franciſcus Steynenbrunnius & Chriſtophorus Polleuillerius, Nicolai ſtrenuiſſimi illius Ducis frater, qui & ipſe expeditioni interfuit, eoque egregias in Sequanis & per Alſatiam conſcriptas copias adduxerat: Poſt conflictum cum noſtri recedentes, Camſam verſus iter ſuſciperent, ad Drauum rurſum CC. ex ſuis amiſerunt, ex iiſque ipſius Nadaſdii fratrem: Inde captata occaſione Halis, conuerſo itinere ad Zigeti obſidionem redit & prope Hazerduam ſyluam caſtra ponit, vbi leuibus aliquot prœliis hoſtium vires à præſidiariis labefactatæ, præcipue autem tum temporis Marci Horuati virtus præ cæteris ſpectata eſt, is enim ſingulari certamine cum Turco iactabundo congreſſus, caput à ceruice aduerſarii reciſum, victor ad commilitones ſuos, reportauit: interim nihilominus non ceſſabat hoſtis, ſed graſſabatur inſidiis, ſucceſſu tamen ſemper irrito: Poſtmodum caſtra ad arcem transfert, ſed effuſis repentè defenſoribus repellitur, quo facto nil deterritus, & quaſi obſidionem continuaturus, aggeres ad eam partem erigit, verberationemque denuo repetit, ac nunc minis, oſtenſis à cadaueribus reſectis noſtrorum capitibus, nunc clementia Solimani pro 1556.

Marci Horuati probata virtus.

1554. posita, præsidiariorum animos sollicitat. obsessi vero pro responso impetum faciunt & hostes cum damno semper reiiciunt: postero die rursum vndiquaque facta impressione VIII. horis continuis pugnatum, nostrique acerrimè resistentes oppido, quamuis semidiruto, deturbari ac in arcem compelli neququam potuere. Itaque spe omni, potiundi oppidi, abiecta, purpuratus IV. Kal. Sextil. ab obsidione, fugienti similis, discedit, præmissis Quinqueccclesias tormentis ac cætero apparatu bellico IICIↄ. hostium, illa expeditione periisse memorantur, ex nostris verò (exactè ratione inita) CXVI. collecto plus quam IICIↄ. globorum numero ac in necessarium belli vsum reseruato. Antequam autem Halis se reciperet, Babozam Martini fanum, Geresgalum, Sallium, Laurentii fanum & Calamanciam partim flammis absumpsit, partim solò æquauit. Dum vero ad Zigetum Halis adhuc consideret, nostri ex improuiso Strigonium cum vicina arce recepere, eius itaque rei cum trepidus ad eum venisset nuncius, ipsa vultus consternatione magnum aliquod malum professus, purpuratus non sine circumstantium risu terrori nuncii illudens, & Strigonii, quod nullo negotio recuperari posset, amissionem eleuans, his verbis eum excepisse dicitur: *Quam tu mihi cladem ingentem fatue, quod tantum incommodum narras? ea demum mihi clades deploranda contigit, cum hinc*, genitalium sedem ostendens, *ea membra adempta sunt, quibus vir eram*. Postea his amissis in reditu, insidiis atque incursu Hungarorum, bona exercitus parte, fractus, ac inglorius Budam se contulit, vbi Dux, qui tantam ab initio,

Ridicula- us Haly- ... pro- pter occu- ... à Christia- nis Strigo- nium.

de se

de se expectationem excitauerat, dolore atque ignominia inauspicatæ expeditionis, inuisam vitam cum morte commutauit. 1556.

Ineunte hoc anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo septimo, IIX. Ianuarii Pfortzhemii Albertus Brandeburgicus, præsentibus suis adfinibus Carolo Badensi & Friderico Palatino, qui tum temporis Alberti sororem, per V. ferme menses decumbentem, vna cum coniuge visitarat, ex mortalium numero sublatus est. Quatenus autem Christo spiritum suum reddiderit, quaue pompa Pfortzhemii in templo S. Michaelis elatus ac tumulatus sit, ex scripto publico Iacobi Heerebrandi Doctoris Theologi, videre est, ad illud igitur lectorem ablegatum volumus. Eodem tempore Philibertus Badensis Ratisponæ celebrabat nuptias cum Domina Machtilde, Wilhelmi Ducis Boiariæ relicta filia, ex quibus postmodum Philippus Badensis prognatus est. 1557. *Albertus Brandebugicus moritur Pfortzhemii.*

Galliæ Regnum florentissimum, secundum sapientissimi Caroli augurium, hoc anno in manifestum exitium præcipitatum fuit. Cum enim Rex Franciæ ex instinctu & diligenti petitione Cardinalis Caraffæ superiori æstate, per solemne fœdus, se contra Hispanum Pontifici adsociasset, eidem Petrum Strozzam cum M. M. Gasconiis in subsidium Romam ablegauit. Indies autem bello in Italia latius serpente, Guisium Lotharingium cum quindecim millibus Heluetiorum ac Gallorum, quingentis cataphractorum & octingentis leuis armaturæ equitum in Italiam, Pontifici, contra Albanum Regis Hispaniæ Vicarium Neapolitanum,

1557 vlterius transmisit, finitis iccirco induciis quinquennalibus, Galli Duacum cum frustra per insidias tẽtassent, Regiacum, Insulam & Lentium vi capiũt, diripiunt & postremo incendunt, ingentique abacta præda ad suos in Picardiam sese rursum recipiunt. Guisius interea, toto cum exercitu duobus fratribus, Aumalio & Elbouio Marchionibus, Duce Nemorosio, Vicedomino Carnutensium aliisque nobilibus ac præfectis Ducatum Mediolanensem, absque vllo impedimento, ingreditur & à municipibus Valentianis cõmeatũ postulat, verũ cum non solummodo ibidẽ repulsam passus, sed & plæriq; Gallorum displosis tormẽtorũ ictibus vulnerati fuissent, Guisius irritatus, iniuriamq; sibi illatam vindicare statuit, admotis itaque muris per continuas tormentorum diuerberationes Valentium in suam potestatem redigit, & dimissis præsidiariis, muros vrbis solo equauit; factum id est XX. die Ianuarii. Inde cum exercitu progressus Guisius ad Ducem Ferrariensem contendit, qui quamuis nihil hostiliter contra Carolum Cæsarem atque suos hucusque molitus, nihilominus tamen tamquam fœderis socius, Regis Galliæ adfinis & Guisii socer, tum temporis nihil intermittebat, quod ad promotionem Pontificis & sociorum facere videbatur. Adacto itaque, Ferrariensi, per Caraffam, ad commune fœdus, apud Venetorum Rempublicam serio instant, vt ad expellendos tota Italia Hispanos, socias vires cõiungeret: at prudentissimus Senatus pace contentus & reiecta belli tessera, sibi, pro sua prudentia, in serio hoc negotio quã optimè prospiciebat. Interim XXIV. nimirũ Februarii

Guisius ob sibi suisque negatum cõmeatũ, Valentium occupat.

Matthias Archidux Austriæ Augusto Maximiliano II. Cæsari Viennæ natus est. 1557.

Decreta Comitiorū Ratisponēsium publicè prælecta. Mense Martio Decreta siue conclusiones Comitiorum Ratisponæ præsentibus Cæsare, Rege, Principum & Imperii Ordinum absentium Legatis, pro veteri more & consuetudine S. Rom. Imperij prælegebantur: Potissimum autem in iisdē continebatur, quo pacto videlicet controuersia Religionis, per Colloquium Theologorū Wormatiæ componi & cōmune contra Turcam auxiliū præstari possit. Electorum tum tēporis nullus, ex Ecclesiasticis autem Principibus præsentes aderant Michael Archiepiscopus Salisburgensis, VVolfgāgus Administrator Ordinis Teutonici in Prussia, Georgius Episcopus Bambergēsis, Melchior Episcopus VVirceburgicus, Eberhardus Ep. Aichstetinus, Otto Cardinalis & Ep. Augustanus, Michael Ep. Mersenburgēsis: Ex secularibus: Albertus Dux Boiariæ, VVolfgāgus Palatinus, Ericus Brunouicēsis, Christophorus Wirtēbergicus, Philippus Badēsis, Ludouicus Landgrauius, Heinricus Leuchtēbergius, & Heinricus Senior Misniæ Burggrauius. Reliquorum autem cum Ecclesiasticorū, tum secularium Principum delegati, plenaria cum potestate prædictis in Comitiis loco Dominorum aderant. Perlectis decretis Rex eoipso die relictis Ratisponensium finibus Pragam properabat ad indicendū Ordinibus conuentum, propter maturandā expeditionē Turcicā. *Libelli supplices Exulā Salisburgensium.* Durantibus adhuc Comitiis, subditi quondā Episcopatus Salisburgēsis, per libellos supplices, vltra LXX. conquesti erant, quo pacto videlicet Sacrā cœnam Domini, tamquam Augu-

1557. stanæ Confessioni addicti, sub vtraque specie acceperint, ob id autem non solummodo è finibus Episcopatus fuisse eiectos, verum etiam, propter breuem admodum concessum terminum, bona sua tam mobilia, quam immobilia non sine singuri damno distrahere necessum habuisse, quædam vero illis, etiam posthabitis ac contemptis sanctionibus Augustanorum Comitiorum, prorsus retenta fuisse. Quocirca Imperij Principes, prædictos libellos Archiepiscopo Salisburgensi, tum præsenti, tradiderunt, vt de more, ad istos respõderet. Quãuis autem protestantes hanc Archiepiscopi respõsionem propter supplicantium exulum promotionem quamprimum libenter audiissent, vt ita, his auditis, ad tollenda grauamina & tuenda Augustanorum Comitiorum decreta, Regem supplices rogare potuissent, nihilominus cum Archiepiscopus resolutionem suam ad Regis vsque digressum, differret: Protestantes habita, hac de re, deliberatione concluserunt, vt Otto Heinricus Elector Palatinus, sub cuius tutelam maxima pars istorum Salisburgensium exulum se contulerat, & Ratispona, quæ itidem aliquot ex exulibus iam foueret, Archiepiscopo scriberent, vt quamprimum inflicta damna resarciret, quo facilius quotidianæ nũc suorum subditorum, querelæ subuenire queant. Insuper dignum illis (Ordinibus protestantibus) visum fuit, vt ad Colloquium Wormatiense subdelegati Theologi & alii I. die Augusti conuenirent & de omnibus Sacræ Scripturæ propositionibus inter se inuicem placidè conferrent, & demum controuersos fidei articulos amicè componerent.

Per-

Peractis autem Comitiis, & ad expeditionem Turcicam, promissis auxiliis, vndique locorum conscribebantur milites, & quidem non solum cõtra Turcos, verum etiam multi equites & pedites in Belgium & Italiam ad Hispanum, non pauci etiam ad Gallorum Regis stipendia confluebant. Albertus Rosembergius eques & aliquot signorum ductor, sub initio mensis Maii, ex Franconia & aliis locis collectas copias in Vngariam deducebat: Similiter & Iacobus Schulenburgius cum aliquot, in Saxonia collectis copiis in Vngariam properabat. Philippus autem Hispanus circa hoc tempus, alii M. Aprili id factum dictitant, in Angliam traiecit, vbi non solum ab Ordinibus regali pompa exceptus, verum etiam petita, contra Regem Gallorum, auxilia ab iisdem consecutus est. Quocirca VII. Iunii Regina, non tam suo quam Ordinum nomine, Regi Gallorum per fæcialem suum, renunciat, & pauló post expeditionem contra illum suscipit. 1557. *Bellorum diuersis in locis initium.*

Guisius, ne quicquam in sese desiderari pateretur, M. Aprili cum inter Hispanum & Gallum belli incendium rursum exardesceret, Camplium oppidum tribus à Ciuitella milliaribus, penes Tiraldum, summum armorum præfectum, obsidet: Cũ igitur oppidani ad deditionem moniti non solum eandem denegarent, verum etiam hostilem animum ostenderent: Galli admotis scalis impetum in eos faciunt à parte arcem respiciente, sed postquam inde non sine damno repulsi fuissent, eo cõmotiores facti prælium redintegrant, & concurrẽtibus ex omnibus locis sociis, forum occupant, *Guisius & Tiraldus Camplium expugnant & cum incolis crudelissimè agunt.*

omnia-

1557. omniaque ferro, sanguine ac libidine miscent nullius sexus habito discrimine, imo nec virginibus quidem Vestalibus pepercerunt: Qui autē Nocellam siue ad tertiam partem, vrbis confugerant & primam impressione sustinuerant, cum iis mitius egere: ingentem denique prædam nimirum CC. aureorum M. Galli reportarunt suffossisq; muris & euersis domiciliis, sub istis magnæ, inquilinis ipsis numquam visæ, diuitiæ repertæ sunt excepto copioso ad reficiendum militem cōmeatu, de quo nunc verba nulla facio. Camplio occupato ad portas vsque Ciuitellæ Galli excurrunt, vbi crebris velitationibus certatum est erumpentibus sub Ductore Loffredo præsidiariis. Interueniente autem Guisio, integrum octiduum ad conuehendas machinas & obcingendam vrbem, insumptum est. Cum autem Galli per crebras velitationes & alia incommoda, damnis quamplurimis ab hoste afficerentur communicato cum P. Strozzo, qui nō ita pridem cum Duce Palliani in castra venerat, consilio, cum respectu Albani, viribus impar esset, obsidionem soluendam censuit, præmissis itaque ante biduum tormentis & grauioribus impedimentis, conuasatisq; rebus omnibus, XXII. die antequam obsideri ceperat, displosis toto obsidionis tēpore, DCCC. tormētorū ictib⁹, ab obsidione discedit.

Ioannes, Dux Palatinus moritur.

Mense Maio Ioannes Princeps Palatinus, Simerensis Cameræ in Comitatu Spanheymēsi præses, Friderici illius parens, qui Othoni Henrico post biennium in septemuiratu successit, fatis concessit: Qui successor quamprimum habenas Imperii attigisset, omnes suo principatui subiectas Eccle-

sias,

ſias, ſecundum normam confeſſionis Auguſtanæ reformari curat. In Belgio autem hoc tẽpore propter grauiſſimam annonæ caritatem quamplurimi diuerſarum regionum populi, duro neceſſitatis telo, fame nimirũ, extincti ſunt: Diuturnis enim bellis non ſolum omnis annona abſumpta, verum etiã agricultura paſſim deſolata fuit: Cum autem ex Liuonia, Alſatia, Francia Orientali, agro VVirtẽbergico, VVetterauia & Rheni finitimis Regionibus maxima frumenti copia adueheretur, annonæ iſta caritas rurſum ſedata eſt. Dein Francofurti ad Mœnũ per delegatos Principes ac iudices, Othonem Henricum Electorem Palatinum, Archiepiſcopi Treuerenſis Legatos, Guilielmum Ducem Cliuenſem & Chriſtophorum Ducem VVirtẽbergicum, controuerſia de Comitatu Cattomelibocorum, quæ iam amplius quinquaginta annis in Camera Rom. Imperii agitata fuerat, inter Principes Haſſiæ & Guilielmum Arauſienſem Principẽ amicè eſt compoſita: Philippo Landgrauio Haſſiæ Comitatũ Cattimelibocorum retinente & Guilielmo Principi Arauſienſi ſexcenta aureorũ millia perſoluente: Comitatũ autẽ Dietzenſem, pro centum & quinquaginta aureorũ millibus reddẽte. Lisbonæ hoc menſe Ioannes III. Rex Portugaliæ ætatis ſuæ L. Imperii ac Regni ſui anno XXXVI. diem ſuum obiit, poſtquam prædictum numerũ annorum ſui Imperii, regnum in ſumma tranquillitate ac felicitate tranſegiſſet, in cuius regium ſolium, Sebaſtianus, eius ex filio nepos, poſtmodum collocatus eſt. Interim Chriſtophorus VVrisbergius, inferioris Saxoniæ Nobilis, XXX. ſigna militum pede

1557.

Annona caritas in Belgio.

Obitus Ioannis Regis Portugaliæ.

ſtrium,

1557. strium, & equestrium haud exiguum numerum conscripsit. Quoniam autem nullus, quorsum tantas militum copias conuertere vellet, subolfacere posset, plurimi autem suspicabantur Regi Gallorum Wrisbergium easdem adducturum, subito Heinricus Dux Brunouicensis, & Ericus eius agnatus, VVrisbergianas copias inuadunt. Cum autem modo dicti Principes easdem absque vlla molestia facilimè in fugam verterent, VVrisbergius, fuga itidem sibi salutem quæritans, à Ioanne Bernero Nobili Brunsvvigio, ex fuga retractus, & custodiæ mancipatus est.

Reditus Hispaniarum Regis ex Anglia.

Circa idem tempus Philippus Rex Hispanorum ex Anglia, de cuius traiectione paulo ante mentionem fecimus, reuersus, Burgundiam, tam quam regiones suas hæreditarias, ingreditur, quo melius, hacce sua præsentia, præsenti bello prospiceret. Tradebat insuper Cosmo, Principi Florentino, vniuersum Senensium Imperium, ditiones, castella, oppida ac omnes vicos, exceptis duobus propugnaculis, Porto Hercule ac Orbitello prope Toscanum mare sitis, hac tamen cum exceptione, vt Plombino Dominium suum restitueret, quod quidem Cosmus præstitit, nihilominus tamen de iure suo quidpiam sibi reseruauit. Aiunt quidem amplissimam hanc traditionem Senensiumq; Imperii exhibitionem, Hispanum absque Cosmi cõpensatione & retributione & sponte sua fecisse, verum cum Hispanus secundum quorundam opinionem, (quod quidem propter continuos bellorum motus facilè probarim) CC. aureorum M. ad subsidium belli, a Cosmo mutuo sumpserit, priori

opinio-

opinione ſecus ſentientium, recedendum cenſeo: Vt vt autem ſit, nihilominus Coſmus, Senenſis Imperii & Florentini principatus titulum vſurpando, ſibi reſeruabat. 1557.

Belli Saxonici Bremenſis incendium.

Dum hæc inter Gallum & Hiſpanum aguntur, bellum exardet Saxonicum: Nam cum Chriſtophorus, ex illuſtri gente Brunſvvicorum, Archiepiſcopus Bremenſis, à Magno Duce Saxoniæ & Comite Oldenburgico bello peteretur, à ſuis autem contemptus & viribus ſuis tam excelſis Principibus planè impar eſſet, vita ſolutè acta & ſuperiorum annorum tempeſtatibus imprimis autē bello contra Albertum Brandeburgicum grandem æris alieni ſummam contraxerat: Cum iccirco hac de cauſa à creditoribus moneretur, nec vlla via ſe ex hac mole debitorum extricare poſſet, Ordinibus ſuis perſuaſit, vt coloni ſedecimam bonorum ſuorum penderent: verum durum ac intolerabile hoc iugum plærique æſtimabant. Itaque cum delegati à colonis cenſum peterent, potiſſimum autem à ſubditis agri Vrſatici, in Orientali Friſia, propter antiquas cum Præſule Bremenſi ſimultates, rigidè ratio exigeretur, illi priſcæ libertatis haud immemores collationem hanc recuſant: inde occaſione ſumpta Bremenſis per Henricum Saltzium, ſollicitato Chriſtophoro Vrisbergio ac tradita ei pecunia cum mandatis conſcribendi militem, conſcripto vero, centuriones ac milites interpellati reſpondebant, Archiepiſcopum ob nauatam ei proximam operam, ære ſuo ſibi eſſe obſtrictum, itaque ni ſatisfaciat, ei bellum illaturi ſint: prima vice igitur per agrum Luneburgenſem, hinc

1557. in Bremensem euagantur, & multis nimis insolenter ibidem perpetratis, in Frisia Orientali pagum Vrsaticum aggrediũtur, vbi L. primo impetu Vrisbergius trucidat, CCC. capit, reliquos in fugam vertit, qui postmodum ad Ordines Bremenses se recipientes eorum opem contra Vrisbergium implorarunt. Accidit autem vt eodem tempore Heinricus & Ericus Brunsvvicenses, conscriptis suis copiis ad Hispanum proficiscerentur, de Vrisbergij autem in agrum Vrsaticum irruptione certiores facti, Verdam exercitum traducunt, refecto milite Rodeburgum deditione capiunt: Disperso itaque Præsulis milite atque hinc illinc dilabente, Bernerus iste, qui similiter, vt diximus, Wrisbergerum ex fuga nuper retraxerat & carceri mancipara, Vrisbergium Brunsvvicẽsi captiuum tradidit, Saltzius itidem Luneburgi in carcerem coniectus est. Eodẽ igitur mense Brunovicensis Verdam reuertitur, & totum rei negotium de Vrisbergio ordinibus, ditionis Bremensis, proponit, eosdem monens vt Archiepiscopum, tamquam infulis indignum, solio Præsulatus deturbarent, eundem in monasterium detruderent ac ipsi, dum præsul viueret, Rempublicam administrarent, verum cum prætenderent, non posse sese Præsulem à Sacerdotio & possessione remouere, ac promitterent, Bremẽsem ad dicendam causam citaturos, belli impensas quoq; quod æquum videbitur, se persoluturos, prouinciæ pax tum temporis restituta est. Vt autem Ordines promissis suis fidem facerent, in frequenti Ordinum consessu Halberstadii, præsulem tamquam violatorem pacis publicæ accusant, illa vero in

Vrsaticos omnem rei gestæ seriem reiiciens Ordinibus respondit, indomitã istam gentem anniuersariam tributi ex fœdere impositi pensionem mala fide, nec nisi inuitam, præstitisse, accepta itaq; excusatione, Præsulem sibi imposterum commendatum habuere, qui tamen breui, post hunc Ordinum conuentum, subito sanguinis ictu, strangulatis faucibus, ætatis suæ anno LXXIII. vitam cum morte commutauit, & frater eiusdẽ nomine Georgius eundem Archiepiscopalem titulum tamquã successor nactus est. Interea cum Philippus Hispanus, impetrato aduersus Gallos auxilio Anglico, ingentẽ, cum equitatus tum peditatus exercitum, conscripsisset, & tredecim insuper, vexilla Hispanorum in Belgio aduentassent: Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ, Generalis Hispani Vicarius & summus Imperator, cum toto exercitu Picardiã eiusque finitimas vrbes ac vicos infestat, & deniq; etiam munitissimam ac potentissimam vrbem Sãguintinum obsidione cingere attentat. Cum iccirco Connestabilis & Summus, Gallici exercitus Imperator, hostis aduentum cognouisset, quãprimum vrbi annona & milite prospicere voluit, ast cum ob hostis præsentiam incassum prorsus laboraret, & frustra, ad liberandum Ammiralium, sororis filium, cum ingenti exercitu Gallorum; Gasconiorum ac Germanorum aduolasset, hoste etiam in castris iam iam classicum canentẽ, copias dissoluit ac pedites cũ tormentis retroduxit. Sed Egmondanus, Ernestus ac Ericus, Duces Brunouicenses, Petrus Ernestus Mãsfeldius, Comites Schaũburgici Hornanus ac Witgensteniũs, Equitum turmæ Bel- 1557.

1557. gicæ ac denique omnis Equitatus,(exceptis Suarceburgici ac Boyneburgici equitibus cum dimidia Hispanorum parte castra custodientibus.) Gallos illico insequebantur,& duobus à Sanguintino milliaribus X.die Augusti aggrediebantur, vbi maxima Gallorum strages facta est, primarii siquidem Gallicæ nobilitatis plærique, sclopetorum ictibus percussi,cæsi & captiui abducti sunt, imprimis vero Connestabilis Franciæ, Ludouicus DuxMontpenserius, Marchio San Andre Archicamerarius, Franciscus Vicecomes Turuinus; Dominus de Rosche & Maino, Ian-Philippus Ringrauius, & triginta duorum vexillorum Ductor, Baro Curtonius, Ianus Dux Anguiacus Regis Nauarræi frater,Dominus de Lansaco, omnes S.Michaelis,regii Ordinis,Equites: Dux Longouillæus insuper, Ludouicus Gonzaga Ducis Mantuani frater, Dominus à Meru & Membronius, ambo filii Connestabilis, Dominus à Iallij Regiæ nobilitatis præfectus,Comes de Rosche Faucato, Roschefortius, Botesinus,Schenuius,duo Bironij,Obiguius, Scheromius,Estreensis Regii armamentarii præfecti filius, Comes Westerburgius vexilli militum Ductor,Albertus Comes ab Arbogast,Fridericus Hebenus vexilli Equitum Ductor,Rex Iuetotus,Cardinalis Lutetiani frater, Ducis Lotharingi vexillifer,Dux Niuernius autem Fridericus Reyffenbergius,Comes Villierius, Ludouicus Princeps Condæus,Comes Sancerrinus, Burdillonius & aliquot cohortium ductores fuga euaserunt. Ab aduersa autem parte Hispania pauci cecidere, vtpote Dominus ab Habrincourt frater Brederodii, Philip-

Cædes maxima Gallorum prope Sanguintinum.

pus

pus Comes Spiegelbergius vltimus huius familiæ, 1557.
Comes VValdacus, Petrus Ernestus Comes Mãsfeldius & Ioannes Dux Brunouicensis. Itaque Philippus Hispanus, post exoptatam hancce victoriã & ingentem Gallorum stragem, ipsus ad castra processit, & omnia ad Sanguintini obsidionem necessaria instrui curauit, ac tandem XXVI. die Augusti post grauissimas tormentorum muraliũ verberationes ac concussiones, expugnauit, post direptionem autem Ammiralius, Dominus à Thore Connestabilis filius tertius, Iarnacus, Domini Sanzemii, Concignus & quidam ex primaria Equestri dignitate aliique ciues capti sunt: Post gloriosissimam hanc victoriam cum Philippus Carolum parentem in Hispaniæ solitudine, postquam Imperii clauum fratri Ferdinando, vt diximus, tradidisset; Iam degentem, hoc nuncio beasset & ab eodem, quid imposterum sibi faciundum, consilium expetiisset, hæc Carolum loco responsi, retulisse ferunt: Quanquam hic secessus rerum omnium securum me facit, læta ac hilari fronte nuncium hũc felicem accipio & Philippo tamquam filio meo suauissimo, ad tam fausta ac sublimia Principatus auspicia ex animo gratulor, gratias agens immortali Deo, (qui rebellionem & perfidiam impunitã numquam sinit,) quod periuros quosdam Italos ac Belgas aliquo modo vltus est: ad consilium quod attinet, de quo me rogat filius, id nullibi locorum à me expectet, habet enim penes se viros auctoritate & grauitate famosissimos & super æthera notos, quorum fidem, & dexteritatem consiliorum, meo sub Imperio, iamdudum expertus sum,

1557. à quibus ipse, si adhuc Imperii clauum tenerem, consiliorum vota expeterem: Illis ipsis igitur vtatur consultoribus, eorundemue prudenter pondetatis rationibus, post imploratam diuinam gratiã, optimum factu statuat ac decernat. Interea, parta victoria, Germani milites in castris Regis Hispaniarum, tumultum excitarunt, & ob non persoluta stipendia pro more, murmurarunt: Hispani vero pro innata consuetudine insolenter superbiebant, Angli autem, vt contendebant, iniuriam sibi ab Hispanis illatam vlciscentes, abeundi licentiam petebãt, quod ipsis, ad euitãdum maiorem metum, minimè denegatum est, in puncto siquidẽ sacramento absoluti sunt. Dum autem responsum ex Hispania expectatur, Hana obsidione cingitur: oppidulum hoc propter infirmitatem murorũ admodũ debile est, arcem autem continet, quam Ludouicus Lucẽburgicus olim exædificauit IV. propugnaculis rotundis distinxit, & turri quadrata, absq; tamen vllo pomœrio & aggere, præmuniit: Seposius, qui tum temporis loco præerat, suadebat vt oppidulum (ne post expugnationem in hostium emolumentũ cederet,) quoniam vim hostilem sustinere haud posset, incẽderetur, arx vero prçsidio muniretur, quod etiam postea factum est, siquidem Pisseleus Helius nobilissimus & fortissimus miles illuc ad arcem defendendam missus est: admotis autem ad arcẽ tormentis & magna verberatione, pulsato muro, cum intus nulla fossa duci posset, post ingentem ruinã, à Gallis deditio facta est: quo facto Philippus Hispanus Quintini fanum & Hanam, tumultuario opere muniri curat: vt autem Imperium eo latius

Germanorum militum in castris Philippi tumultus.

Arx Hana à Gallis Hispano dedita.

exten-

extenderet, & maiorem annonæ & cõmeatus copiã sibi eo tutius ac cõmodius acquireret, Nouiodunum ex insidiis capit, præmissis aliquot Equitum alis, qui postquam vrbem antea ex incendio debilitatam, ingressi fuissent Clerii & Scotorum præsidia facilè expulerunt: Occupauit & circa idẽ tempus Caunium, idque non in hunc finẽ vt illud muniret, sed vt firma præsidia illuc collocaret, quo melius vindemiam locorum finitimorum, colligeret, & annonam castris suis importaret. 1557.

Post mutuas iccirco ac crebras vtrimque factas excursiones, Germanorum tumultuantium seditiones nimium auctæ fuerunt, ita vt plærique ex illis, Hispanorum castra relinquerent, & ad Gallorum partes transirent, quorum numero vexilla gallica antea infirmata, rursum ex parte suppleta sunt. Dein Rex ex diuersis locis militem vndique colligebat, & Varastium ad excipiendos in finibus Burgundiæ, ac Campaniæ Heluеticos, præmisit: Ioannem autem Mendozam Lugdunum misit ad adducendos 4000. Suiceros ex subalpina regione aduentantes: missus etiam est Marolius ad recensendum delectum nuper à ductoribus, vtpote Recrodo & Rifebergio, habito: inuentum insuper Guisii & fratris Aumalii, ex Italia, præsto labantur: Laoduno vero compendium à Rege citabatur Niuernius ad præmuniendum oppidum, qui postquam aduentasset, peramplum locum, prope vrbem, castris suis idoneũ elegit, eũdemue vallo ac fossa contra hostium impetus muniuit: ne autem ibidem tempus omnino perderet, Caunium astu intercipere decreuit: cum enim

Germani ab Hispano desciunt.

1557. intellexisset præsidiarios, numero ad 1500. quotidianas excursiones facere, Bordillonio diem & locum condicit, quo eo commodius cum suis conuenire posset, ipse interim in Suessiones proficiscitur, sub prætextu 18. signa Heluetiorum excipiendi: Confluentibus itaque apud Suessiones vndique militibus & Condæo, leuis armaturæ militibus, circa Caunium insidias struunt, & Hangestum Ianlium, hostem ad prælium eliciendum præmittunt, hac tamen conditione ac lege, vt sensim cederet, hostemque ad nassam occultarum insidiarum adduceret. Sed cum plærique Equites præsidiarii, in hostium castra reuocati essent, remanentes autem Caunio non longe egredi auderent, conatus Gallorum irritus factus est: intercepti tamen ab illis sunt Equites aliquot Dalmatæ vna cum ipsorum Duce, pedites itidem Hispani aliquot, qui in quodam Tugurio conclusi, iussoque in pedes descendere Allignio, cum sclopetariorum equitum cohorte, deditionem fecere: quo facto Dux, præsente & conspiciente Condæo, à Launæo Ordinum Ductore interfectus est: Comprehensus autem & à Condæo ad pœnam raptus Launæus, veniam delicti petiit, prætendens interfectum ducem Hispanum, pari crudelitate in Gallos suos captiuos nuper quoque desæuiisse, quare hoc pacto Launæus imminens periculum capitis tum temporis à se auertit, & factum excusauit.

Persecutio Lutheranorum Lutetiæ Parisiorum.

Mense Septembri labentis anni Lutetiæ Parisiorũ, in via Iacobæa, aduersus Lutheranos grauissima persecutio, ex instinctu & instigatione quorundam sacrificulorum, excitata est. Cum enim

Reli-

Religiosorum istorum circiter 300. priuatis in ędibus, ad auditum diuini verbi, noctu (interdiu siquidem, absque singulari periculo, idipsum non licebat.) conuenissent, proximè habitantes sacrificuli, qui propter multitudinem hominum eo subintrãtium & exeuntium, aliquid subolfecerant, ingressu isto iterato, rem quamplurimis detegunt & excubitorum opẽ & auxilia implorant, ipsi vero interim ad oppugnationem necessaria comparant: verum dum media nocte ac finita concione quilibet se domum rursum recipere vellet & nil hostile metueret, en Pontificij isti sacrificuli eorundemue asseclæ è latebris prorumpunt, totamque viciniam ad tumultum excitant, quæ de interceptione Lutheranorum facta certior, agminatim illuc conuocat, ædesque istas, in quibus sacra peracta fuerant, non sine ingenti tumultu circumuallat. Lutherani ad subitaneum istum motum primò quidem cõsternabantur, & ad preces se conuertebant, postmodum autem de egrediendo consilium ineunt: vbi quidem aliqui, inter infinita tamen periculorum discrimina & imbres lapidum mirabiliter euadunt, quidam autem numero LXXX. tam viri quã fœminæ, istis in ædibus remanent, ac vt Magistratus in manus dedantur, opem & auxilium implorant, vulgus autem ignobile lamentationibus istis non acquieuit, vsque dum prætor, prima luce satellitio stipatus superuenisset, qui ingressus & conspecto inermi cætu, de clandestino isto ac nocturno conuentu quæstionem instituit, qui respondit, sub initium conuentus populari lingua fuisse recitatos aliquot Scripturæ sanctæ locos, postea omni- 1557.

1557. bus præsentibus & in genua flexis, pastorem præmissis precibus locum XI. cap. 1. Epistolæ ad Cor. explicasse: habitas insuper fuisse preces pro salute omnium Christianorum Principum ac populorum, imprimis autem & in specie pro pace & tranquillitate Regis & Coronæ Francicæ, ac denique sub pane & vino sacram sese percepisse synaxin: Hisce cognitis indiciis prætor omnem cœtum residuum, cæteri siquidem, vt diximus, mirabiliter per fugam dilapsi fuerant, vincit & inter alios illustres ac nobiles etiam fœminas, vtpote Oartiam, Rentigniam, Campagniam ac Graueroniam carceri includit. Seditiosa autem turba, quæ tumultuose hinc inde euagabatur, etiam Magistratum multis sannis, probris ac conuitiis lacessebat, eo quod se à promiscua Lutheranorum cæde repulisset, imo nobilissimis istis matronis nequicquam tum temporis parsum, luto siquidem commaculatæ & verberibus, penes alios captiuos, exceptæ sunt. Ita malè per vias mulctati carceribus horridioribus, ex quibus scelerosi & capitales homines prius educebantur, inclusi; iisdemque omne Colloquium interdictum est, attamen cum singulis singuli carceres tribui non poterant, euenit vt aliqui simul in vnum detruderentur, in quo alter alterum precibus ac Psalmorum cantu consolabatur. Vt autem ad mortem eo citius ac commodius condemnarentur, varii rumores, de captiuis Lutheranis, tum temporis spargebantur, imprimis vero quòd noctu conuenirent & extinctis lychnis promiscuas inter se inuicem libidines exercerent, quod pueros infantes occiderent, & de-

nique quæuis turpia & obſcœna perpetrarent, 1557.
hæc tum Paſtores Pontificii palam è ſuggeſtu proclamabant, & vulgus ad vindicandum, vt aiebant, ſcelus incitabant. Tot tantique fictitii ſermones non dumtaxat plebeculæ, verum etiam optimatum & inluſtrium aures mulcebant, quidam enim ad inflammandum & ad exacerbationem mouendum Regis animum, in Regis præſentia euomere non erubeſcebat, in conuentu iſto Lutheranorum proximo ſtratorum & magnificè inſtructi epuli apparatum repertum fuiſſe, ad cuius auditum Rex adeo excanduit, vt reſcripto Regio mandaret ad maturanda captiuorum ſupplicia. Hinc iſtæ ex naufragio Lutheranorum reliquiæ, in maximas difficultates & ſumma vitæ ac bonorum diſcrimina, coniectæ ſunt, nihilominus tamen animos neququam deſponderunt: Præfecti inſuper iſtius cætus ſingulas familias ad patientiam ac conſtantiam hortabantur, iubebant vt eſſent bono animo, annexa clauſula, ſingulari id accidiſſe Dei prouidentia, cuius nutu reliqui periculum hocce euaſiſſent, ſe verò hunc in finem eſſe reſeruatos, vt cæteras Eccleſiæ partes tuerentur ac defenderent, cladem iſtam non fore totius Eccleſiæ ruinam, ſed potius ad emolumentum & propagationem totius Eccleſiæ ſpectaturam, hanc Deum olim verbo ſuo reuelaſſe & collecta Eccleſia experientiam hoc ipſum aſſiduè teſtatam feciſſe. Mutuis hiſce & ſimilibus conſolationibus ſeſe inuicem confirmantes, primum decernunt, vti familiis ſingulis frequentiſſimæ preces habeantur. 2. Vt rumores

iſti

1557. isti fictitii cum singulari quapiam iniuria de illis sparsi, publico scripto refutentur, & denique captiui fratres literis & voce aliquoties ac pro virili confirmentur.

itera Apologetica utherarum captiuorum ad Regem hristianissimum.

Vt autem innocentiam suam eo citius testatam facerent, literas ad Regem scribunt, quibus eius animum partim emollire, partim vero à præconcepta sinistra opinione auertere, & denique obiecta crimina diluere & benignas ac patulas aures regias impetrare, conantur. In iisdem autem docebant falso se huiusmodi insimulari calumniis, priscas istas ac iamdudum Ecclesię obiectas esse, hunc potissimum in finem, vt à Sathana apud Reges & Principes inuidiose traducerentur: Supplices iccirco sese rogare Regem, vt vnicè in hanc curam incumbat, quo pacto, grauissimo hocce in negotio, suspiciones & sinistra de se concepta iudicia amoueri, è contra vero, de rebus singulis fida indicia haberi queant, accusatione enim nuda neminem esse innocentem. Si autem ipsam veritatem, sui conuentus, exploraturus sit, nihil comperturum aliud, quam vnicum studium orandi Deum pro ipsius Regnique totius incolumitate ac felicitate: interim doctrinam suam seditiones nequaquam spirare nec obedientiæ Magistratus aduersari, id sese abundè testatum facere, quod hactenus tam malè habiti & nihilominus tamen plenam ac perfectam obedientiam Magistratui de iure debito semper præstiterint. Si insuper Rex causam ipsorum rectè velit cognoscere, adduceret vnum ex captiuis in medium & Sorbonistas vel alios Pontificios eidem opponat, cum quo de præcipuis doctrinæ contro-

uersis

uersis articulis disputationem quampiam instituant: Porro orare se etiam, imo per Deum obtestari, ne patiatur bonorum hominum innocentiam, absque cognita atque indicta causa condemnari, imprimis vero cum etiam hominibus facinorosis atque omni scelere atque spurcitie inquinatis, licentia ad dicendam causam, permittatur. Perlectis autem hisce coram Rege & aliis tum præsentibus, literis, Pontificiorum quidam potentiores clamitabant, fuco & mendacio literas esse tinctas, quocirca Lutheranis nulla copia respondendi facta est. 1557

Quamuis autem Lutherani captiui, absque vllo fructu prædictas suas literas ad Regem, exarauerant, nihilominus tamen, vice secunda aliud pro Religiosis scriptum ad Regem promulgatum fuit huius potissimum argumenti, quod videlicet omnes istæ calamitates, quibus Christiana Respublica vexetur, secundum omnium testimonium, à iusto Dei iudicio proficiscantur, qui exasperatus sit, tot hæreses & Religionis corruptelas, adhuc in hodiernum vsque diem grassari, peccetur autem in eo potissimum, neminem Reipublicæ summam tenentem & cuius intersit malis istis remedia applicare, curare ex præscripto Dei verbo cognoscere, *QVI NAM SINT HAERETICI*: quamobrem Regis, exemplo Ezechiæ & Iosiæ, peculiare munus esse, vt totus in huius rei cognitionem incumbat: Hisce itaque, aiebant vlterius, veræ falsæque Religionis notis substratis, cum animo tuo, Rex Clementissime tuarum rerum statum perpende, comperies profecto omnia tum infeliciter tibi conti-

Secundu scriptum Apologe. cum pro Luthera Lutetia captiuis.

gisse

1557. gisse quum Lutheranos infestare aggressus es. Facto enim edicto Castrobriantæo, quamprimum tũ temporis bellum exarsit, at vbi edicti illius executionem inhibuisti, & in illa expeditione in Germaniam pro illius libertate & propter Religionem afflictam, Pontifici fuisti inimicus, tuæ res prosperè succedebant: ecquid vero tibi contigit, quum cum Pontifice societatem inisti, accepto ab illo ense sanguinolento sane & mali ominis dono, quo induciis violatis, nouũ bellum inflammaretur? Deus nimirum tuam felicitatẽ in eas calamitates conuertit, quæ tibi tuæque dignitati imminere videantur. Ecquo tãdem abiit Ducis Guisii in Italiã expeditiõ, cũ operam suam Dei hosti locasset, eo consilio vt redux Pedemontanarum conuallium Ecclesias deleret, Deoque hoc modo victorias suas immolaret? Scilicet exitus ostendit, Deum consilia hominum cum in suorum perniciem fiunt, dissipare, vti & nuper, clade Laurentiana Connestabilis minas irriserat gloriantis se, victore reuerso, Genouam radicitus pessundaturum. Commemoratis autem adhuc multis tam priscis quam hodiernis exemplis aliis, quibus Dei iudicia contra veritatis suę aduersarios apparerent, addebant Lutheranæ (doctrinæ propugnatores) afflictiones Ecclesiam Dei minimè abolere posse, cum secundum Tertulliani sententiam, *SANGVIS MARTYRVM SIT SEMEN ECCLESIAE.* Regis officium esse suscipere curam Religionis, quam variis modis inquinatam, nemo non videret, quod fieri posset, si concilium ritè & libere conuocaretur. Interim incognita causa nihil in captiuos, qui diuinam veri-

tatem

çatem se sequi profiteantur, statuendum acerbius, 155
non posse siquidem tam sacrum nomen ita contemni, quin de illo aliquantum inquiratur, iudicium fieri debere non ex humanis commentis, sed ex verbo Dei tamquam vnica ac certa veritatis regula. Itaque, concludebant, ni, ex verbo Dei, conuincantur, non ignes, non gladios, non exquisita eos terrere supplicia, ista siquidem fore fidei suæ trophæa, vt VICTI VINCANT, ISTOQVE CVRRICVLO AD IMMORTALIS VITÆ METAM perueniant. Vt autem de atrocissimo ac perquam vehementi, in causam Religiosorum, Edicto Castrobriantæo, cuius paulo ante mentionem fecimus, cum eius cupido Lectore communicem illud hisce subiungere volui, & hoc est huiusmodi: *Qui nouæ Religioni addicti sunt, ni ex edictorum præscripto satisfaciant, capite mulctantor: Nemo ad publicum munus admittitor, nisi facta in Romanam fidem confessione: uti singulis Parlamentis, tertio quoque mense, cœtus, qui mercuriales vocantur, habeantor, primumque de rebus Religionis agatur, potissimumque in ipsius Parlamenti collegium inspiciatur, ne quid labis irrepat.*

Hæc & similia scripta Apologetica vndique à Religiosis sparsa legebantur, dum autem istiusmodi scriptionibus sibi prospiciunt, Pontificii ex aduerso omne suum studium ad maturanda captiuorum supplicia coniiciũt: imprimis autẽ ex istis Manerius vrbis prætor nihil, quod ad interitum & perniciem captorum spectabat, intentatum

reli-

1557. reliquit. Cum autem Senatus rem procrastinaret, nouo rescripto regio fuit admonitus, absque vlteriore mora & rebus aliis omnibus sepositis finem tandem rei imponeret, statuta, ex relatione Munerii, vltima sententia, verum Senatus, qui Munerio aliquo modo infensus erat, Regis rescripto intercedit, docens legitimam ac ordinariam iuris cognitionem nullo modo pertinere ad Munerium, propter infamem falsi accusationem, in qua adhuc hæreret, vsitatæ etiam insuper Iudiciorum consuetudini aduersari, vt ciuilis prætor de rebus capitalibus cognoscat ac iudicet. Licet autem Senatus tãto captiuorum numero nonnihil contristaretur, nihilominus tamen expressis & rigidis Regis mandatis tandem decernit, vt ad causæ istius cognitionem è Senatu deligantur viri eximiæ virtutis & probatæ fidei, ex quorum commonstratione vltima describatur sententia: delecti itaque ad rei administrationem se accingunt, sed noua exorta cõtrouersia, quidam enim ex amicis captiuorum exceptionum causas istis indicunt, contendentes, non posse illos legitimo more iudiciorum de hisce rebus cognoscere, quare postulant vt ex decreto Senatus alii constituantur iudices. Postquam autẽ Senatus Regem huius rei certiorem fecisset, rescribendo omnes istas exceptiones iussit esse irritas, mandare itaque seriò, vt pro arbitratu suo iudices idoneos ad dicendã vltimam sententiam seligat, in absentium locum alios sufficiat, omnemque denique operam impendat, vt de causis vltimæ sententiæ primo quoque die statueretur, se tamen ante executionem prius admonito: Paucis, post hoc

rescri-

escriptum, interiectis diebus multiplices capti-uorum diuerso tamen iudiciorum euentu de-scriptæ sunt sententiæ. Qui enim in confessione sua perseuerarunt ad securim damnati & magno applausu populi in foro Maumertio concremati sunt, & inter hos etiam inlustris Graueriona, (cuius bona Reg. dono Marchio Transius Bertrandi sigillorum custodis gener interuertit.) Grauellius fori Patronus, Clinetus, pædagogus, viri eruditionis laude celeberrimi, & reliqui quorum nomina in peculiari libro recensentur. Ex iis autem non pauci vitam suam redemerunt & indulgentia iudicum Martyrij coronam negligentes, ad Pontificiorum partes rursum transierunt. 1557.

Sed cum iamdiu in Galliis immorati simus, animi leuandi gratia ad externa nobis excurrendum est: Notum autem omnibus & ex probatissimis historicorum monumentorum scriptoribus manifestum est, Buaconem superioribus annis, Lusitanorum ope adiutum expeditionem in Barbaros suscepisse, verum cum infelici prælio à Salauaisio, Solimani Turcarum Imperatoris Iuliæ Cæsareæ præfecto, victus esset, vniuersa classis Lusitanica, elapso Buacone, in Turcarum manus peruenit. Postquam autem Duaco, accepta à Salaraisio fide, Cæsaream profectus esset, & omnes Christianos persoluto pretio rursum redemisset, eum præfecto conuenit, vt accepto, in singulos dies 1000. aureorum, stipendio (pro cuius solutione fideiussores acciperet,) cum Turcicis auxiliis ad recuperandam Fessam, manus auxiliares coniungeret, hac videlicet conditione, vt post vrbis expugnationẽ, omnes

Buaco Turcorum auxilio v tramque Fessam occupat.

1557. ibidem reperti thesauri, Turcis cederent: hisce itaque inter se conuentis cum non exiguo Turcorum tormentorumque apparatu, contra Cherisiũ, seruato semper ordine, procedunt: Quod cum Cherisius, qui vtramque Fessam antehac occupauerat, cognouisset, assumptis secum Marocensibus & Susianis, Fessam nouam (cuius incolæ propter aduentum Turcici exercitus aufugerant & ad Fessam veterem se receperant) versus iter aggreditur, quo cum venisset, Abdalæ filio dat in mandatis, vt Fessam veterem cum equitatu quamprimum occuparet, filius haud segniter parenti obtemperãs, displosisque, præter vllam omnium opinionem in Turcos tormentorum ictibus, cuncta, aduersus impetus Turcicos eorundemue obsidionem, parata ostendit. Buaco igitur acceptis à Salaraisio quingentis prætorianis, cum iisdem fecit impetum, ac refractis portis, ciuitatem irrumpit, Abdala autem quoniam ciuium fidei diffideret, postico elapsus, Fessam nouam approperauit & parentis auxilium implorauit, cui in tanto periculo, pater non defuit, sed quam celerrime Bucaro ad portarum custodiã constituto, omni gynæceo imperat vt vnaquęque, conuasata pretiosa supellectile, equos conscẽderet ac fuga sibi salutem quæreret: ipse vero pernici veredo vectus clypeoq; ac stricto ense munitus vrbe exiit & vniuersum thesaurũ ad prædã exposuit, qui tamẽ eo ipso die magna ex parte, à Fessanis ipsis direptus est. Cũ autẽ Bucarus, qui cũ præsidio in vrbe relictus fuerat, cognouisset herum in portu esse, de deditione cũ hoste pactus ac cõsecuta sibi & oppidanis salute, portas Salaraisio confestim reserat,

quo facto Turcus vtraq; Fessa potitus & paulo post Buaco in Fessæ regem à Salaraisio constitutus est. 1557.
Salaraisius vero imposita Fessanis, vnciæ argēti pœna, (quod contra Turcos arma sumpsissent,) ingēti præda tamquā triumphans Cæsareā cum exercitu suo reuertitur, nec multo post præfectus Penonij Velezii, Mahometi Buaconis F. arcē in potestatē tradidit, quā tamen Salaraisius quāprimum à Buacone repetiit: Instante autē Buacone & filii cōtrariā voluntatē prætendente, Turcus ita ob tergiuer ationē istam excanduit, vt Iahaiæ qui quindecim biremibus in isto tractu pyraticam exercebat, mā darit, vt qua posset ratione locum istum occuparet. Cum idcirco Mahometes qui tum tēporis for e fortuna extra Penonium deambulabat à pyrata sto Iahaia interceptus esset, nullatenus se ex imanitate pyratæ istius nisi tradito ei Penonio, li erare potuit. Tamdiu itaque Turci Penonium te nere donec paucorū annorum interuallo, Philippus altera sua expeditione, illud rursum Christia nis restitueret. Interim Cherifius, filio, Mechinē tū enenti imperat, vt, oppidum relinqueret & recta d se Marochum tenderet, quod cum Buaco intel exisset, subito Mechinem occupat: Hameres autē rater Cherifii, veterum iniuriarū non immemor, empus vltionis opportunum iam aduentasse ra us, cum copiis tumultuario collectis, Tafiletum etit, illoque, propter liberalem oppidanorum ex eptionem, absque vlla fusione sanguinis potitur: herifius vero quem Fessanorum status non la bat, filio suo Abdalæ partem suarum cōpiarum ntra Buaconem ducendam, attribuit; reliquis

Turci Penonium occupant.

1557. autem copiis parẽs Tafiletum proficiſcitur: Quapropter Abdala cum Arrhamenenſibus, inter Arabas propter opes & laudem bellicam famoſiſſima gente, Feſſam illico inuadit: Cui Nacerus nothus, Mahometes autem Buaconis filius legitimus cum paternis copiis celerrimè occurrunt. Sed orta inter eos ſimultate dumque quilibet victoriæ gloriã, quæ tamen adhuc incerta & nulli erat cognita, ſibi attribuere conatur, Mahometes prauis conſiliariis ſeductus exercitum paternum diuidit, ſed ab inſidiis Luſitanorum funditur ac in fugam vertitur, quocirca Nacerus concepta ſuſpicione, vaſis conclamatis rurſum ſe Feſſam recipit. Exiguam autem hanc acceptam filiorum cladem, Pater Buaco, vt erat excelſi & intrepidi animi homo, ne hilum quidem fecit, ſed ex alto deſpiciens copias confeſtim eduxit manibuſque cum Abdala conſertis hoſtem fugientem Marochum vſq; perſecutus eſt, occiſis fermè auxiliaribus copiis omnibus. Mahometes interim Cherifius, fratrem Hametem, qui Tafileti incluſus erat, obſidione cingebat, certior autem factus de clade filij Abdalæ aſtuto ſiue callido conſilio caſum diſſimulat: ſpargebat enim Buaconem iampridem eſſe debellatum & omnis auxilij inopem confugiſſe Penonium, Abdalam vero tamquam victorem Feſſam teneré, quo rumore fictitio Hametem fratrem ad tantam deſperationem adegit, vt quo ſe verteret locum nuſquam inueniret: Cum itaque hactenus omnẽ ſpem in Buaconis victi opibus collocaſſet, filiis ſuaſit, vt ſupplices Patruum adirent, flexiſque pedibus eius miſericordiam implorarent, tradito autem vna cũ

filiis oppido, infelix Pater Hametes in monasteriũ detrusus, duo autem filii in captiuitatem abducti & paulo pòst, dum Cherifius ad Garcilium castra moueret & hoc modo ingressum in Regnum Fessanum sibi pararet, ob metum alicuius tumultus strãgulati sunt: Præterea progressus & sanguinario admodum isto cum Buacone conflictu, bellum tam diuturnum finiit: In cruento autem isto prælio Mahometes, Buaconis filius, primæ aciei ductor tantum virtute sua præstitit, vt cum 4000. Arabibus Cherifianos, imprimis autem Marochenses plærosque obuios occiderit: sed cum Cherifius recollectis viribus, prælium redintegrasset, Fessani segniter pugnarunt, ob id Buaco cum Nacero filio in extremis fortissimè pugnans, lancea in femore lethaliter vulneratus exanimis concidit, quo facto omnes à Buaconis partibus stantes fuga dilapsi sunt, Nacerus siquidem filius exiguo numero stipatus ad proximos montes, Mahometes autẽ Naceri Germanus, cum 50. equitibus ad Fessam confugit, sed tepescentibus adhuc oppidanorum animis vrbe rursum egressus, cum fratre primo Mechinem, deinde Salam ambo venere, vbi conscensa Christiani mercatoris naui & oram legentes Hispaniæ, à pyratis Armoricæ capti sunt: Bucarus vero qui infelici prælio Buaconis quoque interfuerat prima vice Tremecensem, postmodum autem Cæsaream versus iterfecit, vbi non multo post peste correptus interiit: ita Fessa absque vllo negotio, à Cherifio rursum occupata est: Postquam autem Abdalam filium cum præsidio in vrbe reliquisset, ipse Marochum contendit aduersus Dedererẽ-

1557.

Cherifii immanis in sobrinos crudelitas.

1557. ses rebelles vltionem sumpturus, ast cũ potentioribus istis populis longe esset inferior, eosdemue tam exiguo tẽporis spacio debellare haud posset, à bello ad nuptias siue hymenæa conuersus & vxorem more solẽni sibi coniungere constituit, Hamete iccirco fratre cum filiis ac nepotibus superstitibus sub custodia ad se accersitis, mille ac ducentis Turcis ingentiq; equitatu stipatus cum duabus filiabus Susam proficiscitur, quod iter postmodum ei mortẽ accelerauit. Nam cũ Salaraisius non ita pridẽ vitam cum morte cõmutasset, & Haren Hariadeni Ahenobarbi filius Cæsareæ in eius locũ suffectus esset, potẽtiã Cherisii suspectã semper habuit, itaque cum latrone quodam famosissimo nomine Haren paciscitur, vt qua posset ratione Cherisium è medio tolleret: quo pacto Haren latro iste, simulans ob illatam sibi iniuriam, se profugum cum 20. coniuratis recta ad Cherisium profectionem suscipit, qui explorata causa sui aduentus & cognita, vti homicida prætendebat, iniuria eum non solum honorificè excipit, sed insuper stipatoribus suis illum præficit: nacta igitur hac optata occasione Haren cum Turcis, Cherisio ob non solutum annuũ stipendium infestis, clandestinũ init consilium, vt Cherisium vel caperent, aut, si hoc non procederet, occiderent, facta insuper spe diripiendi thesauri & salui, post perpetratam cædem, receptus Turci facile annuunt, quæ res prosperum quidem initium, infelicem autem exitum sortita est. Cum enim Cherisius in monte Atlante ad locum Aguelliũ venisset & per Bibonæ angustias, Morocho Tarudentum versus, necessario ei transeundum esset,

Haren

Haren cum delectis Turcis Cherifium ante prætorium, Bugumeda quæstore & Lusitano quodam eierato dumtaxat comitatum offendit, strictoque gladio Cherifium petit, qui postmodum à reliquis eieratis confossus animam infelicem grandæuus exhalauit, postquam per integros triginta septem annos regnum summa cum solertia administrasset, mox Haren thesaurum omnem diripuit & duas Cherifii filias: postquam autem se excusasset, quod ob tyrannidem & crudelitatem Cherifii, cædem perpetrasset cum Turcis, Mauris & eieratis quibusdam, quos tum temporis penes se habebat, per Susianam Tarudentum, quod Odmanus Cherifii filius, tenebat, perrexit, quod cum ab Odmano, vna cum ingenti thesauro relictũ esset, sine negotio, vrbem & arcem Haren occupauit. In isto oppido eieratus quidã Iudęus nomine Gazius Muca ob suspicioné cuiusdã criminis in vinculis asseruabatur, homo vafri ingenii manuque ac consiliis expeditissimis promptissimus, hunc Haren confestim liberari præcipit, eumq; supremũ vrbis iudicẽ constituit, qui accepto hoc munere Hareni suasit, vt quã celerrimè fieri posset vrbẽ muniret, vsq; dũ auxiliares copiæ Cæsarea ac Tremecena aduolarẽt. Sed cũ mora, secũdũ tritũ illud prouerbiũ, plæriq; mori videantur; ita etiam hic Hareni periculũ in mora fuit, dum enim deliberando viginti circiter dies insumeret, perniciosumque consilium à Iudæo sibi datum autumans, per vastas solitudines, ad fallendum hostem, profectionem instituit: Quocirca Iudæus (vt omnes sunt ad proditiones ac rapinas prompti) Abelem Mu-

1557.

Cherifius ab Harene & aliquot eieratis confoditur.

1557. menem alterum ex Cherifii occisi filiis, huius Hazenis discessus certiorem facit monens, ac significans quo pacto & compendio, cædem paternam vlcisci possit: Hoc accepto muntio Abel Mumenes, Halem Bucarum Marochi cum præsidio relinquit, ipse vero sumptis 8000. equitibus Turcos insequitur, & de hoc negotio fratrem Abdalam certiorem facit: Interim vero Iudæus Garius Muca, dum hi duo fratres copias coniungunt, tumultuaria manu militum collecta fugientes insequitur & vndique circumseptos ad vnum fermè omnes trucidat, thesauros ac filias Cherifii recipit, & deniq; Tarudanti oppidanos in sua verba iurare cogit: Cũ autem hic de morte Mahometis Hazeni rumor, ad aures Halis Bucari peruenisset, veritus ne ex Hametis, viri iam nonagenarij, filiorum ac nepotum dum temporis adhuc superstitum occasione, regni status ac successio turbaretur, iccirco illos ac vna cum iisdem Zidani filios ex Mariemna Abdalæ sorore procreatos iugulari imperat, sed & sibi ipsi ob immanem hãc crudelitatem, mortem, pro suo merito, accelerauit: Mariemna siquidem post viri ac liberorum suorum amissionem, illatam sibi suisque iniuriam, singulari industria dissimulabat & ad Abdalam fratrem apud quem summa pollebat gratia se conferebat, & ad sumendam de Bucaro vltionem hoc astu vtebatur: nam iniecto de regni successione sermone, fratri scrupulum mouebat, an videlicet filius eius vnicus, si ipse (parens) fatis concederet, regni habenas capesseret, primates enim & cum illis etiam ipsum Bucarum sentire fratri ipsius tamquam viro, potius quam filio adhuc

puero, clauum Imperii deberi, vt autem Mariemna rem testatam faceret, fratri suo Abdalæ suasit, vt morbum fingeret, & tum Bucarus ad eum, tamquã mortuum accerseretur, se enim cum Bucaro de successore regni collocuturum, & ipsum denique regem experturum, quæ Bucari de successione sit sententia: Et sane dolus versipellis istius Mariamnæ, non malè cessit, siquidem cum Rex vero non autem morbo fictitio laboraret seque aliquot dierum spatio ex conspectu hominum subtraxisset, Bucarus Mariemnam de Regis valetudine sollicitans, ab eadem in conclaue in quo Rex tamquam mortuus ac linteo tectus, iacebat, abducitur, cumque ibidem quamplurimis lamentationibus, pro more ad risus & lachrymas pronarum mulierum, testaretur regem iam modo expirasse, & præterea rogaret, vt pro sua prudentia rem eo deduceret, ne regnum à hæredibus, legitimis forsitan ad alios perueniret, sed Mahometi Abdalæ filio asseruaretur, ad hæc Bucarus paucis respondit, non iam esse eam rerum faciem & regnorum statum, vt illorum administratio puero committenda sit, quapropter cum propter quietem & tranquillitatem erga Patriam non immerito & pio zelo moueatur, publicæ tranquillitati interesse, si regis frater, non impar regiæ administrationis, ad solium regium collocetur: His dictis ocius palatio egressus est. Abdala vero Rex mortuus non mortuus, erecta ceruice & assumpto, quo adhuc propter imbecillitatem corporis vtebatur baculo abeuntem reuocat, & hisce verbis regredientem excipit. Hæccine Bucare tot tantorumque honorum ac meritorum gratia?

1557. *Callidum muliebre consilium.*

1557. Siccine beneficia, quæ ingentia in te cumulata sunt rependis? Perfidioso modo filium à legitima successione Regni spoliare & in fratrem transferre, quo iure eniteris? ast viuo ego, & vt spero, tãdiu adhuc hac luce fruar, donec vnicuique secundum merita dignam mercedem retribuero, & filium, tamquam successorem, in thronum regium collocauero: Quapropter Bucarus siue pudore vel ex metu consternatus, confestim domum tendit, assumptoque muliebri habitu in puncto vrbe incognitus ex vrbe migrat, dato suis mandato, vt ocius pernici equo sibi subuenirent, quo eo commodius ac tutius fuga sibi consulere posset: Sed dum personatus iste Bucarus ad pedem Oleastri equum sibi transmittendum præstolaretur, ex magno suo malo, equites à venatione redeuntes adpropeperant, Halimque muliebri veste amictum scortum esse autumant, abrepto autem velo Halim esse cognoscunt: quocirca rem magni sceleris illum perpetrasse coniectant, & ideo ad Abdalam captiuum deducunt, ad quem cum peruenisset, rex, veterum meritorum haud memor, recenti autem facto grauissimè exasperatus, illum quam citissimè strangulari imperat, atque ita hoc facto suam ac sororis Mariemnæ iniuriam vindicauit. Paulo post, vt tuto ac pacificè regnum imposterum possidere posset, etiam Mahometem Abdeli Caderi filium Mesquinæ dynastam, sobrinum quemque cum Lela Sophia sororis filia ante hac matrimonio iunxerat, ad mortem rapi iussit: ita Abdala vtramque Mauritaniam Tingitanam ac Cæsariensem maioremque partem Numidiæ, Gætu-

[H]alis Bu[c]arus strãgulatur, & [A]bdalã to[t]i Mauri[ta]norum [re]gnum in[coh]ata possi[de]t.

liam

liam nimirum, in summa pace ac tranquillitate administrauit. 1557.

Sub initium huius anni supra millesimũ quingentesimum quinquagesimi octaui, Guisius summus Imperator Gallici exercitus, postquã cum ceteris belli ducibus matura consultatione deliberasset, vtrum cum exercitu ad recuperanda superiori ætate amissa, expeditionem susciperet, tandẽ suã Petri Strozzæ, qui vna cum Mazino Delbenio locum diligenti lustratione explorauerat, & cõsensu Regis omne robur ad obsidionẽ Caleti conuertẽdum placuit: Icciрco Guisius, Strozza Aumalius, Marchio Elbouius eiusdẽue duo fratres, Mommorãtius Cõnestabilis filius natu senior, Thermisius, Andelotius, Estreus, Sansacus, Senarpontius & alii primariæ nobilitatis Gallicæ, Caletũ ex improuiso circũuallant, tormentis quãplurimis & quindecim machinis muralibus muros tantopere concutiũt, vt ẽt grauissime tãtæ pulsationis fragor Antuerpię, quæ triginta tribus à Caleto milliarib⁹ germanicis distat, exauditus sit. Quãquã aũt Dumfortius vrbis præfectus ope suorũ hostiũ impetus ad sextũ vsque diẽ fortiter sustinuisset, hostemq; non vna dũtaxat vice retrocedere coegisset, tamẽ post acerrimũ cõflictũ cũ multos ac strenuos milites amisisset & extremos etiã eius conatus irritos cerneret, septimo die tamdem deditionem his conditiõnibus pactus est. 1. Omnes oppidani vna cũ vxoribus ac liberis, absque vlla iniuria, salui & incolumes dimittantur, quibus liberum fiet vel in Flandriam vel in Angliam, præmissa tamen ac præstita securitate, traiicere. 2. Miles Angliam repetat 3. Dumfortius &

1558. Caletum à Gallis obsidione cingitur & expugnatur.

1558. penes eum adhuc quinquaginta alij, pro Guisii arbitrio captiui sint. 4. Tormenta, globi, puluis tormentarius, signa atque demum omnis apparatus bellicus in oppido, citra vllam fraudem, relinquatur. 5. Omnis supellex, aurum, argentum, merces & equi Guisii voluntati permittantur. Et denique sarta tectaque omnia in vrbe maneant, ædificiis nulla vis inferatur, clauum non refigant aut lapidem loco suo moueant, nec solum vel pauimentū suffodiant: strictæ autem hæ conditiones ob id potissimum addebantur, quod Angli, restituta superioribus annis, ex conuentione, Bononia, in detrimentum Gallorum vrbem fœde deformauerant. Sciat autem Candidus lector, Reges Franciæ Caletum per centum aliquot annos suo sub imperio tenuisse: verum cum Philippus Valesius Anno Christi Millesimo, trecentesimo, quadragesimo sexto, in prælio Crescensi (in quo Ioannes Rex Bohemiæ, Caroli Quarti Cæsaris parens, & Heinrici septimi Imperatoris filius, Carolus Dux Alenconius Philippi Regis frater, Rudolphus Dux Lotharingiæ, Dux Barrius, Dux Brabantinus, Comites Flandriæ & Montispeligardi, & penes hosce etiam triginta millia Gallorum, nobilium & ignobilium cæsi sunt,) victus ac debellatus esset, Eduardus Rex Angliæ recta Caletum proficiscebatur, & per vndecim menses, vrbem dura ac vehementi obsidione cingebat: verum cum Philippus Gallorum Rex, propter nuperam receptam perpessamque cladem vires suas tàm repentè colligere haud posset, Oppidani, propter annonæ defectum & ingentem famem, vrbem diutius defendere nequa-

[...]gens [G]allorum [st]rages [A]nno 1346

quam

quam potuere, quocirca 4. die Augusti, Anno supra millesimum trecentesimum quadragesimo septimo, deditionem fecerunt & quilibet cum impedimentis, quantum ex istis portare valebat, saluus & incolumis ex vrbe dimissus est, exceptis belli ducibus & cæteris officialibus, quos ad vnum omnes Eduardus necare constituerat, exoratus tamen à Regina admodum grauida & eorundem quoque vitæ postmodum pepercit. Quo facto Rex Franciæ in vniuerso suo regno præcepit, vt Caletarij quocunque locorum tandem peruenturi essent, ob strenue & fortiter in Caleto nauatam operam, ad digna munera ac alias dignitates promouerentur, vt perpessa damna aliquo modo resarcire possent. Angli iccirco ab illo tempore Caletum per ducentos & vndecim annos suo sub imperio tenuere, vsque dum hoc anno rota fortunæ versa est. Occupato Caleto exercitus Regius longius progressus & interceptis & expugnatis aliquot castellis, etiam Guinam vrbem validissimo præsidio munitam, vicesimo secundo die Ianuarii Regi Gallorum subiecit. 1558.

Carolum V. Cæsarem relicta Germania in Hispaniam traiecisse ac Ferdinando Regi, fratri suo, Romani Imperii habenas commisisse, supra diximus. Ad confirmandam autem hanc Imperii, fratri Ferdinando factam, exhibitionem, inlustrem legationem, vtpote Guilielmum Principem Auraicum Nassouiæ Comitem, Georgium Seldium I. V. Doctorem Cæsareæ Maiestatis quondam Vicecancellarium & Wolfgangum Hallerum Ratisbonensem Secretarium ad Comitia ablegauit, vt ibidem Im-

Conuentus Electorum Imperii Francofurti ad Manum.

1558. perii Electoribus mandata sua exponerẽt, & simul nomine Caroli rogarent, vt Ferdinandũ non solũmodo pro Romanorũ Imperatore agnoscerẽt, sed & eidem debitã obedientiã opem & auxiliũ præstare ne dedignarẽtur, non secus ac si Carolus iã iam vitã cũ morte cõmutasset. Verũ cũ, ob diuersimoda negotia, quibus Ferdinandus tũ tẽporis districtus tenebatur, Comitia integram per æstatem suspenderentur, tandẽ mense Februario, Electoribus cõuentus Francofurtũ indictus est: Quapropter Ferdinandus & cæteri Imperii Electores non sine põpa Francofurtũ, ad dictum tẽpus, ingrediuntur, vbi Caroli Commissarii ac delegati Domini sui mãdata XXIV. die Februarii proponunt, eo ipso videlicet die, quo ante annos quinquaginta octo Carolus Gandaui Flandrorũ natus fuisset, ante 33. annos Franciscũ Gallorũ Regẽ Pauii in Mirabello cepisset, ante 28. autẽ annos à Clemẽte Romano Põtifice Bononiæ in Romanorũ Imperatorẽ, & deniq; cũ ante 31. annos Ferdinandus frater in Regẽ Romanorũ coronatus fuisset. Auditis itaq; Legatorũ Carolinorũ propositionibus ac mãdatis, Electores omne negotiũ ad deliberationẽ suscipiunt. In illa autẽ tractatione cũ aliquot dies insumpsissent, tãdẽ tamen VIII. Martii pactis & conditionibus Ferdinando propositis & ab eodẽ acceptis, pro Romanorũ Imperatore agnoscitur, & paulo post, ꝓpter vnanimẽ Electorũ cõsensum & electionẽ factã, Ferdinãdus in tẽplo D. Bartholomæo sacro, Romanorũ Imperator publicè moreq; solemni renunciatur & proclamatur. Quo facto postridie duo Electores, ex Imperii more & consuetudine prisca, feuda Im-

perii

perii accipiunt, & quidē Otto Heinricus Palatinus Rheni in Camera Cæsarea, Augustus Saxo publicè sub firmamento cœli, & deniq; Elector Brandeburgicus simili modo splēdidis ac vsitatis ceremoniis feuda Imperii, more maiorū repetiit. Cum autē recens iā electus Imperator cum Electoribus de proximis celebrandis Comitiis consultasset, & Augustæ Vindelicorū mensis Nouēber constitutus esset, Ferdinandus & Electores relicto Francofurto, ad sua rursum se recipiūt. Mēse Februario in Hispania extremū diē suum clausit Eleonora soror Cæsaris, quæ primo Emanueli Regi Lusitaniæ, cui ēt filiam Mariā pepererat, postmodum aūt Francisco Regi Gallorū, matrimonio iūcta fuerat, huius in honorificā memoriā Lutetiæ Parisiorū, Rex Fráciæ, sumptuosam processionē funebrē XIII. & XIV. Aprilis instituit. Eodem verò tēpore Wolfgāgus Princeps Palatinus amborū Electorū Ludouici IV. & Friderici II. frater germanus Heidelbergæ vitā cū morte cōmutauit, & in tēplo S. Spiritui sacro tumulatus est, præsentia aūt sua hasce Principis demortui exequias cohonestarūt, Otto Heinricus Elector Palatinus, Ludouicus Princeps Palatinus ad Rhenū, & Ioannes Georgius etiā Princeps Palatinus stirpis Bipontinæ tamē & Veldensis. Nō ita pridē Elisabetha Philippi Landgrauii Hessorū soror, quæ antehac Ioanni, Georgii Ducis Saxoniæ filio nupserat, Rochlitii in Misnia diē suū quoq; obierat. Fatalem aūt huius anni mensem fuisse Magnatibus, nō solūmodo tria iā cōmemorata exēpla testatum faciunt, verum ēt sequētes funesti casus satis abundè testantur: XV. n. huius Melchior Zobelius, Episcop⁹

1558.

Mors Eleonora Cæsaris sorori & Wolfgangi Principis Palatini.

Episcopus Wirceburgicus sclopeto ictu necatur.

Wir-

1558. Wirceburgicus, & Orientalis Franciæ Princeps, cum circa nonam & decimam antemeridianam ex Cancellaria, vti vocant, per Mœni pontem aliquot dapiferis & nobilibus iuuenibus dumtaxat Comitatus, ad arcem tenderet, en subito XV. Equites armata manu ex improuiso Principem inuadunt, & sclopeti ictu tam vehementer sauciant, vt etiam in monte ante arcem, inter manus ministrorum suorum spiritum exhalauerit: simili crudelitate & diuerberatione sclopetorum etiam necantur, Iacobus Fuchsius à Montfort, Cubicularius Principis, & VVolfgangus Carolus à VVenckheym præfectus Iphouensis: tres vero dapiferi Iuuenes nobiles pari modo sclopetorum ictibus, non tamen lethaliter vulnerantur: Cum autem post perpetratam hanc cædem sicarii isti immanissimi, portas egressi fuissent, en Ioannes Zobelius à Gibelstat Consiliarius VVirceburgicus & literatissimus alioquin nobilis, aliquot ministris comitatus, magno suo malo in latrones istos incidit, qui illum sclopetis suis equo excutiẽtes, equos, torques, & annulos pretiosissimos eiusdem non solummodo diripiunt, verumetiam, cum illum grauiter sic vulneratum abducere non possent, sacramento captiuitatis onerant, vt quamprimum iuberetur, se quodam in loco sisteret. Ferunt autem tantæ virtutis & fortis animi fuisse Zobelium, præsulem VVirceburgicum, vt etiam, si arma quemadmodum & isti sicarii ad manus habuisset, absque vllo negotio ex cruentis istis latronum manibus se extricare potuerit. Sed ab initio cædis huius auctor, diu latuit, diligentissima autem facta inquisitione Christophorus

Cædes quorundam nobilium Francorũ Orientalium.

Kretze-

Kretzenus Guilielmi à Grumbach emissarius in cædis suspicionem incurrit, & ob id in Comitiis Augustanis anni sequentis, publicè proscriptus est: Postquam autem Kugelsbachij diuturno tempore latitasset, tandem tamen nocturna diurnaque exploratoris peruestigatione inuentus, & in arce Schaumburgica in vincula coniectus est: verum dum inde ad condignas scelere luendas pœnas Herbipolim versus deducitur, in itinere dormientibus custodibus laqueo gulam sibi ipsi fregit, conscioru m sociorum nominibus prius editis: Perpetratæ autem huius cædis caput & antesignanum fuisse Guilielmum Grumbachium hinc inde constitit: Zobelus siquidem legatum à Conrado Bibraco Episcopo Herbipolensi, vxori suę testamento factum soluere noluerat, & Grumbachium, Alberto Marchione Brandeburgico, ferro flammisq: vndique grassante, tamquam proscriptum bonis exutbauerat. 1558.

Eodem mense die videlicet XIX. Lutetiæ Parisiorum nuptiæ Francisci Delfini, Heinrici Regis Gallorum filii natu senioris, cum Domina Maria Iacobi V. Scotorum Regis vnica relicta filia, ingenti ac regali pompa celebratæ sunt, quas præsentia sua cohonestarunt, Carolus Borbonius, Carolus Dux Lotharingiæ, Odetus Colignius Castilionęus, Ioannes Bertrandus Cardinales, Condæus & Rupisurionius Borbonii, Dux Lotharingiæ, Nemorosius, Guisius, Niuernius, Aumalius, &c. Ex proceribus autem Scotiæ præsentes adfuere, Glascuensis Archiepiscopus, Cassilissæ & Rothusii Comites, Flaminius, Setonus, Dunius, qui cum ingenti ac

Nuptiæ Francisci Delfini & Mariæ Reginæ Scotiæ.

1558. innumera ferè nobilitate regali conuiuio excepti, & tamdem nuptiæ sumptuosissima pompa finitæ sunt. Peractis itaque nuptiis Bertrandus Pro concellarius, Scotorum legatos sollicitat, vt repræsentata corona ac ceteris regni Scotici insignibus, Delfinus, iam Scotiæ Reginæ maritus, Rex Scotiæ crearetur: verum cum sese horum nihil in mandatis habere legati respondissent, rursum Procancellarius institit ac se iam aliud nihil petere dixit quam quod in ipsorum positum sit arbitrio, vt, cũ in publico ordinum conuentu hac de re consultaretur, illi vicissim honorem de iure petitum, votis suis comprobarent, idque se facturos syngrapha data confirmarent: ad hæc legati, id sibi per legationis, intra præscriptas metas, contractæ, leges non esse licitum: se quidem ob necessitudinem Gallorum, qua inuicem obstricti sint, quæ ab amicis honestè peti possent, lubentissimè gratificaturos, quocirca rogare sese, vt in iisdem æquitatis siue honestatis fines se contineant. Ita dimissi legati qui tamen, licet quilibet ad sua rursum properaret, antequam tamen è Gallia pedem extulissent magna ex parte, occubuere: Ex primoribus enim ista in legatione desiderati sunt Episcopus Orcadensis, Angusiæ & Cassilissæ Comites, & Flaminius familiæ suæ Princeps, non sine suspicione, fratribus Regentis, propinati veneni, quod il ipsorum consiliis essent auerso animo: Propinata quoque fuit venenata istiusmodi potio Iacobo Reginæ fratri, qui quamuis ob optimè constitutam complexionem corporis & floridam iuuentam vitam conseruauerat, nihilominus tamen

quoad vixit, imbecillitate & doloribus ventricul vexatus fuit. Redientes autem in Scotia acta sua absque vllo negotio ab ordinibus probata, obtinuere. Admissus denique Legatus Gallicus, qui longiore præmissa oratione de Regum Francorum erga regnum Scotiæ beniuolentia, ab vniuersis ordinibus serio instat, vt coronam coniugalem Reginæ marito concederent, hac protestatione facta, nullum emolumentum aut potentiam nisi solam vsurpationem nominis fore accessuram. Quamuis autem ordinum non pauci refragarentur, & coronæ traditionem in diuersas partes trahebant, nihilominus, internuntiis & mediatoribus Gallorum fauitoribus, Orator Gallicus obtinuit, vt reiectis omnibus aliis scrupulis ac repagulis, Delfino corona decerneretur, decreta itaque corona Franciscus reginæ maritus, ex consensu parentis, Rex Delfinus nuncupatus est. Nuptias hasce Regias, mors Illustrissimi cuiusdam Germaniæ primatis mox subsecuta est. Nam Franciscus Otto Dux Brunouicensis ac Lunæburgensis postquam Berlini cum Domina Magdalena, Electoris Brandeburgici filia, nuptias solemni ritu celebrasset, tertio ab hinc mense in terris esse desiit.

Franciscus Otto Lunæburgicus moritur.

De Martyrio Lutheranorum Lutetiæ Parisiorum diximus, iam pauca quæpiam exempla vindictæ diuinæ de Ecclesiæ persequutoribus recensebimus. Munerius enim ille prætor oppidanus, qui Religiosorum cœtus multis iniuriis affecerat in causa Comitissæ Seniganæ falsi iudicii conuictus ad mortem condemnatus fuit, verum cum Scri

Persecutores Ecclesiæ puniti.

1558.

1558. ba, qui iudicum ſententias in Senatu excipere ſolebat, quique amanuenſem Munerii aliquando egerat, in ſolemni conſeſſu, ſententias de more recitare iuberetur, ille præ lachrymis vbertim profluentibus vocem nullam emittere potuit. Iudex autem breuiculum, in quem ille ſcribebat, rapuit & recentem ſcripturam lachrymis tinctam iudicibus collegis ſuis oſtendit, qui explorata & cognita cauſa, à mortis ſententia ad miſericordiam verſi, mortis pœnam remiſere: attamen per forum p:lo riis circumductus infamia publicè notatus ac denique in Inſulam Retenſem relegatus eſt: ferunt in carcere illum dixiſſe, agnoſcere ſe vindictam ac pœnam diuinam, condignam enim eam eſſe mercedem, quod Lutheranos ita perſequutus fuiſſet, nihil vero eiuſmodi impoſterum in eos ſe moliturum. Similiter & vnus Senatorum Lutheranorum cauſæ infeſtus repentina morte extinctus eſt, alter itidem grauiſſimo morbo correptus ſubito interiit, moribundus dictitans, iniuriam fieri Lutheranis, qui Deum tam religioſe colerent & tam aſſiduè precarentur: Interiere & alii duo Lutheranorum hoſtes, ſubito enim ſuis in officinis, omnibus id cōſpicientibus, infelicem ſpiritum exhalarunt: Denique vero cum & alii duo de præda quadam intercepta inter ſe inuicem altercarentur, mutuis inuicem iteratis vulneribus ſeſe confoderunt. Interea cum Granuellanus apud Cardinalem Lotharenum conqueſtus eſſet, Galliam Lutheraniſmo non leuiter infectam eſſe, ſed luem etiam iſtam, vti nuncupabat, Magnates inquinaſſe, imprimis autem Andelotium Ammiralio fratri librum miſiſſe

Andelotius ... negotiū ... ligionis ... apitur.

in quo

in quo Missa non dumtaxat taxaretur, verum et- 1558.
iam, vt humanum inuentum, prorsus tolleretur. Itaque postquam Cardinalis hunc Granuellani de Andelotio rumorem ad Regem detulisset, Rex Odetto Cardinali Castillionæo, Andelotii Germano, & Mommerentio Marescallo dat in mandatis, persuaderent Andelotio, vt ei de Missæ sacrificio honorificè responderet: Interrogatus itaque de præsenti negotio Andelotius à Rege, respondet, periucundum sibi admodum esse Regem, quem cum erga se, tum etiam erga omnem suam familiam hactenus munificentissimum expertus sit, & cui se vicissim in omnibus rebus ad hodiernum vsque diem obedientissimum præbuerit, fidem & industriam suam approbare: Cum autem in religionis negotio Deo fucum facere non possit, corpus, opes ac dignitatem suam omnem in potestate Regis esse, de quibus statuere possit suum ad arbitriũ: animam vero soli Deo tamquam eiusdem elatori subiectam esse, cui hac in causa vt superiori Domino parere necesse habeat, itaque ad interrogata (vt porro ait) vt respondeam breuibus, apertè pronuntio, Quum Missæ vocabulum significet sacrificium pro viuis & mortuis, quod Christi sacrificio tantum quadrat (vnico quidem illo & ita semel peracto, vt non debeat nec omnino possit iterari) iccirco se arbitrari Missam Pontificiam detestandum esse commẽtum, quod ex libidine hominum confictum sit: hunc ob sermonem Cardinalis Lotharenus Andelotium increpat, verum ille coram Rege Cardinali exprobrat, illum contra conscientiam agnitæ veritati bellum indicere, qua voce

1558. Rex adeo excanduit, vt arrepta lance eamque in terram deiicere volente, Delfinum infra se sedentem imprudenter percusserit, amotis mensis Andelotium carceri mancipari iusserit, & munus imperandi peditibus alii commissum fuerit, qui tamē paulo post interuentu Connestabilis, regi reconciliatus ac muneri suo restitutus est.

D[illegible]enhofi- à Gallis ex- [illegible]gnatur. Strozz- o[illegible]cumbit.

Mense Maio Rex Franciæ ingentes adhuc copias nēpe peditum millia duodecim in Germania coegit, Ductoribus Friderico Reyffembergio & Iacobo Osburgio, qui Suinfurtum nomine Marchionis Alberti Brandeburgici, contra vnitos Principes per integrum annum fortiter tenuerant: Hisce se coniungebant Conradus Falckenburgius, Antonius Lucemburgius & tamdem Ioannes Guilielmus Dux Saxoniæ, Ioannis Friderici senioris, Electoris filius, quinq; millia Germanorum equitūm adduxit. Coacto itaque & nunc congregato splendido tam exercitu, Guisius tamquam summus Imperator Gallici exercitus Berdillonium cum quindecim vexillis militum & aliquot Equitum turmis Diuoduro Diedenhofium præmittit, ipse vero cū reliquis copiis & Niuernio, Nemorosio, Elbouio Marescallo, Petro Strozza, Iamaio, Tauanneo, Sedanio, Viceuillano & aliis primoribus nobilitatis Gallicæ, subsequebatur, omnia ad obsidionem necessaria ordinabat & vrbem tam crebris tormentorum concussionibus tam vehementer vexabat, vt Præsidiarii, laceratis hinc inde muris & magna ruina facta, impetum hostilem diutius sustinere non possent, vt iccirco incolumitati suæ vitæ consulerent, certis ac æquis conditionibus deditionem fa-

ciunt

ciũt. Durãte aũt adhuc obsidione, dũ Petrus Stroz-za vrbis locũ diligẽtius explorare vellet, en magno suo malo ex lõginquo propugnaculo sclopeti maioris ictu infra sinistrã mamillã petitur, vbi dũ cõcidisset, nouissimis hisce verbis regẽ videlicet hac sua morte fidelissimũ ministrũ amittere extremũ suæ vitæ diẽ in orbe clausit: Postquã aũt vrbẽ hãc cepisset Guisius, literas dat ad Electorẽ Treuirensem, in quib⁹ illũ, de eximia Regis sui beniuolẽtia erga Imperiũ & Imperii Principes, certiorẽ facit, data fide nullũ eius ditionibus ac possessionibus, à p̄sidiariis regiis dãnũ illatũ iri. Inde Arloniũ Castellũ petitur 150. Germanorũ & 400. Belgarũ præsidio munitũ. Cũ aũt Mõlucius locũ sub vesperã cinxisset, Belgã quẽpiã in fossam demittit, qui p̱ gradus in terra factos ad munitionẽ, (quę ab hoste tumultuaria opera exstructa fuerat, ascendit, loco lustrato à nullo mortaliũ visus nec auditus ad Mõluciũ redit & nullas ibidẽ fieri excubias renũciat, esse insuper locum adscensione adeo facilẽ, vt ex improuiso occupat⁹ municipiũ ẽt quã facilime & absq; negotio expugnari posset: itaq; remissus miles cũ sex sclopetariis & duobus ordinũ ductorib⁹, cũque is illũ admodũ nocte munitioni appropinquasset, à speculatore quis esset & quonã tenderet dicere iussus est, is prętendẽs, germanica n. itidẽ lingua ne dolũ subesse suspicaretur, respõdebat, amore patriæ sese motũ eo venisse, vt periculũ videlicet capitis eorũ imminẽs, hac sua admonitione anteuerteret, Guisiũ n. iam iã ad iter se accinxisse & postridie cũ vniuerso apparatu machinarũ aduẽturũ & muros vrbis quassaturum, eum vero Germanis parere decreuisse ac

155

1558. de eadem re illos per exploratores certiores fecisse, omnem videlicet belli molem ac militum furorem in ipsos recasurum, maturè ideo sibi consulerent: cumque exploratores sic deluderentur, interim Galli longo ordine subsequebantur: & Monlucius iam in fossam venerat: Cum autem absque vllo periculo, eo vsque peruenissent, insiliunt & præsidiarios loco ac stationibus suis deiectos in domos vsque persequuntur: Miles vero, de quo iã diximus, ad locum vbi Germani includebantur ocius accurrebat, cuius precibus & pollicitationibus Germani confirmati portis reseratis Gallis deditionem faciunt. Dum hæc feliciter à Gallis aguntur, Thermus ineunte Iunio Caleto quinque millibus Germanorum ac Vasconum & mille quingentis equitibus vna cum Tuttauilla Villabonio, Annebaldo, Seuarpontio & Comite Cauniæ proficiscitur, cumque fossam nouam, siue secundum quorundam indigetationem Bolaiam transmisisset, ingentem manum rusticorum transitum prohibentium, fudit, & relicta à tergo Grauelinga ac Burburgo copias Dunkerkam oppidum maritimum ducit, quod absque singulari negotio captum ac indignis modis direptum est, similiter & Bergas progressus D. Vinoci locupletissimum municipium eodem modo capit ac diripit: cumque ipse tum temporis arthritide familiari ipsius morbo vexaretur, Villabonio prædationibus ac incendiis notissimo, exercitum tradit, qui nimia licentia militibus concessa omnia incendiis ac direptionibus crudelissimè & immaniter fœdat ac Neoportum vsque excursiones facit. Philippus itaque

Dunkerca à Gallis expugnata ac direpta.

Hispa-

Hispaniarum Rex vt tantam crudelitatem ac vastitatem à subditis suis auerteret, Gallos insolenter palantes, ac præda onustos, antequam nouis auxiliis firmarentur, adoriri statuit. Vocato igitur ex Flandria Ecmundano & commisso sibi hoc negotio mox Grauelingam venit. Medius autem iam inter Caletum & Dunkerkam, Gallorum receptũ, Pontio Latonio Binicurio Castrorum præfecto se coniungit accitis insuper Bethunia, Audomari fano, Aria & Burburgo, præsidiariis & collecto supplemento, quod Sabaudus Malabugio summiserat, ad duodecim millia peditum & tria equitum millia cogit, excepta ingenti multitudine agricolarum virorum & fœminarum, qui recentibus iniuriis lacessiti ad vlciscendum in castra se contulerant. Thermus itaque postquam hostis aduentum cognouisset, vires vndique dispersas reuocat, & licet æger equo tamen vectus castra iuxta Grauelingam metatus est. Cum autem Ecmondanus in conspectu Gallorum intra teli iactum iam consisteret, coacto Concilio, Thermus vnanimi omnium consensu Caletum versus naturæ beneficio elabi statuit, itaque postridie recedente maris æstu summo mane Galli traiiciunt, quod dum Ecmondanus animaduertisset, & ipse cum copiis traiecit & Gallis iam transmissis, ipsis in frõtispicio occurrit. Thermo autem cum nil aliud nisi in virtute ac fortitudine esset reliquum, nec aliud quærendum perfugiũ videret, cum inde à septentrione mare, à tergo fossa Bolaia, à læua atque à fronte hostis immineret, sic tandem aciem instruit, vt cum videlicet à tergo & à dextra se tutum existimaret in læua, quæ ad au- 1558.

1558. ſtrum ſpectabat, currus ad impedimẽta collocaret in fronte vero tormẽta colubrinas nimirũ 6. & falcones 3. ſtatueret, relicto Equitibus amplo ac ſpatioſo loco quos vtrimque Vaſcones tegebant, poſt hos Galli ac Germani ſtabant. Ecmõdanus ècõtra minimè cunctandũ ratus ob id equitatũ omnem in quinq; partitur ordines, præmiſſis leuis armaturæ militibus, qui tripartito agmine incedebant; Peditatum vero in tres acies pro diuerſitate nationum diſtribuit. Ita inſtructo exercitu, Ecmondanus more impatiens, *Vicinus*, inquit, *& quilibet gloriæ cupidus & amans patriæ me ducem ſequatur*: nec mora admiſſo equo impetũ in hoſtes primus fecit, quẽ tamen Vaſcones tormẽtis adiuti, viriliter admodũ ſuſtinuerunt, primi enim hoſtium ordines ictibus tormẽtorum grauiter infeſtati ſunt, & ipſius in iſto cõflictu Ecmondani Equus ſuffoſſus, ſed cũ hoſtis propior accederet eques equitem ac pes pedem attigiſſet, diu ancipiti prælio pugnatũ eſt, donec decẽ naues maiores Britannicæ, quæ à longinquo pugnam cõſpexerant, appulerunt hæ ad dextrũ latus, in quo Galli ſe tutos exiſtimabãt, naues conuertũt & tormenta in Gallos diſplodunt, tandemque fatiſcẽtibus peditibus, ſolutis ordinibus ac diſperſis equitibus Gallorũ acies nutare cepit, fuſoq; primũ equitatu, peditatus poſt acerrimũ præliũ omnino profligatus ac in fugam verſus eſt. Cecidere in iſto prælio vltra 1500. Gallorum, qui autem fuga ſibi proſpicere volebant, ii ab agricolis, ob incendia ac diuerſimodas direptiones ipſis illatas, exquiſita immanitate interfecti ſunt. Capti inſuper ſunt Gallorũ duces primarii, vtpote Thermus, Villabonius,

Anne-

Annebaldus, Senarpontius, Comes Cauniæ ac Moruillerius. Ducēti vero à nauigiis Britānicis ad ludibriū quaſi ſeruati & ad triūphum reſeruati in Britanniā ad Reginā abducti ſunt: ex hoſtibus autē nō magis quā quingēti deſiderati ſunt, & inter hos etiā Peleus nobilis Belga & miles ſtrenuus. Hac de Gallorū ſtrage nūtio accepto, Guiſius Viretoni tū ſubſidēs, cū iā hoſtes magno numero Marolium ac Malabogiū, nō procul à Guiſa, cōfluxiſſe, intellexerat, per Sedanū, Mezeriā ac Tiracēſem agrū facto itinere, Petropōtiū deniq; appulit, qui locus inter Picardiā & Campaniā ad muniēnda caſtra & colligēdas copias admodū opportunus eſt. Poſt perpeſſam hāc ingentē cladē Galli nihilominus inteſtinis diſcordiis omnia fœde cōtaminarūt, imprimis aūt erga reformatæ religionis aſſeclas ac cultores denuo crudeliter ſęuitum eſt. Dum n. quidam ex illorum numero in prato Clericorum, ſiue Scholaſticorum, vti vocāt, poſt cœnā, cōueniſſēt populo ludis ac deambulationibus tum tēporis de more indulgēte, Pſalmos canere inceperunt minimè exiſtimātes ſeſe hocce ſuo exēplo ad offenſionē cōmoturos, nihilominus tamē res, ſane nō mali exempli vel ſcādali, ſed optimi inſtituti, eo deuenit, vt cum per aliquot dies haſce ſuas cantiones reiteraſſent, multi nō ſolummodo plebeij, verum etiā primariæ nobilitatis viri & fœminæ, ac demum ipſe etiam Antonius Rex Nauarræ & Ioanna eius vxor, illuc conuolarēt, vbi nouo hoc ſpectaculo omnium ſpectatorum animi ad admirationē rapiebātur fatentes diuinas ac ſacras haſce cantiones ab iniquis cēſoribus dānari ac perperam vetari. Interim Roma-

1558.

Tumultu Pariſienſi ob Pſalmorum aliquot Dauidicorum cantiones

no Ca-

1558. no-Catholici adeo exasperabantur, vt tandem, bilem suam minimè concoquentes, ad regem proficiscerentur, ac prætenderent, quod Lutherani ac Reformati Lutetiæ seditionem excitassent, maximo numero cum armis confluxissent, vt contra ipsius Maiestatem non solummodo conspirarent, verum etiam eandem solio Regio deturbarent, iccirco cum Ecclesia Romano-Catholica ipsiusque regnum in maximo versentur discrimine, sui esse muneris, imo extremam necessitatem requirere, vt grassanti ac latius se diffundenti huic malo quamprimum occurrat. Hoc audito, Rex subito publico edicto cantus istos prohibet & de cantoribus quæstionem haberi mandat. Quapropter reformati cætus præsides, maius aliquod malum inde metuentes, conuentus istos publicos suis interdicunt, & ad cantandum domum remittunt, multi tamen hac de causa à Pontificiis capti, qui tamen ob rei leuitatem non multo post rursum liberati sunt. Regio autem hocce mandato interdictorii Pastores Romano-Catholici erectiores facti, populum ad tumultum concitabant, boantes rem Deo salutarem ac gratam fieri, si Lutheranus quispiam occidatur. Hac seditiosa voce populus excitatus & ad quoduis scelus perpetrandum animum adiiciebat. Cum enim tum temporis duo ex plebecula, ad cæmeterium S. Innocentii post concionem Pontificiam verbis inuicem contenderent, vnus ex gente Pontificia alterum, ad conflandam viro inuidiam, expressa voce Lutheranum nuncupauit, audito autem hoc populo agminatim de more templum egrediente, subito impetu illam

inua-

inuadit, cumque ad templum vsque, quo miser iste homo se tamquam ad portum receperat, persequitur: sed cum nobilis quidam forte fortuna vna cum fratre, sacerdotii ordinis viro, illac transiret, molliter plebem sedare & innocentem hominem ex ista crudelitate hoc modo liberare conabatur, verum adstans quidam Sacrificulus è media turba alta voce, imò ad rauim vsque Stentorea prorsus voce clamitabat, hunc illum ipsum esse (nobilem indicans) quem quærerent, vt qui tam audacter Lutheranum defendere conaretur, quocirca populus pugnis siue alapis nobilem primum excipit, & ne templum commacularetur sanguine, foras illum propellunt, qui tamen, cum esset corpore, sacerdote, vegetiore, in primarii cuiusdam vicini sacrifici ædes elabitur: frater autem, quem sacerdotem modo diximus, cum ab iniuria hacce plebeculam insanientem auertere studeret, dum templo egreditur, pugione confoditur, qui in agone sanctorum implorans auxilium tamdem multis acceptis vulneribus trucidatus est. Sed hæc crudelitas immanis istius populi animum non satis expleuit, sed fuerunt, qui manus in occisi vulnera immitterent & cruentas ita ac innocenti sanguine commaculatas cæteris, quasi ob rem benè gestam, ostẽderent: post sacrificuli istius ædes, ad quas nobilis iste trucidati sacerdotis frater, tamquam ad asylũ, confugerat, obsident, nobilemque ad mactandum postulant, sed cum celatio ista ad vesperam vsque differretur, nobilis noctis beneficio saluus & incolumis euasit. Circa idem tempus Sorbonicus quidam, quem Picardi animam nominabant, quique

1558.

Studiosus quidam Pontificii Lutetiæ crudeliter occiditur.

sedi-

1558. seditiosorum istorum Romano-Catholicorum Concionatorum Primipilus & Coryphæus erat, è suggestu subinde auditoribus suis inculcabat profusionẽ Lutheranorum sanguinis gratum & acceptum Deo esse sacrificium, eorumdẽ siquidẽ cędes ac mactationes, quẽadmodum & olim Chananæorum, esse Deo acceptas & Romano-Catholicorum manus hoc modo consecrari. Hic (Sorbonicus) dum aliquãdo pro concione ad populum verba faceret, Studiosus quispiam socium penes se in templo sedentem, singulari quadam de causa, arridebat, quod cum conspexisset quædam vetula, illico exclamat Lutheranum in templo adesse & Pastorẽ irridere: ad quam vocẽ ignobilis ac rabidus populus prosilijt, nec multum percontatus Studiosum istum tẽplo extraxit, ac effossis ei oculis cerebroq; concusso, istum crudelissimo modo trucidarunt: & hæc erant Pontificiarum concionum egregia effecta. Quamuis autem Reformatæ religionis cultores tum temporis in Gallia tam malè & indignè haberentur, ac tamquã seditionum omnium auctores, cum apud Regẽ, tum apud vniuersum populum à pastoribus Pontificiis & eorumdẽ asseclis iniuriose traducerentur, nihilominus tamen illorum numerus indies accrescebat. Cũ autẽ istorũ incremẽtorũ causa iudicibus, imprimis autẽ Senatui Lutetiano, imputaretur, quod quam deceret mitius cum Lutheranis agere & clandestino quodam patrocinio eorumdem causas foueret, Rex decreto publico mãdat, vt secundum edictum Castellobriantæum, (cuius supra à nobis facta mentio.) Cõuẽtus Mercuriales instituerentur, in iisdemue potissimum de

Religionis negotio tractaretur: Conuocato iccirco cœtu Procurator Regius inquit, quod contrariæ ac sibi inuicem repugnantes sententiæ in negotio Religionis, nupero in Senatu compertæ fuerint, cum quidam hæreticos ad supplicium ignis dãnassent, alii vero eosdem exilio dumtaxat mulctassent, postulabat iccirco vt imposterum ex præscripto edictorum, mortis pænas statuentium, conformes hoc de negotio haberentur sententiæ: ad demonstrandos autem siue manifestandos eos Senatores, qui alieni erant à Pontificiorum placitis ac Religionis institutis, commoda atque per opportuna hæc fuit occasio: Cum enim de more ac consuetudine recepta, singuli, sententias suas liberè pronuntiarent, de reformatæ religionis cultoribus variæ extitere sententiæ: quidam pænas exilio mitigandas contendebant; quidam autem statuebant explorandum prius esse, an proclamati hæretici, etiã reuera pro hæreticis habẽdi sint, antequã quicquam de iisdem statueretur: esse quidem Regis intentionem ac seriã voluntatẽ tollendos hereticos, Senatus vero officium prius explorare & certo cognoscere, qui nã istiusmodi criminis rei cõuincantur: Orandum iccirco regẽ, vt cogat concilium quo de hisce rebus perfectius diiudicaretur: alii vero intrepide adiiciebant, quod ab omnibus dissimulari neutiq̃ possit, Ecclesiã multis corruptelis ac sõtinis errorũ iãdudum inquinatã esse, emẽdatione iccirco iã quãplurimum, necessitate id vrgente, opus esse, correctionem autẽ istã ex vnico Dei pſcripto verbo, tãquã perpetua norma veritatis ac vnica eiusdẽ certitudine, nõ aũt ex cõsuetudine, antiq̃tate 1558

homi-

1558. hominumue inuentione, petendam esse: Periculum insuper esse, ne dum illi inconsulto ac temerario modo vt hæretici condemnantur, innocui quoque condemnentur, probabilibus siquidem rationibus doctrinam suam tuerentur; ac vitam ipsorum vacare culpa, constantiam denique eorum ipsos ab obiectis criminibus absoluere: Ne autem hæ & similes sententiæ primas in Senatu tenerent, vel Senatorum animos flecterent, duo è præsidibus, vt ferebant, Egidius Magistrius videlicet & Minardus, nondum conclusis curiæ sententiis (in quo certè contra ius & consuetudines probatas non leuiter peccatum fuit,) Regem adeunt & ostendunt eo tamdem ventum esse, vt grauissimæ perturbationes imminentes maximis remediis opus habeant; intolerabilem siquidem eorum esse audaciam ac temeritatem, qui antiquam Romano-Catholicam religionem insolenti adeo fastu contemptui habeant & edicta regia pro suo lubitu venerentur. Quibus sermonibus rex adeo excanduit, vt postridie ipsus in Senatum venerit, idque hac potissimum, vti prætendebat, de causa, vt nimirum religionis negotium optimè constitueretur, tum etiam vt intelligeret, quo in statu res versaretur, ac denique vt iudicum sententias sua præsentia confirmaret. Postea per Cancellarium significari curat, videlicet quod velit, vt in dicendis sententiis institutũ ordinem persequerentur: Metuentes autem quidam Senatorum, anguem sub herba latere nimis frigidè, alii verò eadem, quam antea constantia sententias suas dicunt, imprimis autem de concilio conuocando contendentes:

Ex his autem Annas Burgæus vir pietate atq; eruditione venerabilis, primum immensas Deo egit gratias, quod Principem, tamquam tantæ rei testem atque arbitrum futurum, eo adduxisset, postea Regem admonuit, vt causam hanc Iesu Christi Regum patrocinio defendendam, acutioribus intueatur oculis, concilium in tam serio ac periculoso negotio conuocet, pœnasque interim intermittat: tamdem cum magna visus esset dicendi licentia, palam se assentiri professus est, quem eadem confessione alii mox sunt subsecuti: Hanc Burgæi & Collegarum constantiam cum Rex præsens audiisset, paucis præmissis dolere sese ait, quod eo ipso die perspexisset, quod nonnullæ labes in curiam irrepserint, quocirca bonos se in paternum gremium assumpturum, de malis vero, meritum quoque sumpturum supplicium, non multo autē post Burgæum & Ludouicum Faurum carceri mācipari mandat, quod Mogommerius custodiæ regiæ præfectus illico præstitit, Fumæus quoque, Foxius & adhuc nonnulli carceribus tum temporis inclusi sunt: Qui vero horum sententiis vota sua coniunxerant, propter metum vinculorum subito vrbe secessere, qui tamen postea per præconem publicè proclamati sunt. 1558.

Synodus Parisina.

Interea sub idem fere tempus Lutetiæ Parisiorum habita fuit synodus, multis reformatarum Ecclesiarum ministris, ad hoc religionis negotium conuocatis, in qua copiose actum est, de doctrina fidei, de disciplina Ecclesiastica, & quidem pro ratione temporis, disciplinæ forma constituta, quæ multis post Synodis & conciliis amplificata, ad a-

1558. mussim verbi diuini & priscæ Ecclesiæ probatos mores examinata maximas vtilitates attulit; Generalia vero & maximè inlustria capita hæc fuere, 1. *Doctrinæ confessio præscribitor, quæ communem Ecclesiarum consensum testetur, ne qua peregrinæ opiniones irrepant.* 2. *Omnia in Ecclesiis ordine geruntor.* 3. *Concilia, synodi, vicinarumque Ecclesiarum Colloquia, quantum fieri potest, frequenter habentor.* 4. *In ministrorum præcipuè doctrinam moresque integrè inspicitor.* 5. *Ne quis ministrorum principatum inter Collegas vllo modo vsurpato, omnia inter eos æqualiter & temperatè aguntor.* 6. *In scandala diligenter inspicitor & animaduertitor.* 7. *Fideles officii accuratè admonentor, verbi puritatem, disciplinæque honestatem docentor, ea decore adhibentor:* Et denique: *Nihil temerè vnus aut vna Ecclesia, sine generalis concilij auctoritate in hac disciplina immutato.*

Pacificatio inter Hispanum & Regem Franciæ.

De diuturno ac grauissimo bello inter Regem Gallorum & Philippum Hispanum aliquoties facta mentio, cum iccirco Gallus tot tantarumue acceptarum cladium pertæsus factus esset, tandem cum Hispano pacem colere constituit: medio itaque Octobri vtriusque partis legati, ad Sercampum cœnobium agri Cameracensis, conuenere, vt ibidem de pacis articulis maturam deliberationem instituerent: Gallorum Regis nomine aderat, Cardinalis Lotaringius, Annas Momorantius, Iacobus Albo Santandreanus E. tribunus, Ioannes Moruillerius Episcopus Aurelianensis & Claudius Albaspinæus à secretioribus Epistolis: Hispanorum vero partes tamquam mediatores sequebantur Ferdinandus Aluares Toletanus, Dux Albanus & magnus palatii magister, Guilielmus Nassouius

Arau-

Arausiensis Princeps, velleris aurei equites, Rigomesius Sylua Melitæ Comes, Antonius Perenettus Episcopus Atrebatensis, & Vlricus Viglius ab Ayta Iurisconsultus excellentissimus. Mariæ Reginæ Angliæ negotium defendebant Eliensis Episcopus & Thomas Hauardus Princeps Reginæ Cubiculariorum: Sabaudiæ autem Ducis partes tuebantur Thomas Langusius Stropianæ Comes & Astensis curiæ præses, interfuerant huic actioni quoque Christierna & Carolus eius F. Cum autem copiæ adhuc congregatæ parum ad præsentem actionem facerent, primo congressu conuentum, vt exercitus vtrimque dimitteretur: qui dimissus, statim contentio de Caleto magnam excitauit controuersiam, illud enim Galli, tamquam antiquum regni Francici patrimonium, belloque nupero recuperatum, retinere volebāt, Angli autem, nisi restitueretur, pactis subscribere nolebant: Itaque dum in eo sunt occupati, Philippus Feriæ Comitem in Angliam mittit, vt vxorem, quę tum temporis decumbebat, inuiseret, & quando nulla ratione Galli adduci possent, vt Caletum nuper, expulsis Anglis, occupatum, restituerent, de tradenda Elisabetha sorore in matrimoniū Sabaudo conditiones proponeret: Delegatis autē sic inter se inuicem dimicantibus mors Mariæ Reginæ Angliæ conuentum dissoluit, & pacificationem hanc in proximum vsque Ianuarium distulit: Post sedecim autem, à morte Mariæ, horas obiit quoque agnatus eius Reginaldus Polus vir morum grauitate, sanctitate, prudentia & eruditione incomparabilis, & non nisi ob sum- 1558.

Obitus Reginaldi Poli Cardinalis.

F 2 mas

1558. mas ac raras virtutes, supremo honorum culmine dignas à Pontificis dignitate æmulorum & innatæ aulæ Romanæ præpostera ambitione exclusus: q̃ aduersam fortunam vir candidus pro singulari vitæ suæ innocentia vsque ad extremum vitæ spiritũ expertus est. Nam Paulus Quartus Pontifex Maximus, qui olim in creatione Pontificis Polo aduersatus fuerat, quamuis eum iam à Iulio tertio legatum in Angliam missum, Archiepiscopatu Cantuariensi magna commendatione ornasset, nihilominus tamen cum bellum ipsius Pontificis ratione susceptum, ruptis induciis inter Regem Franciæ ac Philippum Hispanum, ac postremo inter Gallos & Anglos, recruduisset, adeo Papa contra Polum, quod à belli consiliis alienus esset, exarsit, vt legatione abdicata protinus eum Romam euocarit, & in ipsius locum Guilielmum Pætum Franciscanum obscuro loco natum, suffecerit, quem anno superiori in Cardinalium numerum cooptauerat. Sub idem tempus etiam Ioannem Moronum Cardinalem virum grauissimum ac prudentissimum, vt & Thomam Sanfelicium Episcopum Cauensem moli D. Adriani captiuos inclusit, ac Ægidiũ Fuscarrum Episcopum Mutinensem, propter Moronum, diu in custodia inquisitoris habuit: Philippus quidem vna cum coniuge Regina intercedebant apud Pontificem, vt sententiam mutaret, alias, reuocato Polo, fore vt in Anglia omnia in peius ruerent, & nerui Religionis Romano-Catholicæ forsitan inciderentur: imprimis autem Regina multis instabat precibus, vt, si Polus in suspicionem religionis incidisset, se quamprimum eius

Tyrannis a nima- ... crude- ... tas Pon- ... ficia in ... r. ma- es aliquot ac isi... os.

rei

rei certiorem faceret, curaturam enim tum sese, vt ex regni illius legibus, ad tribunal sacri ordinis sisteretur, tandem non propria voluntate, sed clade à suis ad Segniam & à Gallis ad Quintini fanum accepta monitus, ac incitata illa Polo nocẽdi voluntate aliquantisper sibi temperauit. Quamuis vero Polus, quo minus Romam, ad citationem Pontificiam, proficisci posset, à Regina detineretur, tamẽ vt Pontifici obedientiam præstaret, crucem argenteam legationis insigne sibi ab eo tempore præferri prohibuit, ab omni legationis munere imposterum abstinuit, & deniq; Ormanetum Romam misit, qui legationis à se gestæ non solummodo rationem redderet, & corruptę fidei suspicionem, si forsitan quæpiam suborta fuisset, apud Pontificẽ purgaret: ille & suspicionem à se omnem remouisse testatus, & exemplo Christi ipsius solatus est, cui multa falsa contra omnem iuris æquitatem obiecta sint, Moronumque statim à delegatis Cardinalibus prius interrogatum, & seuera admodum de eo habita inquisitione è custodia liberari iussit. Paulo autem ante mortem, Polus testamento condito, Aloisium Priulum patricium Venetianum, hæredem instituerat, quem ob morum conformitatem ac integritatem ante annos viginti sex in familiaritatem suam cooptauerat: etsi autem Priulus, post Reginaloi Poli sui discessum, hæreditatem sibi delatam recusaret, nihilominus tamen eius testamentum summa fidelitate & maxima cum industria exequebatur, ac in colligendis eius rebus hinc inde dispersis summa fide in ordinem collocandis integros viginti menses insumpsit, egregio

1558.

Aloisius Priulus Poli heres.

1558. veræ haud fictitiæ siue fucatæ amicitiæ exemplo, quę cum sola contemplatione virtutis, nec vlla spe emolumenti: priuati coiisset, iccirco etiam nullo temporis, aut locorum interuallo secari potuit, sed firma constans ac inuiolabilis vsque ad extremum amborum halitum permansit.

Carolus V moritur in Hispania.

XXI. Octobr. die D. Matthæo sacro Carolus Quintus in Hispania fatis concessit, cũ mense Februario proximè elapso, Helionora eius soror, quæ primum Emanueli Lusitaniæ, hoc extincto autem, Francisco I. Gallorum regi nupserat, ex hac valle miseriarum decessisset: integro autẽ biennio, quod mortem præcessit totum se Christo dicauerat ac sibi Deoque, postquam, vti diximus. Imperii habenas consensu Electorum fratri suo Ferdinando tradiderat, viuere ceperat: Nam in sodalitio fratrum Hieronymitanorum, monitore Constantino, eius à sacris Confessionibus, lectione D. Bernardi assiduè se solabatur, totoque pectore in Deum intendens sic rationabatur, se quidem indignum esse, vt propriis meritis regnũ cœlorũ posset consequi, sed Deũ Dominũ suum, qui illud duplici iure obtineat & Patris hæreditate & passionis suæ merito, altero cõtentũ esse, alterũ vero sibi donare, ex cuius dono illud sibi nõ immeritò vindicet, hac se fretũ fiducia minimè confundi, neq; enim oleũ misericordię nisi in vase fiduciæ poni, hanc hominis fiduciam esse à se deficientis & innitentis domino suo, alioquin propriis meritis fidere non fidei, sed perfidiæ esse: peccata denique remitti per solius Dei indulgentiã, ideoq; credere nos debere peccata deleri non posse, nisi ab eo cui soli peccauimus, & in quẽ pec-

catum

catum non cadit per quẽ ſolũ nobis peccata noſtra condonantur: Cũ aũt febris, (quæ ei tertiana fuit) ſenſim ad lentam tabem inclinaret, ſumpto extremo viatico ſuauiſſimis ac cõſolatorijs hiſce verbis, *In me mane dulciſſime ſeruator, vt ego in te maneam*, beatam animã Chriſto, à quo eamdẽ acceperat, reddidit, cũ vixiſſet annos LVIII. menſes VI. dies XXV. regnaque hereditaria annos XL. Imperium autem XXXVI. poſſediſſet, Liberos poſt ſe tres reliquit, Philippum nẽpe regnorũ hæredem, Mariã Auguſtam Maximiliani Secundi propioris ſobrini vxorẽ, & Ioannã quæ Ioanni Luſitanorum Principi nupſit, ex hac demum natus Sebaſtianus poſthumus qui in regno ſucceſſor: ante matrimoniũ autem ex contubernio Margaritam ſuſcepit, quæ primum Alexandro Medici, poſtmodum vero Farneſio Duci Parmenſi matrimonio iuncta fuit: Poſtremo autem cumque cõiugem diu ante mortem amiſiſſet, ex fœmina quadam Ratiſponenſi Ioannem Auſtriacum procreauit, qua in re tanta verecundia vſus eſt, vt niſi à penitiſſimis matris Margaritæ nomen ignoraretur, de Ioanne autem notho numquam niſi paucis diebus ante mortem locutus eſt, vbi eumdem per amicos Philippo filio commẽdauit, qui poſtmodũ parenti demortuo de ſe ac toto terrarum orbe optimè merito, nõ ſolũ in Hiſpania, verum etiam Bruxellis in Brabantia, regalibus exequiis ac ſumptuoſiſſima pompa parentauit. 1558.

Fuit inſuper & hic annus multis eximiæ doctrinæ cognitione viris inluſtribus ac præſtantiſſimis lethalis imprimis aũt Ioanni Bugenhagio Pomerano inſigni iſti Theologo, qui 73. ætatis anno poſt ex-

1558. antlatos in Christi vinea labores, vitam cum morte commutauit. Sexto post die Ioannes Fernelius Philosophus ac Medicus Clarissimus Gallorumque Regis Archiater dexterrimus, postquam quinquaginta duos annos compleuisset ac Matheseos ac Medicinæ studium doctissimis Commentariis illustrasset, secutus ac Lutetiæ Parisiorum in B. Iacobi macello honorificè sepultus est. Hunc excellentem medicum morte sua subsequebatur Ioannes Cernarius Zuicauiensis præstantissimus, & ipse medicus, qui postquam priscorum Philosophorum, Medicorum ac Theologorum Græcorum scripta latinitate donasset, non sine Reipublicæ literariæ iactura anno ætatis quinquagesimo octauo obiit Zuicauii: non multo post Ioannes Pena Aquis Sextiis patricio ac senatorio ordine progenitus, Mathematicus excellentissimus, multis Euclidæ, non ante visis monumentis, euulgatis & in latinum sermonem conuersis ipso in ætatis flore violenta febre correptus trigesimo ætatis anno non sine luctu studiosæ iuuentutis ac literatorum omnium, extinctus & in Carmelitarum porticu sepultus est; Ordinem hunc virorum inlustriũ morte quoque sua cohonestauit Iulius Cæsar Scaliger, Phœbus iste eruditorum, quo superiorem prisca secula vix habuere, parem certè hæc ætas non vidit, & dubito an vmquam habitura sit: diuinus vir iste cum priscis istis scriptoribus comparatus, siue ingenium siue fortitudinem spectes, citra vanitatem cum Xenophonte & Massanissa comparari meruit: Sed vt candidus Lector aliquid de inlustri familia hacce Scaligeriana com-

Obitus & Elogia Iulii Cæs. Scaligeri.

pertum

pertum habeat, operę pretium me facturum existimaui, si ipsius Iulij Cæsaris Scaligeri epistolã, (quæ cygnea ipsius fuit cantio,) ad Ferrerium scriptam ac breuem nominis Scaligeriani descriptionem continentem verbotenus heic repeterem, sic autẽ senex iste literatorum literatissimus Ferrerium alloquitur: Quod tuis elegantissimis literis non responderim, multas afferre causas possum, sed omnes quidem præter meas occupationes. Nam quemadmodum mihi iucundissima fuit salutatio tua, ita nihil mihi prius esse oportet, quam vt omnibus omissis ostendam diligenter & mihi fuisse honori, & dandam esse operam, vt mutuis officiis eliciam frequentiorem. Cæterum ad hanc vsque diem nemo se obtulit nobis, qui istuc iter faceret, nisi Quæstorum magistri, quorum tanta est superbia, vt præ se contemptis cæteris omnibus, pœnè regnent. Podius vero noster pœnè prius abijt quã accessit. Atque nunc etiam ita scribo, non qui habeam quidem, sed vt ne mihi desim, si fortè quopiam meliore fato nactus fuero nuntium aliquem opportunum. Scriptionis vero meæ summa in eo potissimum versatur, vt quam maximas possim gratias agam viro de nostro seculo benè merito Paschalio, qui ita cẽsuerit me augere posse numerum virorum illustrium, præsertim in Regia historia. Ac quamquam diuturna ambitione, meus animus æger sibi studuerit, aliquid comparare, quo se humo, vt ille ait, tolleret; Sæpe tamen sese respiciens ac sui compos factus, faciendum putauit, vt iam parte gloriæ acquiesceret: non quod vel recusem, vel parui faciam me vti beneficio tanti viri, sed

1558.

Vide I. Lipsi edit. 2. Epist. 46. pag. 221. Edit. Antuerp.

"satis habiturum me debere arbitror. si quantus illi
"modo notus sim, tantùm me ostendat posteritati
"Nam quod tam gratiose atq; humanè petit, de me
"vt historiam conscribam, quin ad id adducar fa-
"ciendũ, tres omnino causæ prohibuere. Ac primũ
"quidẽ pudor ingenuus & dignus vel familia nostra,
"vel mea institutione: deinde quod quam maximis
"atq; illustrissimis de rebus meis vbi narrauero, tum
"maximè dixerint me mentiri, quicumq; tantũ lite-
"rarũ cũ tanta belli gloria in seipsis coniunctũ nõ es-
"se indignãtur: Tertiũ vero illud est, quũ elogio sim-
"plicissimo trãsigendũ illi video, quæ ne maiori qui-
"dẽ libro cõprehẽdi possent. Pugnaui pedes, eques;
"adolescẽs, iuuenis; miles, præfectus; certamine sin-
"gulari, in obsidionibus, in campo ciuili, ad ludos e-
"quitũ ordinarios, in excursionibus, in exercitibus:
"Sæpius vici, aliquando victus sum corpore, non a-
"nimo, non virtute, sed fato: sed ita vt etiam aduersi
"casus ipsi maiori mihi fuerint honori, propter e-
"gregia facinora, quàm ipsis hostibus victoria: Loca
"infinita non designabo: Familiæ nostræ merita à
"Taxili vsque tẽporibus erga regnum Gallicum, ad
"meam vsque operã notissima sunt. Quod si exẽpla
"non sunt odiosa, poterit illius erga me amor eius a-
"nimũ eo impellere, vt simul & Massinissam & Xe-
"nophontem me componat, quorum vtriusq; idea
"vix me vnum exprimat. Vides quã ridiculus mihi
"ipsi factus sim, quum vix centesimã quamq; partẽ
"delibarim. De his omnibus ita vt volet. Nã familiã
"meã quotusquisq; doctiorum neget, si nobilitas in
"vetustate sita est, esse omniũ nobilissimã? cuius lux
"in Alani splẽdore ac virtute aduersus Attilã primũ

Iul. Cæsar Scaliger miles strenuus.

Scaligerorum familia vetustissima ac nobilissima.

refu!

refulsit. Si ad capita principū spectes, liberalium, magnanimorū, fortissimorū, perpaucæ gẽtes cū ea sint cōparandæ. Si quis malit intueri cognationes, deductos nos sciat ex multis Imperatorib⁹. Quintus enim ego sum ab Imperatoris Ludouici Bauari filia. Si quid vero conferūt adfinitates, quis ignorat Mastini Scaligeri filiā Beatricem, Barnabæ Ducis Mediolani vxorē, decē filias peperisse, quæ oēs maximis Europæ principibus nuptæ fuerint, vna etiā Edouardo Regis Angliæ filio, quo defuncto, duxerit eā vxorē Dux Andegauensiū, altera vero Siciliæ Regina fuerit? Sed vt parcā historiæ, hic est ille Bernabas, cuius fratri nupsit Valentina, & quā honoris causa nomino, & quā nominata finē statuo. Nihil enim mihi honorificentius contingere potuit, quā vt essem sub luce Regum Frācorum, non solū tanquā ciuis adscitus ab Opt. Max. Frācisco Rege diuino, verū etiā particeps benignitatis atque pietatis Regis incōparabilis Henrici Secundi. De meis vero vel studiis vel scripturis nihil ad Paschalium mittā. De iis moribus, qui ad vegetū robur animi pertinent etiā in hac extrema senectute, qui pœnè octogenarius sum, perpauca poterit, nisi graue est. Omitto frigoris, æstus, inediæ patiētissimū, dies integros laboribus fregisse, noctes ēt cōtinuasse. Hoc multis fortasse cōmune: illud nō fortasse multis, vespere post expedita di·rna negotia ad sexaginta vers⁹ (sed cētū & viginti eosq; Ionicos maiores fuisse Ioseph⁹ Iulii fili⁹, dixit, nā & ipse dictāte patre, eosdē describebat) cōmētū esse, deinde cænasse, post cænā dictasse q̄ ad ęgrotorū postriduanas p̄scriptiones ptinerēt, postea sōnū cepisse, sūmo mane exp-

rectum

" rectum fremitu nuntiorum, qui opem meam
" petunt cottidianam interrogasse, respondisse, di-
" ctasse sub prandium vsque, meridie pransum illos
" ipsos versus, quos vespere cõcepissem, ad verbum
" sine vlla hæsitatione, scribi iussisse. Qui hoc non
" mirabitur, fortasse ne illud quidem, decem & se-
" ptem Æschyli versus semel modo lectos summa fi-
" de memoriter illico reddidisse. Habes quæ à Pa-
" schalio humanissimè rogatus, à me ipso coactus ef-
" fudi; non quod digna putarem tanti viri lucubra-
" tionibus atque admiratione posteritatis, sed ne vi-
" derer barbaro fastidio tam luculentum officium contempsisse. Habes iccirco amice Lector non solummodo breuem Scaligerianæ familiæ descriptionem, sed singularem quandam delineationem maximarum, imo admirandarum Iulij nostri virtutum, quas non solum ab ineunte, vt dictum est, ætate tam belli quam pacis temporibus amplexus est, sed etiam ad extremum vitæ spiritum maxima cũ laude & omnium admiratione constanter coluit: Obijt autem Aginni in Nitiobrigibus, vbi ex Andieta Rupia Lobeiaca nobilissima fœmina plures liberos sustulit, ex quibus hodie adhuc superstes est Iosephus Iustus Scaliger, qui penes parentem in Republica litteraria principem locum facilè obtinet. Et denique ordinem hunc fatalem clausit Andreas Tiraquellus Fontenaii in Pictonibus honesto loco natus? Erat, dum vixit, Iurisconsultus tantæ & tam variæ lectionis, quantæ nec superiori nec nostra ætate vllus extitit: Nam, vt Forsterus ait, (Hist. Iur. Ciuil. lib. 3. c. 181.) cuius hæc verba sunt, si ipsi soli multiplicem hanc variamque lectionem in omnium disciplinarum

autho-

authoribus tribuas, impoſſibile ferè fuiſſe homini, 1558
tantum legiſſe dixeris. Si aliorum auxilio, iudicium miraberis.

Hoc anno Illuſtriſſimi Romani Imperii Electores ac Principes, imprimis autem Palatinus, Saxo & Brandeburgicus, Landgrauius itidem Haſſiæ, Wirtẽbergicus, & Weldenſius ſollicitantur, vt pro reformatis miſerè afflictis apud regem intercederent. Quapropter matura deliberatione habita, communes ad Regem dant literas, vt detentos adhuc in carcere Lutheranos ac reformatæ Religionis cultores libertati reſtituere, iniuriam impoſterum ab iiſdem propulſare, & tamdem, conuocato concilio de Religionis negotio accuratius inquirere ne grauaretur: Literarum autem iſtarum tenorem adiicere placuit, ſic enim ſcripſerant, Quoniam intelleximus complures in tuo regno, omnium ætatum atque ordinum indifferenter, & abſque vllo reſpectu perſonarum cuiuſcunque dignitatis, in vincula coniici, eo quod doctrinam ſuperſtitionibus, iam olim receptis contrariam profiteantur, eaque vna de cauſa non ſolummodo corporibus, verum etiam facultatibus malè mulctari: nos vero ipſos agnoſcamus eiuſdem capitis membra, cum illis ipſis quos ita tractari audimus, atque adeo illis, quantum poſſimus iuuandis, noſmet noſcamus obligatos, has ad te ideo, potentiſſime Rex, literas damus. Nec vero exiſtima nos de rebus incertis ac incompertis loqui: rem ſiquidem probè explorauimus: eos videlicet qui tuo iuſſu ita malè habentur, nullas ſeditioſas opiniones tueri, nec quicquam quod ſit Orthodoxis ſymbolis contra-

1559.

Literæ in- tercessori[æ] Germano- rum Pri[n]- cipum pro reformat[is] in Galli[a] captiuis.

rium.

1559. riū. Nā nec minus ac tā laboramus de iis omnibus quæ gloriæ Dei repugnāt exterminādis delēdisq;, vniceq; cupimus, verā veri Dei inuocationem & germanā doctrinā Ecclesiæ Catholicæ, quę in Prophetarū atq; Apostolorū scriptis, orthodoxis Symbolis, patrumq;, rectè sentientiū, libris cōtinentur, tueri, seueriterq; adeo in nostris ditionibus animaduertimus in homines impuræ doctrinę ac vitę. Deniq; vnū Deū, vt summū omniū Dominum, agnoscimus & veneramur: Hæ nimirū causæ sunt, vt ad te has literas perscriberemus, pro afflictorū illorū hominū miseriis deprecaturas, quorū doctrinā approbamus, quippe quā norimus ab omni mēdacio & seditiosa opinione alienā, quod ex ipsorū cōfessione (quā icc[i]rco ad te mittimus) plane perspicuū est. Nemo nō fatetur multas corruptelas in Ecclesiā obrepsisse: atq; partim errore, partim auaritia iā olim inualuisse: ad quas extirpādas & pmulti boni viri elaborarūt olim: & è tuis quidē pij quidā ac docti viri in Academia tua Parasina vtpote: Guilielm⁹ Parasinus, Gerson, Wesselus & alii nonnulli: Quos etiā errores in nostris ditionibus emendasse & fatemur & gaudemus. Et illud quidē in animū sibi induxerat Franciscus felicissimæ recordationis Princeps, Rex Franciæ parens tuus laudatissimus, hac in re maiorū vestrorū Galliæ Regum exēpla secutus, qui controuersiarū quæ in Ecclesiā incidissent, cognitionē sæpenumero susceperunt. Eadem illa ratio tibi certè Hērice Rex, debet pire in his rebus administrādis, potius q̄ vt nōnullorum crudelitati, locū des. Imo hoc ratum habe, tantū abesse, vt diris istis suppliciis doctrina opprimatur, vt contra sanguis,

guis, hac de causa, effusus, semen sit ad Christianorum sobolẽ magis ac magis indies propagandam: Præterea & hoc pacto maximã subditorũ tuorum partẽ tibi esse excindendã, vide: Deus minatur de innocentũ sanguine iniustè effuso, grauissimas pœnas sumpturum, in eosq; seuere animaduersurum, qui suæ veritatis cognitionẽ repudiauerint. At nuper idem ꝑ literas & legatos à te petieramus, eque tua ad nos respõsione prope nobis persuaseramus, non amplius te passurum Christianos in tuis ditionibus ita afflictos oppressosque iri, nihilominus tamen intelleximus, eandem vim, peræque atque hactenus in tuo regno omnibus suppliciis sæuire, vt quidem hac in parte bonorum ac fidorum tuorum subditorum vicẽ, (quantum Christiana charitas postulat) grauiter doleamus: quum ea tantum causa violentur, quod eam doctrinam amplectantur, quam & nos in nostris Ecclesiis stabilitã cõseruamus; quod profecto nos non minimam in partẽ grauiter offendit, non tantum quod illo præiudicio grauemur, sed quod potissimum videamus summi Dei ac Domini nostri gloriam ita ludibrio exponi. Et quoniã charitas, qua tuos, Rex potentissime, subditos amplectimur, ad eorum pacẽ ac tranquillitatem exoptandam nos impellat, maximeq; adeo cupiamus, ea in re, quæ ad Dei gloriam atque hominum salutẽ pertinet, vt ita te geras, ne irã Dei aduersum te concites: te etiam atque etiã, Rex potentissime, oramus, vti prudenter omnem rẽ istam expendens, maximè consideres causas, cur miseri illi tui subditi in tantas difficultates, vitæ ac bonorum suorum discrimina coniiciantur, desque 1559.

ope-

1559. operam, vt Ecclesia Dei omnibus istis corruptelis, quibus iam olim infecta atque contaminata est, expurgetur, multorum, hac in parte honesto desiderio satisfacias. Et quoniam non potest ad istarum rerum, quæ tanti sunt momenti, cognitionem perueniri, nisi auditis doctorum virorum iudiciis, sumus tibi, Henrice, maxime authores, vt propediem doctos viros Deique gloriæ studiosos, maiorum tuorum exemplo, conuoces, qui sine vllis præiudiciis, amice & pacate de rebus controuersis agant, easque ex scripturarum regula diiudicent atque componant. Dum hæc præstari possint pleneque sit de controuersiis diiudicatum, ne tui subiecti qui doctrinam sequentur, nostræ confessioni, quam iamdudum tuemur conformem, nullis molestiis afficiantur, nec quicquam contra suas conscientias agere cogantur, nec aduersus ipsorum capita aut facultates quicquam fiat: qui detinentur in vinculis plene liberentur. Denique optamus, vigere nostras petitiones atque preces non minus apud te, quam nonnullorum veritatis aduersariorum importunas voces valuisse. Morem ita profecto geres filio Dei summo Regum Regi, qui suam adeo Ecclesiam, quam pretioso suo sanguine redemit, regibus ac Principibus commendat: ita apud tuos subditos singulare beneficium collocaueris tributa nimirum illis Dei pure inuocandi & colendi facultate. Quod ad nos attinet, testamur profecto si hoc agas, nos tibi eo nomine plurimum debere, & maximam hanc a nobis caussam duci, vt in tua amicitia constanter perseueremus. Cum autem Rex Legatos Germanorum

Pro-

Procerum, de more, salutasset, paucis respondit, se quamprimum Illustrissimis Principibus ita respō- 1559.
surum, qua responsione vti speraret, imposterum acquieturi & contenti sint: Sed flamma, quæ sub aduentum Legatorum iam iam extinguenda credebatur, eo acerbius in quorundam capita, Principum delegatis adhuc præsentibus, exarsit: Siquidem in causas captiuorum Senatorum agi cæptū est. Ad cognoscendam itaque Annæ Burgæi causam, delecti sunt, Ioannes Santandreanus præses & instigator, Ioannes Iacobus Memmius libellorum supplicum Magister, Ludouicus Gigas, Robertus Boetius, Consiliarii; Eustochius Bellaius nuper Senator, tunc vero Episcopus Parisiensis, & Antonius Demochares fidei inquisitor, quos cum recusaret Burgæus, petens vt de prisco & vsitato more Senatus Parisini, ab vniuerso ordine Senatorio iudicaretur: Rex rescripto serio mandat, vt coram delegatis iudicibus causam suam diceret. Burgæus itaque audito Regis rescripto, palam profitebatur se solummodo ad præstandam Regi obedientiam id facere. Cum autem à delegatis iudicibus interrogaretur de omnibus hodiernis controuersis articulis, vtpote de traditionibus Ecclesiæ, inuocatione Sanctorum, Purgatorio, de Missa, &c. luculenta responsione rationem reddebat: inde ab Episcopo Parisiensi condemnabatur hæreseus. Quoniam vero aliquibus Sacrorum ordinibus initiatus fuerat, eiusdem Episcopi sententia iisdem honoribus priuatur & brachio, vti vocant, seculari, id est Magistratui Politico ad sumendum de eo supplicium traditur, ab hac tamen sententia tamquam perpe

1559. ram lata ad Archiepiſcopũ Senonenſem Burgæus appellauit. Interim ad extirpandam Lutheranorum ac Reformatorum doctrinam, noua reſcripta ad ſingula Parlamenta à Rege mittuntur, vt Lutheranos quibus poſſent modis perſequerentur, eſſe enim iſtos ſuperioribus annis inter quam plurimas belli occupationes, mirum in modum propagatos, cùm autem iam ab armis abſtineat & alta pace fruatur, omnes ſuas vires ſe iam eo conuerſurum, vt eoſdem radicitus extirpare poſſet. Quocirca & ipſi omnium Parlamentorũ adſeſſores & iudices ſedulo in id vnũ incumbãt, ſin viribus opus habeant daturũ ſe operã, vt militũ auxiliis, quamprimum iuuentur, ſin autẽ frigidius, vt antehac factũ, rẽ tractare attentent, ſciant de ipſis ſe ſumpturum ſuppliciũ. Grauiſſimis hiſce aduerſus Lutheranos edictis non ſolum omnes regni curiæ permouebãtur, ſed & ipsũ cœlũ cõtremiſcere videbatur. Quapropter Põtificii, in maximo Reformatæ Eccleſiæ plãctu ſummis exultabant lætitiis: Peracta inſuper pace Rex Galliæ Eliſabethã filiã, Philippo Regi Hiſpaniarũ, ſororem aũt Margarethã, Emanueli Philiberto Duci Sabaudiæ matrimonio iũgebat, ob id omnia ad ſummã feſtiuitatẽ conquirebantur: ſed maxima hæcce Pontificiorũ gaudia in ſubitaneos luctus conuertũtur: celebrato n. matrimonio Eliſabethæ (fideiubente pro Philippo Duce Albano) & regali cõuiuio pacto, ad haſtiludia & alia certamina equeſtria diuertũt, ad quæ infinitus, ex vniuerſo regno, nobilitatis numerus cõfluxerat, exceptis Hiſpanicæ & Sabaudicæ legationis aliorumq; pegrinorũ Principũ delegatis Illuſtriſſimis, qui agmina

Matrimonia inter Regem Hiſpaniarũ, Sabaudum & Reginam Franciæ.

tin

tim quasi ad hoc spectaculū cōfluebāt. Hisce certaminib⁹, amplissima illa via Antoniana prope Turricularū arcē (vbi Burgæus & alii Senatores captiui detinebātur) aptata erat, vbi post varias & alternas dimicationes Rex Mōgomeriū custodiæ pfectum qui rei Equestris peritissimus tū tēporis habebatur hortatur, vt secū in arenā descēderet: quis aūt Cōnestabilis eū à tā piculoso exercitio multis dehortaretur, Mōgomerius ēt aliquādiu reluctaretur, & cōgressum retardaret, nihilominus cū Rex ipse lāceā secū decurrendū Mōgomerio in manus tradidisset, tandē magno suo malo reperit quod non ita pridē tā curiose quæsierat: Dū n. ambo iā cōgrederētur & incurrentiū equorū impetu lanceas fregissent, en frustulū p cassidē Hērici Regis in oculū ei⁹ illiditur, quo sauciatus equo titubās à suis except⁹ & in vicinā arcē Turricularū deportatus ēst. Quo casu omniū animi cōsternati, & vndiquaq; Medici ac Chirurgi citati sunt: Imprimis autē ad huius rei famā, Andreas Vesalius, Medicus excellentissimus & corporis humanæ fabricæ experiētissimus Bruxellis à Philippo summa celeritate mittitur, vt vel hoc vltimo & inani officio propēsam erga socerū voluntatē tēstaretur, verū is sērò venit, icto n. cerebro & abscessu inde cōtracto Rex VII. Nō. Vtil. decessit cū annos vitæ quadraginta, mēses tres & dies vndecim traduxisset: Ferūt intergrauissimos crucia tus sæp⁹ dixisse vereri se ēt atq; ēt ne miseris illis hominib⁹ (Senatores p religione captiuos indigetās) fieret iniuria, Cardinalē vero Lotharenū subitatū, monuisse aduersarium fidei hæc ei sugillare, quapp ne hisce & similibus fidē habeat, sed cōstanter vsq;

1559.

Henricus Rex Frāci in arena grauiter læsus, occumbit.

1559. ad extremum vitæ spiritum perseueret: Licet autem hoc Beza, in Commentario rerum in Ecclesia sub hoc Rege gestarum, constanter affirmet, litem tamen istam meam ego non facio. Luctuosam autem hanc catastrophen varii variè interpretabãtur; Regem videlicet iis oculis esse vulneratũ, quibus iurarat paucis diebus se conspecturum Burgæũ & socios cremari: ab eo ipso esse sauciatum, cui Burgæum sociosque mandarat carceribus mancipari: in eam arcem (in quam Senatores istos intrusisset,) fuisse delatum quasi in carcerem. Sed & hoc de inopinata Regis morte iudicium cuilibet liberum relinquo.

Burgæus ob confessionem Euangelii damnatur.

Quamuis autem plærique arbitrabantur persecutiones Religiosorum, mirando & infortunatissimo isto Regis Henrici fato protinus cessuras, nihilominus tamen Romano-Catholici nullo pacto ad quietem componi potuerunt. Nam quarto die à morte Regis noui iudices captiuis istis Senatoribus demandantur. Burgæus itaque, cum prouocationes suas semper videret irritas & insuper ab Episcopo Lutetiano degradatus esset, hilari vultu degradationem istam excipiens, hodie, inquit, summo Dei beneficio, magnæ istius bestiæ ac idoli Romani insignia in me sunt deleta, vt cum Antichristo nihil imposterum habeam commercii. Præter autem hasce suas iudicibus datas responsiones, cõfessionem denuo conscripsit, in qua quid de vno quouis religionis articulo sentiret dilucidè & palam professus est: amicorum tamen crebris hortationibus ferè ad defectionem illum impulissent, adeo vt etiam iudicibus ambiguam confessionem

propo-

proponeret, qua spe illũ propediẽ liberatũ iri, plurimi se fulciebant: Interuentu tamen & dissuasione sociorum Religionis propositum mutans, culpam statim agnouit & delictorum veniam à Deo petiit, ambiguam confessionem reuocauit & delegatos iudices rogauit, vt vltima condemnationis seu absolutionis statuatur sententia: Summa autem eius Confessionis hæc ferè fuit. Primum testabatur se esse Christianũ, id est, Dei Patris & Iesu Christi veri Dei filii cumque Patre ὁμουσίου ac coæterni & Spiritus Sancti, qui est vnus cum Patre & filio, Patris & filii virtus, doctrinam amplecti. Deum hominem creasse ad imaginẽ suam, qui tamen serpẽtis, id est, Satanæ impulsu à Deo desciuerit, seque suosque grauissimis pœnis inuoluerit, peccato nimirum ab Adamo in ipsius posteritatem propagato: vnicam esse salutis consequendæ Iesum Christum: qui verus Dei filius, verum hominis corpus induerit, omnesque nostras infirmitates solo dumtaxat peccato excepto. Ipse secundus Adam, verus homo omnes salutis nostræ partes impleuit: vixit, mortuus est pro nobis, morteque deuicta tertio die resurrexit: ascendit in cœlos & ad dextram Patris sedet pro nobis patrem interpellans, donec veniet iudicaturus viuos & mortuos: Se vnico verbo Dei acqescere, id est, libris veteris ac noui Testamẽti, illi quidem à Spiritu Sancto dictato, à Prophetis vero & Apostolis excepto atque perscripto: Hanc esse vnicam ac perpetuam veritatis regulã: cui quicquam addere vel diminuere nefas sit; omnes ergo leges aut ceremonias à Pontificibus Romanis factas non posse obligare conscientias: Hoc posito

1559.

Burgæi Confessio.

1559. fundamento, ait, se Papæ constitutiones, quibus ille vult Deo sapientior videri, atq; adeo ipsius veritati cõtrarias detestari, quod mandatorũ Dei cum Papæ cõmentis, cõparatione facta ostendit: Deus enim, inquit, iussit vt sex dies operemur, septimo autẽ quiescamus: Papa vero, vt noui aliquid cõminiscatur, certos dies exemit quib⁹ vetat operari. Omnium ciborum vsum cum gratiarũ actione Deus permittit: Papa vetat. Iubet Deus vt qui nõ habuerint donũ continẽtiæ, matrimoniũ contrahãt. Papa cùm suis presbyteris, etiam contra antiquæ Ecclesiæ consuetudinem hoc seuerè prohibet. Vetat Deus imagines in tẽplis poni: Papa iubet. Itaq; & verè Antichristum esse & dici, talemq; à Paulo expresse (2. Thess. 2. 3.) depingi cõcludit. Inde singulis interrogatorũ capitibus singulatim respondet, vtpote de Sanctorum inuocatione: de statuis in tẽplo collocandis: de Sacramẽtis: de purgatorio, &c. Ego igitur, inquit vlterius, agnoscens quibus erroribus & superstitionibus hactenus fuerim inuolutus, nunc testor me illa omnia abiurare & abominari veluti contraria Domini mei Iesu Christi, verbo nimirũ Dei à Spiritu Sancto reuelato ac à Prophetis & Apostolis perscripto. Quod ego verbum pro vitæ meæ vniuersæ regula amplector, vti olim columna ignea Israelitas per desertum ad promissam terrã deducebat. Promitto me reliqua mea tota vita ambulaturum ac victurũ ex prescripto illius verbi fauente Spiritu Sancto, qui mihi aderit & diriget omnes gressus meos, sine cuius auxilio nihil possum, cum quo autẽ omnia. Vt quidẽ habeã persuasum cuncta fore ad Domini gloriã, amplificationẽ

regni

regni filii ipsius, ædificationem Ecclesiæ suæ, & ad 1559.
salutē animæ meæ, quā illi commendo cui gratias immortales ago: quē oro in nomine Iesu Christi filii sui vnigeniti vt me confirmet ac stabiliat Sancto suo Spiritu in hac fide ad finem vsque, mihiq; pro sua misericordia facultatē det confitendi sui nominis ore & corde, tum corā fidelibus, corā & infidelibus, tyrannis ac carnificibus Antichristi ad vltimā vsq; guttā mei sanguinis: Omnino siquidem in hac fide & viuere & mori cupio, planeq; mihi persuasum facio illā fulcitā esse vnico Dei verbo, quæ ipsissima est diuinę veritatis regula, & in qua omnes Patriarchæ, Prophetæ atque Apostoli vixerunt ac mortui sunt. Hæc vnica est Dei vera cognitio, in qua sita est certa & æterna hominum felicitas: Hæc inquā est fides in qua viuere & mori mihi iādudū destinaui, hanc cōfessionē mea manu subscripsi & paratus sum illā, ad tuendā filij Dei doctrinā, proprio quoque meo sanguine, obsignare: quem submisse precor, vt cordis vestri oculos aperire dignetur, quo tamdem diuinam veritatem agnoscatis.

Hac edita Burgæi confessione, omnis de eius liberatione spes amissa fuit, aduersabantur enim ei primariæ aliquot dignitatis viri imprimis autē Cardinalis Lotharingiæ, qui ad ipsius exitium totis incumbebat viribus, verebatur enim ne tamdē, Illustrissimorum aliquot Germaniæ Principum, potissimum autę Friderici Electoris Palatini, intercessione liberaretur. Vrgētibus itaq; aduersariis mortē Burgęi, hoc Senatuscōsulto deniq; dānatur: *BVRGÆVS HÆRESEOS REVS PERACTVS IGNI CREMATOR, EIVSQ. CORPVS IN CINERES REDIGITOR:*

1559. Quo audito, Burgæus, Deo Omnipotenti egit gratias, quod demum felicissimus iste dies sibi obtigerit, quo tantus honor sibi à Deo tribuatur, quo ipsius veritatem sanguine suo obsignare posset: Obtestatus insuper est eum, vt iudicibus suis parceret, qui non ex rei veritate, sed mendaciorum erroribus obcæcati veritati diuinæ & sibi bellum indixissent: & porro: Itane fallax illud & imposturis illudens inferorum nuntium, & humanæ saluti capitali odio infestum MENDACIVM valuit, vt veritatem Dei in nobis condemnaretis, & sacram Iurislegumque auctoritatem ad hæc fœda ac tam turpia ministeria vsurparetis? Dei veritas aduersus vestra iudicia satis superque se tuebitur: Ille ille est qui vos alloquitur, ne conscientiarum vestrarum aures obturetis, alioqui Deus in ira sua vestro vos tandem exitio alloquetur, Dei veritatem si ignorantia condemnaueritis, tandem aperite oculos & mei sanguinis auspicio inuestigate illam veritatem, nec vosmet volentes vestræ saluti opponite. Nos vero quibus mundus hostis est propter testimonium ac professionem veritatis, an vincemur mūdi crudelitate ac minis, vt veritatem deseramus? itane & officium & salutem nostram prodemus? Committamus enim redemptionem nostram sanguinemque pro nobis tam liberaliter effusum conculcari pedibus? Nonne obediemus summo illi Regi nostro, qui vult nos causam suam tueri, qui nos quærit, qui nos sustinet, qui primus nobiscum pugnat? Quid ergo? An timor nos à sententia dimouebit aut ab officio nostro reuocabit? quin potius fortes erimus cum tam imbecillo ho-

ste con-

ste congressi fuerimus: ecquid hæc scelerata progenies iubet? vt videlicet sinamus Deum blasphemari? vt Dei veritatem prodamus? & quod illa nolimus, execrabiles habemur, seditionis rei peragimur: Nã, inquiunt, estis principibus rebelles: quod nihil Baalo offeramus. Proh Deum optimum ac immortalem, quo vsque tamdem patiere effrænes illas ambitiosæ hominum libidinis intemperies euagari? Interea pater optime, qđ restat, miserere nostri ac guberna nos in veritate tua pro modulo nostro constanter defendenda. Ostendeècontra illos ipsos verè esse Principibus rebelles: ego vero illis hoc denuntiabo. Hoccine est rebellionis reum peragi, omnia Principi corpora ac facultates elargiri? hoccine est regi nostro infidelem esse, Deum orare pro illius regnique sui felicitate ac incolumitate, vt tum ipse, cum etiam omnes ipsius administri officium suum sedulo ac diligenter exequantur, omnibusque diuini cultus corruptelis penitus deletis, Deus purè ab omnibus colatur? nonne potius Principi est rebellem esse, Dei gloriam conculcare, illique vni honorem debitum ad res creatas transfundere, hominumque arbitratum atque libidinem in ipsius cultu persequi? virtuti ducere, Dei nomen lacerari blasphemiis, publica lupanaria tolerari, atque infinita alia scelerũ diluuia hinc inde euagari? Vos ego hic appello, Senatores, si Dei gladium ad ipsius tantum vindictam gestatis, ad eos puniendos qui malè & perperam agunt; videte quæso quid agatis, ne forsitan in vosmetipsos sententiam feratis? nostrum scelus cum animis vestris reputate, primumque constituite an æquum sit, 1559.

559. *VOBIS POTIVS, QVAM DEO*, obedire. An adeo magnę illius bestiæ patera inebriati estis? Itane populum à peccandi semita abducitis, quem à vero Dei cultu reuocatis? Si magis hominum opiniones quam iudicium Dei pertimescitis, cogitate quid de vobis exterarum regionum homines sentiant, quũ iudiciorum vestrorum crudelitas vbique cõmemoretur, etiam apud tot Principes Inlustrissimos: at in cœlo corã summo Dei tribunali cognoscitur, quàm multa inique perpetretis purpurati illius Phalaridis imperiis, qui pro sua libidine, ad suum vnius arbitratum, Ephororum potẽtiam, ad Regis Regniq; ruinã ac perniciẽ inuexit: Ad illius imperiũ innocentes nostros artus ita deducitis, vt ẽt ipsi misereri cogamini. Quantã vero vestrã immanitatẽ? Quosdã ex vobis flere video, quid autẽ fletis? an conscientiarũ vestrarũ onera celare potestis? Ne sane Dei iudiciũ timete, quũ illud expauescere cogamini: Cõdẽnati vero exultãt, mortemq; verè vitalẽ ducunt: crudelitate siquidem vestra illi minimè perterrẽtur, iniurias n. non expauẽt, mortẽ vero quietẽ existimãt, vt quidẽ verè quadret Prouerbium imo veriuerbium, *VICTOR MORITVR, & VICTVS LAMENTATVR.* Ecquid autẽ ego doleam suspendi? Scio, Domine, si quod vnquam facinus pœnas est commeritũ, eos maximas manere, qui filii tui beneficium repudiauerint. Amplector, ô Iesu Christe dictũ illud, quod in fidelis tui cuiusdam Martyris ore posuisti, *duplici*, nimirum, *pœna dignum esse, qui agnitæ veritatis testimonium constanter non defenderit, tum quod summam Dei bonitatem neglexerit, tũ quod scelerata ignauia homines in errorem induxerit.*

Nemo

Nemo nos à Christo separabit, quæcunque tandē nobis insidiæ struantur, quibuscumque tormentis corpora nostra excrucientur: Scimus enim nos laniena iam pridem esse destinatos, vt oues mactationis. Nos ergo occidant, nos pessundent, non tamen mortui Domini viuere desinent & nos vna resurgemus. Quicquid sit, Ego sum Christianus, imò palam me Christianum profiteor: Contentius clamabo vt exaudiar moriens pro gloria Domini mei Iesu Christi: Quod cum ita sit, quid moror, arripe me carnifex ac rape me ad patibulum. Hæc Burgæus, magna animi constantia & oris præsentia, consternatis ferè cunctis præsentibus, præfatus, tamdem Senatores quosdam, qui ex cætera turba ibidem remanserant, sic alloquitur. Ego, inquit, ideo in ignem mittor, quod noluerim agnoscere iustitiam, gratiam, Sanctificationem, meritum, intercessionem, satisfactionem & salutem non alibi sitam quàm in Christo Iesu: Hæc iccirco est meæ mortis causa, quod puram Euangelii doctrinam amplectar: Extinguite igitur extinguite vestros ignes, redite ad Dominum vera vitæ nouitate, vt peccata vestra aboleantur: Iniquus derelinquat viam suam & Dominus illius miserebitur: hæc vos quæso seriò apud vos perpendite, ego ad mortem pergo: Cum hæc multis collachrymantibus & tam acerbum tanti viri fatum dolentibus locutus esset, à carnifice vincitur & in carrucam coniicitur. A sexcentis vero, plus vltra hominibus comitabatur, totaque vrbs, tamquam immineret hostis, armis

1559.

Burgæi summa constantia.

vndi-

1559. vndiq; muniebatur, viæ obstruebantur, & in locis publicis armatorum custodiæ imponebantur, omnibus insuper in plateis rogi constructi conspiciebantur, vt nesciretur qua in platea de Burgæo esset sumendum supplicium: nihil tamen horum ille motus siue consternatus, sed ore maxime obfirmato animique præsentiam indicante ad forum Greuæum deducitur: quo cum ventum esset ipse sibi vestimenta detraxit, nudusque magnis gemitibus, cœlum intensissime intuens, suspirans & ad populum conuersus inquit, *NON EGO HIC SVM VT LATRO, AVT HOMICIDA, SED TANTVM EVANGELII CAVSA:* Hæc tantum paucula, hac enim cum conditione relicta erat illi lingua (quæ tamen cæteris reformatæ religionis cultoribus qui ad huiuscemodi supplicia adducebantur plerumque præcidebatur) ne quid ad populum vlterius diceret, sed dumtaxat vt eo ipso beneficio, ad Deum preces suas funderet. Ita ex intimis sui cordis penetralibus Deum non sine grauissimis suspiriis assidue precatus est, sed cum iam iam è patibulo sursum eleuaretur, sequentia hæc verba *DEVS MI, NE ME DERELINQVAS, NE EGO TE DERELINQVAM*, non vna dumtaxat vice expressa & clara voce repetiit: sic ita strangulatus & in ignē cōiectus, Burgeus, quod manu sua subscripserat, idipsum quoque sanguine & morte sua obsignauit. Hic, luctuosissimus & mæstissimus erat tāti viri exitus qui apud eruditos, pp excellens ipsius ingenium & admirandā ac raram eruditionē, magnum nomen adeptus fuerat, quique ob honestissimam ac amplissimam tum honorum, cum facul-

1559.

Burgæi Patria, studia, munera publica ac mors.

tatum fortunam, haud dubie ad altiora adſpiraſſet, ni Deus ad immarceſſibiles hoſce Martyrii ſui honores illum reſeruaſſet. Natus autem fuit Burgæus Ryonſſij. (quod eſt Aruernorum oppidum) honeſtiſſimis parentibus, qui poſtquam filium bonis litteris imbui curaſſent, tantos poſtmodum in iuris ſtudio progreſſus fecit, vt primum Aureliis frequẽtiſſimo auditorio, maxima ſummaque literatorum congratulatione & applauſu; Iuriſprudentiam profeſſus ſit: poſt in collegium ſenatus Pariſini aſcitus, ingenii atque doctrinæ famam etiam apud nobiliſſimos quoſuis homines reliquit: Dum autem iam ad altiora perficienda animum applicaſſet, en Dei voluntate puriore Euangelii cognitione illuſtratur, ita vt reiectis ac ſpretis omnibus omniũ temporum periculis, ſoli Eccleſiæ Reformatæ accenſeri voluerit; ſingulis quoque concionibus clandeſtinis ſerio ac diligenter interfuit, ad indies maiori zelo accenſus fuit, vſque dum ad glorioſam hanc mortem, de qua iam modo verba fecimus, quamque maxima animi conſtantia intrepide ſuſtinuit, magna alacritate properauit. In Faurium poſtea, Fumæum, Foxium & alios cum Burgæo captos ſenatores, variæ ac diuerſimodæ latæ ſunt ſententiæ, quibus erogata prius ingenti mulcta & abdicatione ad certum tempus, à Senatu, tandem ex mortis quaſi faucibus rurſum erepti ac liberati ſunt. Variarum autem ſententiarum iſtarum, multas ac ſingulares cauſas extitiſſe, ferunt: imprimis vero vel aliorum iudicum, qui de ipſorum cauſis cognorant, ratio, in interrogando diuerſa: vel diuerſitas temporum, in quæ tum temporis multæ

cala-

1559. calamitates ac aliæ quædam imperii permutationes inciderant: vel denique etiam ipsorum Senatorum captiuorum hypocrisis & non expressa constantia.

Obitus Christiani & Christierni Danorum Regum.

Hoc anno & quidem ineunte primo eius mense, Christianus Danorum Rex, Princeps summa animi æquitate ac moderatione Inlustrissimus Coldingæ vitā cum morte commutauit, postquam annos quinquaginta sex, menses tres, dies vero viginti hisce in terris compleuisset: ac viginti quatuor annos Regnū administrasset, facta eius memorabilia potissimū hæc referuntur, quod videlicet Clementē pyratā vastatorē Iutiæ ceperit capitisq; damnatum quatuor rotis imposuerit: Lubecēsium & Christophori Oldenburgi itidē copias instructissimas paternam ditionē inuadentes ad Asniā ingēti inflicta strage profligauerit: parta pace SS. Biblia in linguā Danicā transferri curauerit: Academiā Hafniensē & in eadē Bibliothecā omnis generis librorū instructissimā instituerit. Ferunt illū paulo ante mortem, patruelē captiuū peramicè visitasse, & peracto familiarissimo Colloquio alternas inimicitias sibi inuicē condonasse: ex Dorothea Magni Ducis Saxoniæ filia quinq; suscepit liberos, Fridericū nimirū Regni successorē, Magnū, postmodū Episcopum Opsalienſem in Liuonia & Ioannē: Annā insuper quā Augustus Elector Saxoniæ sibi matrimonio iūxit, & tandē Dorotheā, q̄ à Duce Luneburgensi in vxorē ducta fuit. Mirandum autem non immerito, Christianum hunc per viginti quatuor annos, regnum tā pacificè, prudenter ac sapiēter administrasse, quod tamen intra seculum nulli Danorum Re-

gum

gum contigit, ita vt illud pleriq; sapientũ singulare Dei donũ ac beneficiũ fuisse, non sinistrè pdicent. 1559
Paucis post diebus Christiernus, anno ætatis suæ septuagesimo septimo patruelẽ secutus est. Hic aũt Christiernus Isabellã Caroli Quinti Cæsaris sororẽ, matrimonio sibi iunxerat: verum cum pro suo arbitrio, nimis superbè ac crudeliter regnũ administraret, ante triginta septem annos, vtrisq; regnis Daniæ nimirũ ac Sueciæ priuatus, & cum paucis annis elapsis Noruegiam vi occupare conaretur, à Cõsiliarijs Danicis captiuus Sãderburgum missus est. Eodem hocce mense Elisabetha post Mariæ sororis, sine hæredibus, discessum, absque vlla mora Regina Angliæ proclamata & XV. die consuetis ceremoniis ac solẽni ritu publicè Londini inaugurata est: Calluit autem Elisabetha non solummodo linguam Anglicam, verum etiam, præter illam, Latinam, Gallicam & Italicam ac summæ prudentiæ ac singularis dexteritatis fuit fœmina, queadmodum id ipsum felicissima eius regni administratio, non sine prudentissimorum virorum admiratione ac stupore, satis abunde testatur.

Elisabet in Regin Angliæ creata.

De Comitiis hunc in annum vsq;, certis & grauissimis quibusdam de causis, prorogatis superiori anno diximus: antequam itaque illa Augustæ inchoarentur, Ferdinandus in honorẽ fratris sui Caroli Quinti Cęsaris sumptuosissimas exequias magna ac regali pompa instituit. Ferali autẽ huic processioni, præter reliquos Principes ac Ordines Imperii, inter fuere quoque omnium fermè totius Europæ Principum ac procerum Legati, in quo tam splendidissimo conuentu Ludouicus Madrucius

Comitia Augustæ.

Epi-

1559. Episcopus Tridentinus & postmodum Cardinalis, funus elegantissimo ac tanto Principe dignissimo elogio prosecutus est, quibus ceremoniis peractis, acta Colloquii Wormatiensis Ordinibus Imperii sunt proposita. Cum autem ex iisdem nulla conciliatio aduersarum partium speranda videretur, Synodi Oecumenicæ instauratio à Cæsare promittitur, verum Electoris Saxoniæ ac coniunctorum Principum Legati conuentum Passauiensem & Augustanum de pace decretum vrgebant, & cum Cæsar in proposito perseueraret, hac ratione se vniuersale ac liberum in Germania concilium non impedituros ostendunt, dummodo legitimè celebretur, & non à Romano Pontifice, sed à Cæsare indicetur, vtque Pontifex non vt iudex aut præses Concilii, verum partis loco sedeat, Concilio se submittat, & præsules ac Theologos sibi deuinctos ad dicendam liberè sententiam à præstito iuramento liberet: Augustanæ Confessionis cultores non dumtaxat audiantur & in dirimendis controuersiis sententias dicant: verum etiam iisdem saluus ad Concilium accessus meritò caueatur, vt ita libertas, illis Augustano decreto concessa, salua sarta tectaque maneat nec vllo modo ab aduersa parte violetur: articuli controuersi non secundum suffragiorum numerum, vt in ciuili negotio fieri consueuit, sed iuxta diuini verbi normam ac regulam decidantur: acta Tridentinæ Synodi rescindantur, atque ad diuinæ veritatis amussim denuo examinentur, quo facto protestantes, se vniuersale Concilium neutiquam repudiaturos, palam profitebantur, sin autem præscriptæ conditiones à

Pontifice Romano obtineri nequeant, pacem Religionis, & decreta conuentus Passauiensis sibi seruari vnanimiter deposcunt. Gum iccirco his protestantium articulis, concordia desperaretur, Pax Religionis à Cæsare denuo sancita, de moneta eiusdemuè iusto in Imperio seruando valore, ac denique in pacis perturbatores serio in singulis Imperii circulis animaduertendum, actum est. Audiebatur postmodum etiam iisdem in Comitiis Georgius Segeburgius commendator Duneburgicus, qui à Gulielmo Furstembergio Ordinis Liuonici Magistro ad impetranda ab Ordinibus Imperii contra Moscos auxilia, illuc missus fuerat: verum cum huic tam iustæ petitioni ad conscribendum contra Moscos exercitum non magis quam centum aureorum millia decernerentur, Liuoni, pristinis spiritibus superbè retentis, non solummodo eam contributionem repudiant, sed ad Sigismundum Augustum Regem Poloniæ recta cõtendunt & eiusdem opem aduersus Moscos (saluo tamen Imperii iure) implorant, traditis ei in subsidium expensorum bellicorum nouem arcibus ac præfecturis, hac tamen conditione, vt hoc suum pignus sexcentis aureorum millibus redimerent, hac itaque de re publica instrumenta confecta, & iurisiurandi vtrimque interpositi religione, confirmata sunt: non multo post Gotardus Ketlerus & Christophorus Megalopolensis aduersus Moscos expeditionem suscipiunt & Torpatum irrito conatu obsident, leuibus siquidem dumtaxat præliis inibi pugnatum fuit.

1559.

Liuoni à Rege Polonia contra Moscos auxilia petũt.

1559. *Hæresiarchia Dauidis Georgij mirabiliter detecta atque punita.*

Circa idem tempus hæresiarchia Dauidis Georgii Anabaptistarum apud Batauos Coryphæi in immensum creuit, paulo tamen post mirabiliter detecta atque punita fuit. Erat enim Dauid iste Delfis in Batauorum Insula ignobilibus parētibus procreatus & linguarum præter vernaculam, qua plura scripsit, ignarissimus, ingenio tamen præfracto, ac ad speciem moderato atque composito, ita vt virum bonum omnes illum crederent. Ille igitur pernitiosissimæ Anabaptistarum sectæ apud Batauos auctor, cum scelestæ suæ doctrinæ virus vndiq; sparsisset, & hinc inde ingentes opes corrasisset, veritus, ne, si diutius in paternis moraretur, quod tegi volebat cunctis innotesceret, itaque secedendum à patria sibi existimauit, & ad colligendas maiores vires, cum aliquot sectariis & splendida admodum familia mutato proprio & assumpto Ioannis Brukij nomine, Basileam contendit & graui oratione habita à Senatu, tamquam ob religionem profugus, in numerum Ciuium adscribi petiit, præstito itaque de more iuramento tamquam vir, externa specie bonus in ciuitatem recipitur, vbi sic vixit vt nemo facile sinistri vel mali quicquam de eo suspicari posset: eadem erat ipsius ac suorum viuendi ratio & tranquilla administratio domestica: Primum autem, & ante omnia in id diligenter incumbebat, ne nomen pristinum in Batauia ac Frisia satis notum, nec eiusdem in Patria conditio, detegeretur, hinc alij eum nobilē alij diuitem Institorem qui terra marique, per Procuratores suos negotiaretur, Basileæ crediderunt. Ita Dauid iste sectam suam in Belgio, Batauia aliisque dissitis locis

literis, libris, nuncius fouebat: ab Heluetiis tamen, ne lupus rapax sub ouina pelle latitans agnosceretur, omnino abstinebat. Sed postquam vndecim annis in hac dissimulatione perseuerasset, vnus ex sectariis quietem eius non mediocriter turbauit, quod meliori doctrina imbutus, à Magistro suo defecisset: nihil tamen hæresiarchæ molestius vnquam accidit, quam cum intellexisset, è Belgio Basileam quemdam venisse, qui omnem Dauidis familiam ciuibus descripsisset: ob id igitur in rerum suarum desperationem, ex desperatione autem in grauissimum morbum ambo coniuges incidere, vbi perpauco temporis interuallo, morte sibi inuicem succedere & in æde D. Bernardo sacrâ honorificè sepulti sunt: hic exitus fuit tanti præstigiatoris, cuius dogmata tamquam scelestissima & piis auribus indigna, hic recensere mihi fit religio: Mõstro itaque hoc pestifero extincto, eius discipuli admodum animo perculsi sunt imprimis, quod Magistrum ipsorum numquam moriturum arbitrabantur, vel, illo mortuo, triennio post reuictum certo, ex ipsius prædictione, sibi persuadebãt. Interea fama mutati nominis & adulterinæ religionis inter viros eruditione inlustres latius euagabatur, ac tandem res eo peruenit, Ioannem Brukium illum ipsum esse Batauum Dauidem videlicet Georgium peruersissimæ Anabaptistarum sectæ auctorem ac Principem, qui se Regem ac Christo maiorem fecerit, idque non absque singulari Christi nominis blasphemia ac contumelia: Re icciirco ad Senatum delata, hoc anno 1559.

1559. quæstio seuerè habita est: Quapropter IV. Eid: Mart. Dauidis filii, generi & quotquot erant virilis sexus numero vndecim coram Magistratu sistuntur, à tribuno plebis, de nomine, gente ac doctrina defuncti examinantur, ac tamdem iussu ac mandato Senatus singuli seorsim carceribus mancipantur; interim vero scrinia, libri ac omnes eorũ chartæ vndique dispersæ, summa industria conquiruntur & Theologis ad examinandum traduntur: inde rei rursum singillatim interrogabantur, quorum cum aliqui titubare ac in sermone variare viderentur, septemuiri dilĩgẽtiorem quæstionem instituerunt: Itaque omnia doctrinæ Dauidicæ capita Professorum Academicorum & Concionatorum ad hoc negotium delegatorum cẽsuræ subiecta sunt, qui iisdem perlectis & ad diuinæ veritatis trutinã ponderatis, vnanimi consensu, illa à recta fide aliena, Sacrosanctis literis prorsus contraria, in Dei ac Iesu Christi maiestatem perniciosa & contumeliosa ac proinde à tota Christiana Republica exterminanda esse pronuntiant. Tum de captiuis lata sententia, qui tamdem his conditionibus dimissi sunt, ne videlicet vllas possessiones extra vrbis mœnia sine concessione ac volũtate Senatus emãt, peregrinos nullos ac ne quidẽ consanguineos ex Belgio hospitio excipiant, sed ad publica diuersoria ac tabernas remittant. Dauidicos libros vel typis iampridem excusos vel manuscriptos in curiam deferant, librumque nullum lingua Batauica scriptum vel legant aut habeant: liberos suos nullibi locorum nisi in Basileensi Schola erudiri sinant: mulctam pecuniariam, efflagitante & ab eis irrogante

ganteSenatu pendant, & demum se cum vxoribus, 1559.
liberis ac omni tamdem familia in summa vrbis Basilica die dicta sistant, veram Religionem ibidem profiteantur ac Diabolico-Dauidicam, istam sectam, plenis quasi buccis execrentur ac detestentur. Biduo autem post in ipsum Dauidis cadauer talis lata fuit sententia: Quoniam nimirum, Dauid Georgius pernitiosissimæ, sectæ auctor extitisset ac eam ob causam, maiestatis diuinæ ac violatæ religionis reus peractus esset, placere Senatui, vt eius cadauer vna cum ossibus, & quicquid reliquiarum in ipsius sepulchro adhuc reperiretur, effodiatur & extra portam lapideam, in loco videlicet ad supplicium condemnatis destinato vna cum libris ac effigie in cineres vsque redigantur. Ideoque absq; vllius moræ periculo ad sepulchrale monumentum itum & loculo aperto corpus exanime à carnifice extractum & plaustro impositum est: Post cuius extractionem cadauer, satis adhuc integrum barba flaua imprimis notum cum libris & effigie in ipsius ædibus reperta publicè combustum est, non sine maxima admiratione adstantium, qui hominem cum tanta famæ, fictitiæ quidem, existimatione, apud se vixisse meminerant, nunc vero contumeliosæ in Deum impietatis ac blasphemiæ scelestissimæ condemnatum, publicè cremari, cernerent.

Reformati in Hispania cremantur.

Interea Pontificii in persequendis, vti vocabant, hæreticis pristinos resumebant spiritus: Vallicellis enim in Hispania, mense Maio, triginta personæ ab inquisitione in iudicium producuntur, & ex hisce quatuordecim, præsentibus & triste tam

1559. ſpectaculum ſpectantibus Sebaſtiani Regis Luſitanorum, adhuc minorennis, matre & Philippi fratris ſui tum temporis abſentis locum in Hiſpania tenente, Carolo Iuniore Principe Hiſpaniæ, Comitibus, Baronibus, Principibus & maximo Comitatu aulico, ad rogum reliquæ vero ad geſtandum Sambenitũ, (palliũ flaui coloris ſic appellant,) dãnatæ ſunt. Ex his autem cremabãtur præcipui Auguſtinus Cazalla Theologiæ Doctor, quondã Philippi Regis in Germania concionator aulicus, Frãciſcus Biuerius vir ob eximiam eruditionem clariſſimus, qui occluſo ore ne forſitan ad populum verba faceret igni iniectus eſt, Beatrix Biueria eiuſdem ſoror virgo antehac Veſtalis, Eleonora itidem Biueria horum mater iam defuncta, quæ ob permiſſum, filiis ac filiabus in ædibus ſuis, religionis exercitium, monumento ſepulchrali rurſum effoſſa ac vna cum eius effigie combuſta eſt: Alphonſus Perezius olim ſacerdos Valencinus: Chriſtophorus ab Ocampo: Chriſtophorus de Paditla, ambo Ciues Zamorrani: Anthonius Heruicolus Theologiæ Licentiatus: Catharina Ciuis Petroſia: Franciſcus ab Herrero Licentiatus: Catharina Ortegia vidua Vallicellenſis: Iſabella de ſtuda & Ioanna Ciues duæ Petroſiæ, Ioannes Barzia & Luſitanus quidam Iudæus qui accepto Sacramento baptiſmatis rurſum ad ſectam Iudaicam defecerat: In Sambenito vero ex primoribus publicè pœnitentiam agebant Petrus de Sarmiento Eques Ordinis ab Alcantara Marchionis à Potſa filius cum coniuge ſua Clementia de Figueroa, Ludouicus de Roias, Sanzonis de Roias filius, heres Marchionatus Potſa-

nenſis

nensis & Anna de Roias Marchionis Potsensis filia, virgo, in Monasterio S. Catharinæ sacro, Vestalis cui quidem aditus ad disciplinam Mõnasticam rursum patuit hac tamen conditione, vt in rebus Monasticis nullo voto amplius præualeret & in consessu vltimum locum semper occuparet. 1559

Heinricum Gallorum Regem inter lætitias nuptiales & ludos equestres à Montgomerio Comite (qui postmodum Anno nimirum supra Millesimum quingentesimum septuagesimo quarto, ob cultum reformatæ religionis in Normandia captus, Lutetiam Parisiorum traductus ac ad securim condemnatus fuit) lethaliter vulneratum ac inter grauissimos cruciatus decimo post die vitam cum morte commutasse, non ita pridem diximus.

*Post eius autẽ ex hac mortali vita discessum & filij sui Francisci septendecim annorum adolescentis inaugurationem variæ, Regni & aulæ Francicæ, mutationes subito exortæ sunt: accrescentibus n. Guisiorum viribus nõ solummodo Valentina Regis Heinrici, dum adhuc in viuis esset, concubina ignominiose ex aula (repetita pri⁹ ab ea gaza regià ac ingentis pretii gemmis) pulsa, verum etiã omnis pene Gallica nobilitas ludibrio & contemptui habita est. Ioannes siquidẽ Bertrandus Regni Procãcellarius, qui ipsius etiam Guisij commendatione ac Valentinæ promotione in numerũ Cardinaliũ cooptatus, & summũ togæ fastigiũ consecutus fuerat, substituto in ipsius locũ Frãcisco Oliuario, aula eiicitur, Momorãtius Cõnestabilis ab officio remouetur, Cõdæus & alii regiæ familiæ Principes, per

Guisiorum in aula Francic. potentia

 spe-

1559. speciem obeundæ legationis, in Belgium mittuntur, omnes regiæ stirpis domestici commutantur, & tamdem etiam ipse Rex Nauarrus, cui vt primo regii sanguinis, summa competebat regni auctoritas, à Guisiis eluditur, mos enim est vt primariis regni principibus in aulam venientibus splendido comitatu obuiam eatur & hospitium secundum cuiusuis dignitatem assignetur; verum cum aduentaret Nauarrus non solummodo ei Guisius, aut vllus eiusdem familiæ minimè processit obuiam, sed regem insuper ad venationem per diuersa itinera, ne obuium haberet Nauarrum, eo ipso die mera ex inuidia deduxit: & cum primarium hospitium, q; Nauarro debebatur, sibi Guisius sumpsisset, non solum illud Nauarro non concessit verum etiam clara voce testatus est, se potius passurum vitam quam honorem hunc à Rege meritis suis delatum eripi. Ita Nauarrus honore hospitii contumeliose exclusus, cum in eo esset, vt pudendo discessu decori consuleret, vltro commoditatis à Santandreano ædibus vsus est, qui & rem apud eum excusauit, & tamdem eiusdem animum, satis quidem & supra modum hac iniuria exasperatum, rursum mitigauit, cunctis etiam indignantibus, qui hacce Nauarri patientia, Guisiorum & reliquorum aduersariorum audaciam ac insolentiam foueri autumabant. Ideoque ex Magnatibus plerique ad capessendam Rempublicam Nauarrum incitabant, imprimis autem, Vidus Cabotius Iarnaicus vir generosissimo animo præditus quotidiano sermone oblatisque priscæ nobilitatis opibus eumdem Nauarrum ad idem faciundum instigabat; ast hominem per

ſeſe & natura ſua cunctabundum Conſiliarii do- 1559.
meſtici vtpote Ioannes Angutius Epiſcopus Mimatenſis Cardinalis Pratenſis nothus, Franciſcus Scarſius, Almericus Bucardus libellorum ſupplicum magiſter & Nauarri à Conſiliis ac Cancellarius, mollibus ſermonibus leniebant & hacce ſua iniecta mora iuſtæ indignationis aciem frangebāt: nihilominus tamen vt importunis procerum querelis, quibus indies cumulatiſſimè onerabatur, aliquo modo leuaretur, Lutetiam Pariſiorum proficiſcebatur, vt ibidem Senatorum ac Primorum vrbis ſententiam ipſius exploraret, ad eludendum autem eius impetum & ad nectendam moram id conſilii, à prauis conſultoribus ei datum fuiſſe, exitus oſtendit, nam cum ob eamdem moram amicorum ſuorum in vrbe, adfectus ac beniuolentiam labefactatam cerneret, animum non dumtaxat deſpondit, verum etiam impoſterum ab omni generoſo conſilio ſe abalienauit: ad hanc nouam rerum faciem cuncta in regia querelis replebantur, ad quas comprimendas Guiſii aliis minabantur, alios vero ingentibus promiſſis ſuas in partes pertrahebant, ac ne ad ſtabiliendam eorum potentiam quicquam intentatum relinquerent, Catharinæ Mediceæ Franciſci Regis matri, fœminæ ambitioſiſſimæ, perſuaſerunt, vt nomine atque auctoritate Philippi Regis Hiſpaniarum ſuam firmare dignaretur, quod cum illa auidè amplecteretur ea de re ad Philippum Regem perſcripſit, opemque eius aduerſus regni, vt aiebat, perturbatores implorabat, qui ope promiſſa, viciſſim Regi per literas reſpondet, quibus ſororii chariſſimi res ſibi

1559. perinde ac suas commendatas esse, eiusque regni tutelã propenso prorsus animo sese suscepturum cõmemorabat & aduersus eos, si qui tam temerarij forẽt, q̃cunq; etiã essent qui regi vel eiusdem administris ab eo summæ rerũ præpositis parere detrectarent, opes, arma ac omnem denique potentiam expedire paratum se demonstrabat, ita vt se acerrimum contemptæ regiæ maiestatis vindicem & seuerissimum audaciæ ac temeritatis illorum castigatorem experirentur: literæ istæ coram Nauarro ipso perlectæ sunt, quod iis haud oblique perstringeretur, eo consilio, vt suarum rerum contra Hispanos defendẽdarum sollicitudine iniecta omnis de regni administratione cura ex eius animo expelleretur, nec spe Lotharingi falsi sunt, nam ille qui Benearno timeret ab vxore persuasus illuc protinus contendendum duxit, oblatam à Lotharingis reginæ Hispaniarum ad Philippum maritum deducendæ conditionem minime aspernandam ratus, vt inde honestè ex aula discedendi quæsito colore absentiæ suæ infortunium tegeret, eademque opera Philippi sibi, vt credebat, infesti & à Guisianis in suam perniciem incitati, animum placaret, eiusque beniuolentiam honorifico hocce officio demereretur.

Aerarium Regium qua arte à Guisiis mirum in modum auctũ sit.

Accrescente sic & indies latius sese diffundente Guisianorũ potentia, vnicè in id iã incũbebãt, vt ærarium regium quod superioribus bellis valde exhaustum fuerat, quouis modo per fas nefasque, etiam cum aliorum iniuria, rursum suppleretur. Nã cum ex cunctis fermè Regni Prouinciis ad Franciscum Regem confluerent, & debita, remunera-

tiones

tiones ac alia beneficia importunis admodum flagitationibus exigerent, nec omnibus hisce satisfieri posset: Guisij inhumano admodum consilio Regi, Fontembellaquei tum temporis adhuc degenti, persuaserunt, vt erecto patibulo edictum proponeret, quo omnis cuiuscunque etiam essent dignitatis, quique qualicunque de causa vel debiti vel remunerationis aut beneficij impetrandi, in comitatu essent, intra viginti quatuor horas, aula regia excederent, & ni parerent, patibulo suffigerentur, id ab ingenio Cardinalis Lothareni profectum, duobus fratribus Guisiis maximum conflauit odium, quorum ludificationes permulti, vtcunque æquo animo tulissent, tam atroces iniurias haud æquè perferre potuerunt, imprimis autem viri bellica laude clarissimi ac famosissimi, qui egregiè, bellis superioribus, nauatæ operæ hāc mercedem rependi indignabantur. 1559.

Mendac. de regis Franciæ aduersa valetud. sparsum.

Iamque Rex Franciscus longa ac tædiosa quartana febri liberatus, de die in diem magis crescebat, ita vt propter tam vegetum habitum corporis, iam ad regni administrationem idoneus censeretur, quod vt Guisianorum vota adiuuabat, ita vicissim, vt aduersariorum querelæ minus ponderis apud multos haberent, efficiebat: nihilominus tamen regis valetudo Guisianos anxios tenebat: Cū enim Rex, primo pallida esset facie fœdis ruboribus subito suffundi cepit: igitur ex consilio Medicorum ad mutandum aerem Bloesas proficisci statuit, quo cum venisset, ex occasione dubiæ valetudinis impudentissimum mendacium, Regē videlicet laborare Elephantiasi, sparsum est, repertiq;

homi-

1559. homines cum secretis, vti ferebatur, missi mandatis, qui in humana audacia pueros infra sex annos per regiones Ligeri circũpositas matrum gremio auulsos, tamquam victimas ad certam necem raperent, vt nimirum tepido atque calenti adhuc eorum sanguine, Rex tum in potionibus, cum consuetis ac quotidianis balneis, ad depellendam siue profligandam lepram, vteretur; hoc siquidem velle ac serio iubere medicos, illud autem commentum an ab ipsis Guisianis, an vero ab ipsorum inimicis confictum esset, incerti tum temporis rumores spargebantur, qui iam tum viam ad maiora sternẽtes, familiam regiam populo exosam ac inuisam reddere & interim, reiecto in Religionis reformatæ cultores, tamquam nefandæ huius disseminatæ calumniæ architectos, odio, regis animum in illorum perniciem exacerbare satagebant. Quapropter protestantes euulgatis libris suam testati innocentiam, omnia ista ex Cardinalis Lothareni officina prodiisse sue dimanasse asserebant. Paulo post ex emissariis istis nonnulli capti & extremo supplicio puniti sunt, quorum vnus maxima constantia ad extremum vsque vitæ spiritum, se videlicet eius rei mandatum à Cardinale Lothareno habuisse, pertinaci admodum animo confessus est. Vt vt autem sit omnibus liquet, Regis matrem sero passam purgationes menstruas, ob id Regem ab ineunte sua ætate quotidianum fermè fuisse valetudinarium, excrementis enim cerebri numquam excreationibus autem raro purgatus fuit, vsque dum excrementorum copia in auriculas delapsa ac demum putrefacta Regi successu temporis, exi

tiun

tium supremum attulit. Hoc iccirco pacto, Guisiorum videlicet auspiciis, Regis Francisci imperium inauguratum est, quæ illorum potētia in perniciem Ecclesiæ maximè hac vice armabatur. Persecutio enim aduersus Lutheranos; quæ sublato Henrico, Francisci Regis Patre desitura videbatur, vehementius quam vnquam antea recrudescit: Incitabantur ad hoc Guisii hunc potissimum in finem vt potentiam suam, cui veram religionem aduersari cernebant, augerēt. Quocirca noua edicta superioribus multo atrociora publicè affiguntur & noua pœnarum crudelitate subinde replentur: prohibebatur in iisdem ne clandestini conuentus haberentur; qui autem illis, interfuerit capitali pœna teneretur & delatori dimidia pars delati bonorum obferretur. Iniungebatur insuper inspectoribus, vt accusationes reorum diligenter exciperent, domos accusatorum quotidie perlustrarent deque totius rei negotio Senatum certiorem facerent: Prætori quoque rerum capitalium mandatū & concessum fuit, vt in hæreticos coram ipso accusatos, sententiam ferret iisdemue omne prouocationis beneficium adimeret, Vicarii vero omnium & singularum parœciarum eos ipsos excommunicationis fulmine percutiant, qui notos sibi Lutheranos ad delegatum iudicem non deferrent. Imo, quod in libera ac Christiana republica dirum ac intolerabile facinus, proditoribus ob falsam accusationem impunitas promissa est. Tum temporis aurifex ac pictoris cuiusdam famulus ab Ecclesia Parisina transfugiunt: qua de causa aurifex imprimis vero quod pecuniam aliquam ex ærario

1559. *Maxima persecutiones Lutheranorum in regno Galliæ.*

siue

1559. suo fisco Ecclesiastico interuerterat, excommunicatus est, qua poena commotus ad Democharē, hæreticæ, vti vocant, prauitatis inquisitorē se contulit & illi significat se multa de rebus Lutheranorum habere compertum, ideoq; hac vnica de causa se ab iis desciuisse, & imposterum omnes vires suas se in illorum perniciem conuersurum: hac ratione omnia quæ de Lutheranis cōpertum habebat, auido inquisitori depromit & præsidū reformatorum nomina cōmemorat multisq; confictis criminibus eos onerat & nihil deniq; intermittit, quod ad ipsorum exitium sibi tum temporis, videbatur idoneū. Quamobrem ab inquisitore liberaliter exceptus multis promissis & certa quadam pecuniæ summa ditatus, imo pro concione publicè laudatus, Sanctus Paulus Sorbonæ conuersus nuncupatus & ad strenuè narrandā imposterum operam ab eodē adhortatus est. Qui suarū proditionū aliquos fructus percipiens nequitiā suam nouo scelere cumulat, quos enim de Religiosis infirmos norat, illos hortatur irent ad inquisitorem & falsæ suæ religionis veniā ac absolutionem impetrarent, lictores denique ad ædes reformatę religionis cultorū deducit omnesq; istius religionis antistites & præcipua capita his suis malis artib⁹ in fugā vertit. Pictoris pręterea famulus quod ab hero suo vapulasset, eidem infensus redditus, iudicibus commemorat se ex mandato & iussu sui Domini Lutheranorum coetus visitasse, qui benigne auditus ingentibus promissis à iudicibus lactatur, vt quos nouisset omnes Lutheranos proderet, quod quantum potuit, pręstitit & insuper addidit verum esse quod vulgo de

iisdem (Lutheranis) spargeretur vagas siquidem 1559.
& promiscuas consuetudines inter illos grassari &
(vt rem exemplo probaret) seipsum cum quibusdam
puellis habuisse consuetudinem: itaque cum
illarum, quas falso apud iudices traduxisset, mater
sese vna cum filiabus suis coram iudicibus sisteret,
& proditor iste mendacij conuictus esset palam
professus est, scita ab inquisitore Demochare &
vno ex numero Senatorum instructum fuisse, &
tanta de Lutheranis conficta scelera ac flagitia, in
ipsorum perniciem euomuisse: quæ quamuis, vti
iam modo dictum est, conficta essent, nihilominus
tamen cum ad Regis aures deferrentur, illum
ad persequendum Lutheranorum cœtus eo
vehementius instigauit: Quapropter etiam persecutiones
eo acerbius institutæ sunt: cum enim iudicum
muscæ (sic enim delatores tum temporis
nominabantur) tamquam Harpyæ omnia tactu
suo fœdissimo inquinantes, passim circumuolitarent,
incredibile dictu, quam crudeli ac ferino more
in Lutheranos, per nouem menses integros, sæuitum
sit, vndique enim isti capti, ijsdemue quotidie
noua vincula, proclamationes, proscriptiones,
domorum expilationes, cædesque crudelissimæ
denuntiabantur, conseruabantur nihilominus,
media etiam ista sub laniena, Dei reliquiæ,
nec verbi diuini prædicatio omnino intermittebatur.
Multi itaque propter Euangelij confessionem
cremati sunt, quorum constantiam
mirum in modum auxit Margaretha cuiusdam
Bibliopolæ vxor, quæ per ipsum etiam maritũ (quẽ
tamen ad cognoscendos & adiiciendos errores

ab ini-

1559. ab initio præceptorem habuerat,) prodita & mirabili ac plus quam virili constantia ad cineres vsque combusta est. Hisce & similibus afflictionibus Pontificii minimè acquieuere, verum malum malo, persecutionem persecutione indies cumulauerũt. Nam in toto fermè regno Galliæ, imprimis autem Lutetiæ Parisiorum Sanctorum ac beatissimæ Mariæ virginis per vicos imagines erigebãtur ad quas splendidè exornatas candelæ interdiu accendebantur & cantica ab extremæ fecis hominibus, vtpote baiulis, asinariis & aliis eiusdem sortis homuncionibus decantabantur, appositis per vias arculis siue cistulis, in quas omnes transeuntes, ad cereos ac candelas istum in vsum coemendas pecuniam erogare cogebantur, quod si quis tributum istud exsoluere recusaret aut imagines istas (licet etiam incogitanter transiisset,) more decenti nõ salutasset, aut denique ad insuaues istos modos non venerabundus substitisset, in eum tamquam propter religionem suspectum plebs impetum ac concursum faciebat, vbi is admodum felicem se prædicabat, belleque secum actum putabat, si tantum pugnis egregie cæsus ac pedibus in cœno conculcatus, cæterum salua vita detruderetur in carcerem quibus rebus non solum minimè infracti, sed irritatiores vtrique redditi & inde multo animosiores & coniunctiores effecti sunt. Circa idem fermè tempus Philippus Rex Hispaniarum in Hispaniam nauigationem adornabat, cumque Gandauum venisset & Margaritæ Parmensi vniuersam administrationem totius Belgii commisisset, in Zelandiam descendit. Mense Septembri autem totus in

Lutherani nouo ac exquisito artis genere in Gallia explorantur.

Philippus Rex Hispanus facto naufragio ingentis pretii supellectilem amittit & postmodum Luthera-

Afri-

Africani belli curam intentus, soluit. Cumque iam iam Galeci portus conspectum attigisset, grauissima tempestate iactatus vix incolumis tanto periculo se subducere potuit & reliquam classem fermè omnem & ingentis pretii supellectilem regiam amisit: quo facto plurimi per iocum spargebant Philippum ac ipsius parentem Carolum Quintum totum pene terrarum orbem spoliasse, hunc potissimum in finem vt opima ista præda & locupletissimis exuuiis Oceanum ditarent. Quamprimum itaque in Hispaniam venisset totus ad extirpandas Lutheranorum, vti iactabat, sectas siue hæreses, se conuertit: Iccirco omnes ob religionem damnati & in eius aduentum seruati tota Hispania Pinciam ac Hispalim deducti sunt, quibus locis (instituebatur autem actus primus Hispalis) theatrali pompa ad ignis suppliciū ante alios inlustres quædam personæ productæ sunt, imprimis vero Pontinus Legionensis, Roderici Pontii Bailenii Comitis filius sub elogio pertinacissimi Lutherani cum Ioanne Consaluo Euangelii ministro ac vitæ ac mortis eius socio, vna cum nobilissimis atque ignobilibus adhuc fœminis ac virginibus horrendo spectaculo combustus est, vbi ne mortuis quidē parsum fuit, Drossensis siquidem Episcopi cadauer ab Inquisitoribus in ius vocatum damnatum ac postmodum, non aliter ac si Episcopus ipse adhuc in viuis esset, combustum est: non mitius insuper cum Constantino (qui Carolo Quinto in solitudine post Imperii nimirum ac regnorum suorum abdicationem confessarius ac postremo animam agenti semper præsto fuerat) actum fuit. Is

1559. *nos grauissime persequitur.*

1559. enim cũ paulo ante teterrimo in carcere diem suũ obiisset, concionatoris effigie circumductus ac publice quoq; crematus est. Eandẽ erga Lutheranos crudelitatẽ Philippus quoq; mense sequenti Pinciæ exercuit: nam viginti octo personæ ex primaria regionis nobilitate in scenam theatralem adductæ palisque alligatæ publice combustæ sunt.

Mors Pauli IV. Pontificis maximi. Eodem hocce mense Paulus Quartus, Pontifex maximus hydropisi correptus vitã cum morte cõmutauit. Ferunt eum paulo ante suum ex hac vita discessum Cardinales in conclaue accersisse, ibidemq; mirabili eloquentia orationẽ coram eis habuisse, in qua testatus sit, ꝙ videlicet diutius vixerit quã sperare potuisset, quocirca rogare sese, si forsitan in cogendo Senatu negligentior fuisset quã ratio officij postulare videretur, id potissimum grandæuæ eius ætati & aduersæ valetudini, qua multoties detentus fuisset, tribuerent, hortatum quoque & admonitum voluisse cardinales vt in eligendo optimo successore vota sua cõiungerent & munus Inquisitionis sibi quã optime commendatum haberent; Cumq; Cardinalis Hispanus nomine Bartholomæus Cneua abeuntib. ac dimissis cęteris suis collegis in cubiculo remansisset & se Reipublicæ Christianæ casum, si turbulento hocce tẽpore Ecclesia tali tantoq; pastore priuaretur, dolere dixisset, sano ac integro adhuc spiritu Papam Cardinali verbis Hispanicis respõdisse, se ita vitæ suæ cursum instituisse vt quoties ex hac miseriarum valle migrandum esset Deum vocantem, æquo ac lubenti perquam animo sequeretur, solari insuper se non parum, quod Philippum tamquam Romano, Ca-

tholicæ Ecclesiæ defensorem ac vindicem acerrimum his in terris post se relinqueret, his deniq; dictis extremum suum in orbe diem clausisse. Illo autẽ extincto magnus in vrbe motus subito exortus est: nam cum ex more ac consuetudine prisca, oẽs vrbis custodiæ aperirentur, magnus populi cõcursus factus & carcer Inquisitionis incensus est, vixq; cohiberi plebs potuit quin ædes Dominicanorum ad Mineruam non incenderit: minime autem hoc erga Inquisitionis præfectos odium eo ipso tumultu cessauit: statim enim ab irrequieta plebe in Capitolium impetus factus ac effigies eius ex marmore Pario facta & in Palatio magnis sumptibus posita, decollata ac sic mutilata summo cum ludibrio ac dedecore per vrbis vias prouoluta ac tamdem in Tiberim proiecta est. Cautum quoq; edicto, sub incerto tamen auctore, publico, vt omnia insignia Carafarum, quibuscumq; tandem locis reperirentur, ex vrbe remouerentur, nec mora, ne vllum siquidem eorum insigne breui temporis interuallo in vrbe amplius repertum fuit: demortui autem Pontificis cadauer, vili ac exigua pompa in Basilicam Vaticanam à B. Petri collegis deportatum est, vbi præter omnem consuetudinem & in sepeliendis Pontificibus receptum morem aliquot militibus, præ metu populi adhuc frementis, aliquandiu custoditum, latericio duntaxat tumulo ad tempus, conditum, & denique septimo post mortem eius anno beneficio Pij Quinti magnifico tumulo, ex puro marmore facto ad Mineruam dignatum fuit. 1559.

1559.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER SECVNDVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Bitus aliquot Illustrissimorum Principum, vt & literatissimorum quorundam Europæ luminum: Coniuratio Pandolfi Puccij aduersus Cosmum detegitur: Angelus Medicinus Paulo IV. in Pontificatu succedit: Venetorum Legati à Paulo Quarto honorificè excipiuntur: Comes Arausiæ imminenti se periculo subtrahit: Brossius Guisiorum iussu cum copijs & aliquot Theologis Sorbonicis in Scotiam mittitur: Scotiæ procerum ad Regentem litteræ: Superba Scotorum procerum ad mandata Regentis Responsio: Ormisthonius à Regente cum pecunia ex Anglia allata intercipitur: Scoti à Gallis caeduntur & fugantur: Pacta fœderis inter Anglos ac fœderatos & Reginæ scriptum Apologeticum: Angli in obsidione Lethæ frustra in murum impetum faciunt & inde repulsi omnes fermè molatrinas igne accendunt: Pax inter Gallos & fœderatos quibus conditionibus fir-

mata

mata sit: Mustafa quidam suppositititius magnorum motuum in Regno Turcico auctor: Solimannus prætoribus Prouincialibus ad opprimendum Mustafam fictitium dat negotium, qui tamdem capitur: Baiazetes à parente in gratiam recipitur: fortissimè dimicans, cum suis in fugam vertitur: Persiam inaugurato itinere ingreditur, nam contra datam fidem ab hospite suo vna cum liberis suis in vincula conjicitur: cum quibus tamdem iussu parentis à Thamo Persarum Rege necatur: Theologorum ac Iurisconsultorum de Guisiorum tyrannide iudicium: Condeus ab obiectis sibi criminibus coram Rege Galliæ se purgat: Nauarrus & alij coniurationis insimulantur: Oliuarius Galliæ Cancellarius moritur, in cuius locum Michael Hospitalius constituitur: Bernardinus Bocatellus à Rege Galliæ ad Germaniæ aliquot Principes ablegatur: Belgæ introductionem Episcoporum improbant: Mors Philippi Melanthonis & eiusdem Epitaphia. Mariebúrgum & aliæ Liuonum arces à Moscouitis occupantur: Deliberatio consilii priuati de remediis Gallicorum tumultuum instituitur: Richiendus ob Reformatam Religionem crudelissimè trucidatur: Protestantium in Armorica progressus: Condeus Aurelijs carceri mancipatur, Rex Nauarræus verò arctè custoditur, quibus ambobus maximæ struuntur insidiæ: Franciscus Rex Franciæ moritur: Carolus nonus Rex Galliæ & Pontifex Maximus concilia indicunt, quod concilium Vergerius scripto publico impugnat: Petri Lotichij Secundi Mors & Epitaphium: Electorum ac Germanorum Principum Naumburgi conuentus, Oratorumque Pontificiorum in conuentu isto propositio Electorumue ad propositiones istas Responsio: Protestantium Principum in conuentu Naumburgico congregatorum ad Cæsarem literæ & nomina: Nuptiæ Guilielmi Arausiensis & Annæ Saxonicæ: Protestantes in Belgio perse- 1559.

1559. *quuntur: Condæus à Carolo Rege absoluitur: Contentiones inter Regem Nauarræum & Reginam matrem: Conuentus ad minorum Ordinum comitia in Gallia maturatur: Nauarræus Reginæ, Guisius vero Condæo reconciliantur: Carolus, Princeps Anhaltinus moritur: Paliani Ducis ante mortem summa constantia: VVenceslaus Archidux Austriæ nascitur: Papa nepotibus suis amplissimis matrimoniis prospicit: Cardinalem Ferrariensem ad Regem Gallorum mittit qui cum ludibrio, re infecta, domum reuertitur: Caroli IX. Regis Gallorum inauguratio & Eleonoræ Austriacæ nuptiæ: Christophorus Dux VVirtembergicus Elicurtum, oppidum ac arcem expugnat: Colloquium Possiacense inter Protestantes ac Pontificios in Gallia: Franciscus Balduinus frustra se colloquio Possiacensi immiscere nititur: Rex Hispaniarum propter habitum colloquium vehementer exasperatur: Arturi Desiderij cum arcanis litteris interceptio & supplicium: Ericus Stocolmiæ in Regem Sueciæ coronatur: Liuonia quibus conditionibus Regi Poloniæ subiecta sit: Pacta inter Liuonos & Regem Poloniæ iureiurando confirmantur: Magister Ordinis Liuonici in Ducem Curlandiæ ac Semigalliæ creatur: Moldauia ac Valachia ab Alberto Lasco occupantur: Tumultus Parisini descriptio, cuius culpam in sese translatam protestantes libellis publicis à sese remouere conantur.*

Obitus Illustrissimorum aliquot Europæ principum.

SVmmum istum Ecclesiæ Romano-Catholicæ præsulem Paulum Quartum, vt sub libri pręcedentis finem diximus, illico Illustrissimi aliquot Europæ Principes ac Magnates morte sua subsecuti sunt. Nam cum Laurentius Priulus Venetorum Dux Serenissimus, pridie antequam Antistes iste Paulus Quartus mortuus, ac in eius locum (etiam

aduer-

aduersus Reipublicæ Venetæ consuetudinem quę virtutes ac merita erga Patriam iuri hæreditario lōge anteferre solet) Hieronymus frater ipsius suffectus esset, Hercules Atestinus Dux Ferrariensis, qui postquam ob Pontificūm Romanorū odia ac superbam ambitionem diu ancipiti fortuna iactatus fuisset, tandem tamen summa felicitate, quæ amiserat, recuperasset & imperium paternum Illustrissima adfinitate Gallorum Regis, amplificasset ex hac mortali vita decessit filium Alfonsum amplissimi Imperij hæredem post sese relinquēs. Successere hisce paulo post Otto Heinricus Boiorum Princeps Palatinus, qui post Fridericum eius nominis secundum, patruum suum Electoratum paucis annis tenuit & postquam sine liberis in viuis esse desiisset, Wolffgango Ottoni ditionem Neuburgensem ad Danubium, testamēto legauit; mortui sunt itidem breui temporis interuallo Franciscus Otto Dux Lunæburgensium, & paulo quoq; ante eum Guilielmus Hennebergius maior octogenario, ita vt curiosorum quorundam virorum obseruationibus hic annus, (quamuis in plures annos alij diuidant) prorsus lethalis fuerit: decessere siquidem penes commemoratos principes Carolus Quintus Romanorum Imperator, Christianus & Christiernus Reges Daniæ, Helionora regina Franciæ, Henricus rex Franciæ, Maria Hungariæ & Bona Sfortia Poloniæ, reginæ. Nec hic prætermittendos censeo viros eruditione atq; multiplici doctrinarū genere inlustres, quos iniqua Parca, hoc anno, quoque sustulit. Franciscus enim Duarenus Brioci fano in Armorica, loco nobili nat⁹, cum vix

1559.

Mors literatissimorum quorundam virorum vtpote Duareni sequentis

1559. ætatis suę annum quinquagesimum compleuisset, iuris post Andream Alciatum Mediolanēsem, (qui græci & latini sermonis peritissimus fuit & primus Iurisprudentiam, vt Valentinus Forsterus Iuriscō-sultorum Germanorum lucidissimum sidus, cuius hæc verba sunt, nimiis disputationibus & barbaro dicendi genere inuolutam, pristino nitori restituere & ad veros fontes reuocare conatus est,) quem Auarici Biturigum Cuborum ius ciuile profitentem audiuerat, sua ætate clarissimus: hic in eadem postmodum Schola vna cum Eguinario Barone, præclarissimo Iurisprudentiæ lumine, iuris studium professus est, & non mediocrem sui famam, pro æui illius conditione, excitauit. Prouecta autem iam ætate Duarenus magnas & quidem acerrimas contentiones cum Cuiacio, adhuc iuuene, habuit, ex eoque non obscuræ simultates inter auditores exortæ sunt, ita vt schola Bituricensis diuersas in partes scinderetur, maius autem exinde periculum imminere tum temporis, videbatur, nisi Cuiacius aduersæ suæ parti, Duareno videlicet, cessisset, & Valentiam Cauarum migrauisset: quo nomine postea se Duareni memoriæ plurimum debere prædicabat, cuius emulatione factum esset, vt iuris professionem, quam tunc iuuenis, seu præpostero parentum consilio siue leuitate ætatis, deserere potuisset, semel apprehensam mordicus deinceps retinuisset, ac ad eiusque exornationem tā diligentissimam imposterum operam impendisset. Opera eius in magno nunc pretio apud viros doctos habentur, quæ cum per sese omnibus nota sint & vtrumque polum pulsent, heic omitto: Immatura

vide Forsteri Iuris Ciu. Rom. hist. lib. 3. pag. 179.

tura

tura autem vita defunctus in æde Diuo Hippolyto sacra penes Eguinarium Baronem, qui ante nouem annos ipsum præcesserat, sepultus est. Summo amore Baronem, dum adhuc in viuis esset, prosecutum esse subsequens (quod heic ex Forsteri historia Iur. Ciu. Rom. pag. 80. adscribere placuit) testatur eidem à sese positum epitaphium: 1559.

EGVINARIO BARONI, IVRECONSVLTO CLARISSIMO, DOCTORI IVRIS CIVILIS IN SCHOLA BITVRIG. ET IVRISPRVDENTIAE VETERIS INSTAVRATORI, QVI SVPERSTITE VXORE ET LIBERIS OBIIT XI. KAL. SEPTEMBR. ANNO MD. L. CVM VIXISSET ANNOS CIRCITER LV. *Eguinarij Baronis Epitaphiũ.*

Franciscus Duarenus Collega pietatis & officij causa P.

Fatis concesso Duareno, Æmari Ranconeti laudes, mors & supplicium recensendum est, non solum enim vir iste in omni politioris literaturæ, ac antiquitatis, tam sacræ quam profanæ cognitione excelluit: verum etiam ipsi Duareno ad multiuariam Iuris inuentionem auctor fuit. Penes admirandam istius viri literarum cognitionem insuper singularis quædam arcanorum mathematicorum scientia ac acre iudicium in eo emicuit, ita vt primum Senator Burdigalensis, mox in Senatu Luteciano inquisitoriarum classium præses factus fuerit: verum, quod plerumque fieri cernimus, omnes istæ iã cõmemoratæ virtutes ac dignitates, tragico *Æmari Ranconeti dispar fatum.*

1559. istius viri doctissimi exitio mimime responderunt. Cum enim grauissimis quibusdam de causis reus peractus & ob id in arcem Bastiliam coniectus esset exquisito mortis genere (quod ex iudicio astrorum & illius scientiæ, quam vna cum Hieronymo Cardano excoluerat, iam primum euenturum sibi ipsi prædixerat,) obiit. Scriptis euulgatis nō inclaruit, fertilem tamen scribendi materiā aliis p̄buit, copiosissimam siquidē librorum tam iamdudū diuersis orbis in partibus impressorum, quam manuscriptorum & summa industria annotatorū, supellectilem post sese reliquit, ex qua officina libraria, tamquam ex Equo Troiano, plurimi scriptores inlustres prodiere. Mortuus quoque sub idem tempus Ioachimus Perionius Cormæriacensis Turonus, qui postquam pro defendenda doctrina Aristotelica multis velitationibus & disputationibus Scholasticis, plurimum desudasset & multis lucubrationibus, Græcorum Scriptorum in latinum sermonem conuersorum, Reipublicæ literariæ non sine singulari laude, innotuisset in opulentissimo monasterio Cormæriacensi, patrio cui ab ineunte sua ætate dicatus & educatus fuerat, vitam cum morte commutauit: numerum horum literatorum demortuorum etiam auget Robertus Stephanus, post Aldum Manutium Romanum & Io annem Frobenium Basileensem, Typographus Parisiensis clarissimus quos ambos acri iudicio, diligentia & exquisita artis elegantia longe superauit cui ob id non solum Gallia, sed & totus Christianus orbis plus debet, quam cuique fortissimorum

Ioachimi Perionii.

Roberti Stephani.

dudum debuit, qui hoste debellato fines patrios latius vmquam propagauit. Imo maius ex vnius 1559. istius viri industria, quam ex tot præclare tam bello quam pace gestis ad Franciscum Regem decus & numquam intermoritura gloria redundauit: ast migrante ad Deum optimo Principe & literarum Mecœnate maximo ac liberalissimo indigna viro gratia pro tot multis Hebraicis, Græcis & Latinis Scriptoribus editis, à Gallis Theologis quibusdam repensa est, qui hominem Reipublicæ literariæ inuigilantem & ad quasuis conditiones æquas accipiendas paratissimum sese ostenderet, lacessationibus suis in infinitum petebant, donec ille harum pertæsus ex necessitate consilium cepit & relicta Parisiorum Lutetia Geneuam se transtulit, vbi tanta prudentia publicam priuatamque rem curauit, vt quamuis tot aduersitatibus conflictatus fuerit, nihilominus tamen ad extremum vsque vitæ spiritum negotium Reipublicæ literariæ promouerit: tamdem vero anno ætatis suæ quinquagesimo sexto Geneuæ mortalem sarcinam deposuit, non sine ingenti omnium, totius ferme orbis, literatorum luctu ac cordolio, imprimis vero Gallorum quorundam, qui virum tantæ famæ, à patria remotum & Geneuæ tamquam in exilio mortuum profusis lachrymis deplorabant: ast hanc Reipublicæ literariæ iacturam quodammodo resarciuit alter ipsius filius. Heinricus, nomine (Robertus enim

Ste-

1559. Stephanus hæreditate paterna, vel quod typographiam Lutetiæ Parisiorum exerceret & Pontificiorum & Romano-Catholicorum religioni addictus esset, vel alia quapiam de causa, exclusus fuerat,) qui impressis præstantissimis omnium facultatum auctoribus non solummodo, Rempublicam literariam mirum in modum auxit, verum etiam propriis suis viribus, (parentem in hoc imitatus qui latini sermonis copiosissimam ac eruditissimã supellectilem, dum adhuc in viuis esset, condiderat,) suum quoque à Deo commissum talentum literarium contribuit, copiosissimum enim linguæ Græcæ thesaurum, omnibus Principum thesauris præferendum, in gratiam ac emolumentum studiosæ iuuentutis, imo ad literatorum vtilitatem omnium, edidit; cuius rei vt iam infinita ac longe vtilissima opera suis sumptibus excusa iam heic nõ commemorem, immortalem certè gloriam ac perpetuam nominis sui famam apud plerosque, verè necnon sinistrè de re literaria iudicantes, consecutus est. Fatali ac ferali quoque hacce traha cuectus est Ioannes Vasæus, qui licet Brugis in Flandria natus esset, nihilominus cum in Hispania diu commoratus fuisset, Hispanorum Chronica continuata historia complexus est. Nequaquam autem mihi ipsi Germano, germanus iste noster Iacobus Milichius Medicinæ ac Philosophiæ Doctor clarissimus prætermittendus est: Is enim Friburgi in Brisgoia honestissimis parentibus natus ac in Scholis postmodum tantos in studiis suis progressus fecit vt assumpto summo, in Philosophia ac Medicina, titulo, Wittembergæ cõplures per annos, summa

Ioannis Vasæi.

Iacobi Milichii.

cum

cum vtilitatè auditorum, Medicinam & Philoso-phiam professus sit, cum itaque citato iam loco summa cum laude ac admiratione Professorum docuisset, apoplexia tactus est, quo tamdem piam deque Republica literaria optimè meritam animã Christo à quo eamdem acceperat, rursum tradidit, anno ætatis suæ quinquagesimo octauo. 1559.

Eodem hocce tempore ingens coniuratio Ferrariæ aduersus Cosmum Principem, (quæ aliquandiu latuerat,) tamdem detecta est: Pandolfus enim Puccius Roberti Puccii filius (ex qua familia tres Cardinales prodierant,) istius conspirationis dux & antesignanus, non solum propter corporis ac egregias dotes ingenii, verum etiam ob fortunarũ amplitudinem omnium oculos in se conuerterat, ac in Cosmi etiam atque vxoris eius amicitiam, insinuarat. ex qua familiaritate Principum vberes ac multiplices fructus in Puccium redundauerant, verum cum secundum tritum istud Poetæ distichon:

Coniuratio Pandolfi Puccii aduersus Cosmum detegitur.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis
Nec facile est æqua commoda mente pati.

Animus humanus nimium quandoque insolescat, superbia autem ruinam communiter antecedat, ita etiam, illata olim Puccio iniuria aduersus quotidiana ac ingentia in se rursum collata beneficia, tum temporis maximè præualebat, & perniciem quam Cosmo struere conabatur in suum ipsius caput deriuabat. Nam cum elapsis aliquot hinc ab annis, inanis ac friuolæ cuiusdam suspicionis causa in carcerẽ coniectus, ac re melius explorata, pristinæ libertati restitutus fuisset, is iniuriæ istius me-

mor

1559. sidium in aula exaudirentur, Regis Galliæ Orator Lemouicum Episcopus, grauiter hac de re apud ducem Albanum conquestus est, verum Albanus ob id vehementer commotus respondit, quod videlicet Varga tamquam homo stolidè superbus Regis Hispanorum nomine, hoc in negotio, abuteretur satis siquidem se habere compertum, Philippum nihil aliud velle, quam vt talis à Cardinalibus eligeretur Pontifex (siue is Germanus, Italus, Gallus siue Hispanus esset,) qui ea sit pietate ac prudentia præditus, vt solius Dei gloriam quæreret & afflictæ tamdem Ecclesiæ pacem rursum restitueret: Vargam Philippo è Belgio in Hispaniam proficiscenti imposuisse, cum indignus tanto munere tam splendida legatione ornatus fuisset, idēque fecisse deinceps, maiore audacia an perfidia incertum, cum astu solito peruicit ne Ioannes Figueroa à Rege Romam missus, à Papa admitteretur, qui scilicet ipse qui iam Romæ erat, eo excluso in eius locum excluderetur, ob idque à se qui tunc in Italia summum tenebat Imperium, fraudis conuictum ac in carcerem coniectum fuisse: addebat autem Albanus vlterius, quod Rex Hispaniarum decreuisset non solummodo eum debita castigatione ad pœnam trahere, verum etiam Monderaiæ Marchionis filio qui Romæ sit, serio mandasse, vt omnem suam operam ac diligētiam suam eo conuerteret, ne grauissimo huic negotio Vargas se vllo modo im misceret omnemq; illi auctoritatem derogaret & de libera Romani Pontificis electione in conclaui coram Senatu Cardinalium protestaretur: porro idem Albanus totius negotii culpam in

Car-

Cardinalem Carafam reiiciebat ideo quod is, reie- 1559.
cto Reipublicæ ac totius Ecclesiæ commodo priuatis dumtaxat suis rebus inuigilaret ac ita ista remora publicam libertatem impediret. Itaque cum sedes Romano-Apostolica post Pauli Quarti obitum menses quatuor dies septem vacasset, tamdem Angelus Medicinus suffragantibus ex quadraginta quatuor Cardinalibus; potissimum Carolo & Alphonso Carafis; Alexandro Farnesio, Guidone Ascanio Sfortia & Ludouico Guisio, in Romanum Pontificem electus est, & suo iussu, Pius quartus nuncupatus. Quamuis autem nouus hicce Pontifex initio sui Pontificatus summa clementia vteretur & populo Romano omniũ quæ in Pauli Quarti P.M. antecessoris sui, simulacrum & inquisitionis contumeliam perpetrarat, veniam impertiret hac videlicet conditione, vt illata damna in quantum posset; propriis suis sumptibus sarciret; nihilominus tamen cum solio Pontificio parumper incaluisset; pristinos mores suorum antecessorum assumendo; omnia fermè acta prædecessoris sui instituto alio ordine rescidit, edicta reuocauit, monachorum ac fratrum mẽdicantium, quos in cœnobia, vnde facultate à superioribus Pontificibus facta exierãt Paulus redire coegerat, causas iterum cognosci voluit, eorum itẽ quos hæreticæ doctrinæ nomine idem Paulus suspectos carceribus incluserat, causa per inquisitionem cognita, adhibito temperamento rursum ab iniuria vindicauit; inter quos præcipui fuere Ioannes Moronus Cardinalis & Thomas Sanfelicius Cauensis Episcopus arctissima quondã cum Regi-

 naldo

1559. *Venetorum Legati à Paulo Quarto honorificè excipiuntur.*

naldo Polo necessitudine coniuncti. Post inaugurationem pii Quarti, Venetorum Respublica, ad gratulandum nimirum nouo Pontifici, suos Legatos Hieronymum nempe Grimanum, Hieronymũ Zane & Marcum Amulium ablegauit, quos Pontifex in Regum aula (quod valde honorificum habetur) excepit, & omnes dignitate equestri condecorauit, plurimisque Venetam Rempublicam laudibus prosequens suum in amplificãda eius dignitate, omne studium est pollicitus. Summæ aũt prudentiæ pii id adscribendum non immerito, quod nimirum primis sub Pontificatus sui auspiciis Imperatoriã dignitatem à Carolo Quinto Cæsare in Ferdinandum fratrem collatam ac à Paulo Quarto antecessore suo improbatã ratam habuit, eiusq; delegatos Oratores, tamquam legitimi Imperatoris summa cum humanitate & honorificentia maxima excepit. *In Scotia.* In Scotia pactis in sequentem vsque Ianuarium induciis quietæ res aliquandiu fuere Regente eo impẽsius curante ne induciæ violarentur, q; in superiorũ temporũ promissis vulgo leuitatis argueretur: Clãdestini tamẽ tũ tẽporis spargebantur rumores id sub specie Religionis tractari, vt ita, stirpe legitima extincta, regnũ ad Iacobũ nothũ Comitẽ Morauiæ transferretur, additæ & literæ à Rege Frãcisco & Maria vxore missæ, quę idẽ p̃ferebant & à Regente Iacobo tramittebãtur: in hisce aũt litteris, facta prius acerba beneficiorum exprobratione, grauissimæ minę cõtinebãtur nisi quã primũ abiecto defectionis consilio, ad officiũ rediret, quas criminationes ille contrariis litteris diluit & extra causam religionis, quã salua cõscientia de-

serere

ſerere neutiquam poſſet, ſe ac reliquos, quibus inuidioſum rebellionis crimen impingeretur, in aliis rebus fore obſequētiſſimos teſtatur: Sub id aūt tēpus Galli Lethā rurſum appulerunt, quorū aduētu Regens priſtinos animos reſumens, de coercēdis, vt ſibi perſuaſerat, defectoribus jam certior. Inter hæc Araniæ Comes Iacobi Hamiltonij Gubernatoris filius è *Gallia* elapſus & ad conuentum Scoticorum procerū qui Sterlini habebatur, ſe contulit: Quoniā vero is cur Guiſio liberius locutus fuiſſet, inſup ēt *illo in* colloquio Religionis ac rerū Scoticarū mentionē feciſſe, ideo ad Eraldi caſtrū in Pictonib᷒, vbi Comes iſte Arania ſedē ſuā fixerat capi iuſſus & ad tenuioris ſortis hōum terrorē morti deſtinatus fuit: verum cū is ex Cardinalis Lothareni ad ſe delatis verbis (qui in Senatu Pariſino, cum in reformatæ religionis cultores vehementius inuéheretur, addiderat, omnes propediem ſpectaturos, iſtiuſmodi hominis periculum, qui dignitate primoribus par, dignas ſuā temeritatē pœnas lueret & cæteris exēplo eſſet,) imminens periculum cum extremo periculo coniunctum ſubolfeciſſet, amicorum ope & auxilio fuga ſibi conſuluit, & interuenietibus inſuper præter expectationē, domeſticis tumultibus, defectorum partibus ſe adiunxit, idemque faciendum parenti ſuo auctor & inſtigator fuerat. In illo conuentu cum fœderati Letham à Gallis muniri militeque ac commeatu firmari cernerent, accitis vndique copiis locum obſidione cingere decernunt, magnis autem difficultatibus illud implicatū erat negociū: quippe cū quicquid æneorum tormentorum in regno erat, penes

1559.

Comes Arania imminenti periculo ſe ſubtrahit.

1559. Regentem & arcis Edimburgẽsis præfectum esset, qui nondum se cum illis coniunxerat, neque eas vires habebãt, quibus oppidum, ab vna parte mari ac fluuio circumdatum, iusta ac legitima obsidione possent claudere: Dumq; in eo sunt Brossius conchyliati ordinis Eques, qui à Guisianorũ stabat partibus, ab iisdẽ cũ duobus peditũ millibus in Scotiã mittitur, cui se tãdẽ adiũxerũt Nicolaus Pelleuæus Ambianorũ Episcopus & aliquot Sorbonistæ Doctores Theologi, qui vrgente necessitate, ad disceptationẽ de cõtrouersis religionis capitib⁹ in prõptu essent: Cũ vero ij ad explicanda sua mãdata diẽ petiissent, à proceribus, Edimburgi tũ qui erãt, nõ solum, non admissi, verũ etiam tamquam bellũ minantes non autem pacem quærentes, hoc pactore-iecti sunt, quod videlicet si milite dimisso disceptatũ venissent, fore, vt audiantur & omnes intelligãt se non tam vi cõpelli, quam rationibus adduci potuisse. Cæterũ mirari sese non immerito qui factũ sit, vt Regens nullis lacessita iniuriis, à pactis conuentis tam citò desciuerit, ac expulsis veteribus Lethæ incolis nouos illis colonos substituerit, arce ad legum ac libertatis interitum cunctorum ceruicibus imposita. Eadem ferè qui Edimburgi erant post mensem ad Regentem ipsam scripserunt, hac insuper petitione subiuncta, vt munitionibus nouis destructis, peregrinos aliosq; mercenarios oppido emigrare iuberet: ad quæ à Regẽte per feciale Principem ac non per caduceatorem, tamq̃ rei negotiũ hostiliter pagendum esset, responsum est, quod videlicet præter opinionem sibi acciderit aum quempiam, præter generum ac filiam suam,

Brossius Guisiorum iussu cũ copiis & aliquot Theologis Sorbonicis in Scotiam mittitur.

...otia pro...res ad ...gentem ...ibunt.

...ponsio ...entis.

vnde

vnde omnis tamen ſua pendeat auctoritas, ſibi regni Scotici arrogare imperium caſtri Eraldi Ducem ſibi in memoriam reuocare debere quid Regi Galliæ cum verbis tum literis ſit pollicitus, promiſiſſe illum ſiquidem ſe regi non ſolummodo fore obedientiſſimum, verum etiam ſumma prouidentia, proſpecturum ne filius ſe Scotiæ rebus immiſceat, quæ autem iam gerantur parum cum promiſſis conuenire; neque vero ſe de legum ac libertatis euerſione, vt ſibi obiiceretur, cogitare, multo minus hoc pacto regnum per vim hoſtilem acquirere, cur enim, inquit porro, quæreretur illud quod iam iam filia iure hæreditario poſſideat? Se publicæ tranquillitatis cauſa facturam quicquid cum pietate erga Deum & obſeruantia in reges minimè pugnet; arma ſumpta contra eos, qui coniuratione palam facta legitimum imperium aſpernantur, ſeque inconſulta, quæ tamen ſupremi magiſtratus auctoritatem obtineat, ſtatum publicum pro ſuo arbitrio ac lubitu conuellunt, captis vrbibus & cum veteribus regni aduerſariis fœdere icto, quos etiam domi ſuæ habeant ac tueantur; interea non horrere ſe à pacis conſiliis, modo ineantur ex vtraque parte honeſtæ rationes: nec obſtare Gallos, quod illi obtendant, qui regis ſui iuſſu huc appulſi, iamdudum extra Scotiam forent, ſi per eorum molitiones licuiſſet. Quapropter poſtulare ac pro auctoritate ſui Magiſtratus quem habeat, imperare ſe, potiſſimum vero caſtri Eraldi duci ac cæteris proceribus aliiſque cuiuſcunque ordinis ciuibus, vt ab armis ſtatim diſcedant: Sin minus, de- 1555

1559. nuntiare, eos perduellionis reos teneri. Ad hæc mandata postridie X. Kal. Nouemb. factionis Principes, responso admodum audaci ac superbo dato Regenti, vt malè aduersus pietatem in Deum, Scoticæ gentis publicum commodum ac libertatem animatæ, præfecturam aut quocunque alio Imperii titulo publicam rerum administrationem, sub Regum nomine vsurpatam, eorundem regum nomine, quorum se consiliarios natos prædicant, suspendunt & inhibent, & tamen pro reuerentia, quam ei vt Scotorum Reginæ matri debent, orant vt Letha excedat, vnaque secum intra viginti quatuor horarum spacium mercenarios omnes milites, quorum sanguini ob veterem, quæ Scotis cum Francis intercedit, amicitiam libenter sint parcituri, eos item, qui Legatorum, ad res disceptandas aut gerendas, nomen sibi vendicant, oppido educat, facto decreto, legationem Regenti à genero ac filia datam inhibent, & Magistratum omninò abrogant, eamque pro imperio quicquam agere vetant, vsque ad vniuersorum ordinum conuentum proximè loco commodo indicendum: Decreto huic omnes qui aderant, subscripsere, ac biduo post fecialem, Letham mittunt, qui Scotis denunciaret, vt intra viginti quatuor horarum spacium oppido excederent, seque à publicæ libertatis euersoribus segregarent. His actis initio in fœderatorum castris cuncta valde confusa erant imprimisque eos male habebat ducis imbecillitas, quem propinqui ita

Superbia Scotorum procerum ad mandata Regentis responsio.

terre-

terrefecerant, vt eius timor multorum etiam animos ad labefactationem incitaret: à re pecuniaria potissimum laborabatur ita vt milites mercenarii, ob non soluta stipendia passim tumultuarentur: Cui malo vt occurrerent dignum æstimarunt, vt vasa singulorum argentea conflarentur, sed sublatis typis, incertum cuius fraude, id frustra fuit, ab Anglis etiam incerta ac lenta admodum spes fuit: nihilominus tamen Ioannes Cochurnius Ormisthonius clam in Angliam mittebatur, qui ab Anglis quibusdam Beruici degentibus exiguam pecuniam mutuo sumeret: Sed cum Regens de eius profectione certior reddita fuisset, per Botuelium Comitem, à quo nihil hostiliter sibi fœderati metuebant, Ormisthonium cum pecunia redeuntem, ex insidiis adoritur & vulneratum captiuum deducit, frustra Araniæ Comite cum Iacobo Stuarto, Ormisthonium liberare conantibus. Eodem die præfectus Taodunanus temerè cum mercenariis aliquot militibus Letham versus progreditur & adducta secum tormenta colli proximo imponit indubia spe fretus socios in subsidium ei breui adfuturos: ast cum Galli per exploratores certiores redditi fuissent Equitatum hostilem longè adhuc abesse, statim cum aliquot militum cohortibus eruptionē faciunt, & mercenarios istos milites in fugam cōiiciunt. Paulo post rursum fœderati egrediuntur, & Gallos, commeatū ab hoste Edimburgū importari prohibētes, reprimere conātur, acrius quā prudēti⁹ inuecti & ab vrbe Edīburgo pœnè exclusi temeritatis

1559

Ormisthonius à Regente cum pecunia ab Anglia ablata intercipitur.

Scoti à [Gal]lis ... & fug... ...ium.

1559. suæ tum pœnas luerunt: nam cum hinc paludes illinc septi voluptarij proximus murus iter angustum & sclopetariis Gallicis obnoxiũ reddidissent, pedites partim à suis, partim ab equitibus obterebantur, quapropter in hocce cõflictu multi Scotorum desiderati, & plures, absque omni dubio in eodem occubuissent, nisi comes Araniæ & Morauius eq̃s relictis & æquato cũ cęteris piculo suis in tẽpo readfuissent: hac suorũ clade tãta trepidatio inter Scotos suborta est, vt ex consultatione & decreto procerũ, secũda vigilia, nulla habita decoris ratione & fugiẽtibus per q̃ similes Edimburgũ relinquerẽt & Sterlinũ sese cõferrent. Quoniã aũt sese viribus Gallorũ multo inferiores sentirẽt Guilielmum Mætellanũ in Angliã mittũt, qui potissimum ea de causa à regina Angliæ auxilia peteret, quod periculum Scotorum ad Anglos quoq; eiusdem Insulę ciues pertineret, dubium enim non esse, contẽdebant, si Galli in Scotia, operibus ac præsidiariis loca opportuna muniant, quia facilior via pandatur ad Anglorum vires perfringendas, tamdem post longam habitam deliberationem auxilia Scotis decernũtur: fœderati intęrea in duas partes diuisi abeunt, vna pars siquidem Gluscuam petit, altera Fifam missa est. Cum autem Galli, impetratorum ab Angliæ regina auxiliorum certiores facti fuissent, priusquã aduenirent anteuertendũ periculũ existimabant: ideirco in eos qui Fifam insẽderãt, primo impetũ faciendũ cẽsent, atq; hoc in itinere Limnuchũ & Hamiltoniorum possessiones vastãt, postea Sterlinũ profecti, in eoq; minimũ commorati põtem transeunt & secundum flumẽ ducto exercitu

à Regina Angliæ auxilia petunt & impetrant.

littus

littus illud vicis & oppidis frequens legunt & direptis quæcunque occurrebant, postremo Kingorniam veniunt, cum Scoti ex aduerso Desertum, (id nomen est oppidulo) cum paucis insedissent, ibi viginti dierum spatio leuib. præliis dimicatum fuit præcipue autem in domos, ob sociorum pertinaciam, imprimis autem inter alias in ædes Guilielmi Kircadij vehementius sæuitum fuit, qui vt vindictam sumeret animaduerso, Bastium Allobrogē cum sua centuria ad prædas faciendas egressum esse, tam diu in insidiis latuit dum supra mille passus Galli à præsidio suo abessent, tū misso equite se medium interponit & Gallos à suis excludit qui proximam ingressi vallem maceria ac sepibus se tueri ac circumuallare conantur, tandem numero impares vincuntur, quinquaginta ex iis interficiuntur, ceteri vero Taodunum mittuntur, cum prius eruptione facta pauco suorum numero euasisset. Interea ex omni fœderatorum numero qui ad scribendum fœdus cum Anglis, Beruicum proficiscerentur (ictum autem fœdus istud vicesimo septimo die anni subsequentis) cuius potissimum hæ leges fuere; vt nimirum aduersus peregrinos si qui belli faciendi causa in Insulam descenderent sibi inuicem auxilia suppeditarent, Scotis videlicet in Anglia, Anglis vero in Scotia militantibus: Elisabetha, quod Scoti egestati datum, stipendia solueret: præda vicissim omnis Anglis cederet: oppida & arces, quamprimum antiquis suis dominis restituerentur: Scoti obsides darent, qui constante Francisci cum Maria Scotorum regina matrimonio, atque eo soluto, in Anglia manerent: nec 1559.

“Pacti fœderis inter Anglos & Scotos Reginæ Angliæ scripti Apologeticum ”

1559 » multo post Elisabetha, vt susceptæ Scotorum de-
» fensionis causas ac rationes redderet, & violati nu-
» per icti cum Gallis fœderis, inuidiam amoliretur.
» Scriptum itaq; istud sequenti anno vt quidam per-
» hibent, Londini publicat & per Galliam dissemi-
» nandum curat, quo se, quamuis grauissimis iniuriis
» adfectam, titulis & insignibus suis à Maria Scotiæ
» Regina vsurpatis, nunquam tamen sibi in animum
» inducere potuisse, testabatur, vt hæc Regis Galliæ
» & vxoris eius, qui ambo iuuenes sint & per ętatem,
» vt apparet, harum rerum ignari, neque regij san-
» guinis principum aut regni ordinum consensu ac
» consilio fieri crederet, sed potissimum Guisiano-
» rum hominum ambitiosorum artibus ac machi-
» nis, qui compendium summ ducant regnorum tur-
» bas & nouandi studio bella ex bellis serentes, quod
» se tranquillis rebus diutius illegitima potentia quę
» ad amplificandam familiam, abutuntur, frui posse
» desperent: nam quorsum titulos ac insignia An-
» gliæ, nisi, in suã perniciẽ assumi? aut cur specie reli-
» gionis arma in Scotia parari, nisi vt distractis Gallię
» viribus, quorsum res interim inclinarent, omen ca-
» ptarent, si qua occupandi Britanniã occasio dare-
» tur? Itaq; cum iisdẽ sæpius egisse, vt nomina illa ac
» titulos delerent, neq; paterẽtur ex tam iniqua cau
» sa rursum odiorum semina, iam prope extincta, de
» nuo succrescere: operam item darent vt tumultus,
» prætextu religionis in Scotia exorti, quos ob vici-
» niam ac causæ coniunctionẽ negligere non possit,
» amice componerẽtur. Id autẽ commode fieri posse
» si milites Galli in se deducerentur, quo facto & ipsa
» suos reuocatura sit: atq; vt oẽs intelligant quanto-

pere

pere tranquillitatis publicæ & otij, cum inter suos, " 1551
tũ inter vicinos populos studiosa sit, recipere se ef- "
fecturam legatorum suorũ interuentu, vt tumultus "
sedentur & debita Reginæ suæ obedientia à Scotis "
præstetur: verum hęc hactenus frustra fuisse, quod "
sibi admodũ doleat; nihilominus pacta nuper cum "
Gallis inita rata ac firma cupere, idq; velle cunctis "
notũ esse: ac propterea suis imperare vt amicitiam "
ac cõmercium, vti antea religiose ac libere colant, "
de Gallis honorifice loquantur, nihilq; cõmittant "
quo pacis leges violasse merito dici possint: optare "
vicissim vt Guisiani regis & Gallorum opibus abu- "
tentes iniuriam à vicinis abstineant, neque se per "
Scotorũ latus petant, quod si nihilominus perse- "
uerent non posse se ab officio deesse & salutẽ ami- "
corum ac suã in præsenti discrimine ac tam neces- "
sario tempore deserere: ac futurũ sperare vt iusta à "
se arma sumpta Deus iustę causę vindex prosperet, "
seq; ac suos aduersus iniquas hostiũ vires ope præ- "
senti tueatur: Eo ipso scripto cũ se magna inuidia "
onerari Guisiani cernerẽt, per Michaelẽ Seureum "
equitẽ Melitensem Regis Gallorũ in Anglia Ora- "
torẽ agunt, vt Elisabetha copias in Scotiã missas re- "
uocet neq; hoẽs natura praeferoces auxiliis suis cõ- "
tumaciores & erga legitimũ Regis ac Reginæ im- "
periũ inobedientiores reddat. Verum cum Regina "
Angliæ à sua sententia dimoueri haud posset Seu-
re9 iste, Eques Melitẽsis regis Gallorũ erga Anglos
officia multis verbis prędicauit & non aliã regis sui
mentẽ esse dixit q̃ vt pax ab Heinrico parente facta
inuiolabiliter seruet: copias vero potissimũ hũc in
finẽ misisse in Scotiã vt rebelles ad officiũ cogeret:

ast

1559. aſt cum hoc negotium vltro citroq́; verbis geritur Galli Deſerto ac Vemio vaſtatis Cuprum petunt, cumque paulum iuxta littus ad promontoriũ progreſſi fuiſſent, conſpecta claſſe Anglica conſilium mutant: & ſublatis ſignis aliqui Kingornium, alij Fermelinodunum etiam præ nimia feſtinatione impranſi retrocedunt. Iamq́; ſiue ex tædio ac moleſtia præſentis ſtatus ſiue inueterato Guiſianorum odio, multi pacem ac libertatem bello ac ſeruituti præferentes, plerique etiam proteſtantium cauſas defendentes minus regiis partibus fauebant: Interim Sebaſtianus Lucemburgus Martygius inluſtris ac probatæ virtutis adoleſcens, mille pedites cum aliquot equitibus è Gallia adduxit, exſcenſione autem facta & nauibus negligentius cuſtoditis naues à Scotis noctu captæ & abductæ ſunt: Huic paulo poſt Renatus Ellebouius Regentis frater cum octo nauibus, pecuniam ac alia ad bellum neceſſaria ferentibus, ſucceſſit, ſed aduerſa tempeſtate ad locum vnde ſoluerat rurſum iactatus eſt: Angli iccirco cum noua claſſe aucti eſſent, firmiores inde redditi toto mari libere volitantes Ketham inſulam obſeſſam tenebant & Letham omni commeatu maritimo prohibebant; ex aduerſa autem parte Galli Perthum proficiſcuntur, cum Huntileo colloquuntur, vniuerſam ferme plagam ſeptentrionalem in ſuas partes pertrahunt, cumque vniuerſo exercitu, Anglis occurrunt: Eodem die Regens ab extremis conſiliis ſemper aliena fuerat in arcem Edimburgenſem paucis comitata domeſticis conceſſit, ea in re vſa conſilio Heinrici Clutinij Oiſelij, qui ad æquitatem potius, quam libidinem ac ſtu-

Regens in arcē Edimburgenſem concedit.

ſtum Guiſianorum conſiliorum ſuorum ſcopum dirigebat: arcem tenebat Ioannes Aruskinus qui ex publici conſilij decreto eam hac conditione cuſtodiendam acceperat vt nemini, niſi eiuſdem conſil j iuſſu ac mandato, illam traderet; quamuis vero Areskinus maxime præcaueret ne per vim vel vllum alium dum arx iſta ſibi eriperetur nihilominus tamen tum temporis Regentē intromiſit, ſumma hac in re vſus prudentia, vt & officio non deeſſet & tamen arcē in poteſtate ſua retineret. Quod poſtquam fœderati percepiſſent admodum moderatam orationem ad eam Dalketo ſcribunt, in qua ſupplices eamdem rogant; vt Gallos metum ſeruitutis intentantes, regno emigrare iubeat & deſperatæ plebis animos concepta formidine liberet, proteſtantes vlterius, quamuis grauiſſima etiam patiantur, nullo tamen periculo coactum ſeſe iri, vt ab obſequio Regis aut Reginæ retrahantur. Biduo poſt Galli Letha egreſſi vt vicinum collem, in quo hoſtem caſtra ſua metaturum arbitrabantur, occuparent, ſed poſt longum tandem conflictum numero victi ac in oppidum rurſum compulſi ſunt. Interea ſæpe colloquia, ſed incaſſum, inſtituebantur, donec Valentiæ Epiſcopus in caſtra Anglorum & ex iiſdem in arcem Edimburgenſem ad Regentem venit, cumque ea per biduum ferme collocutus eſt, irrito tamen ſucceſſu rurſum ad fœderatos ſe recepit. 1559.

Eodem tempore in obſidione vrbis Lethæ nihil memoratu dignum geſtum fuit niſi quod Angli caſtris trans fluuium metatis, tormenta ſua propius ad vrbem admouerunt vt inde certiores ac validio- *Angli in obſidione Letha fruſtra in murum impetum faciūt*

559. *inde re ss omnes mo amo- rinas e accen- st.*

res ictus dirigendi & cominus cũ Gallis confligendi facultatẽ haberent; tum temporis forte fortuna ignis in vrbe accẽsus fuit, quod cum Angli cognouissent, crebra tormentorum displosione Gallos, quo minus incendium restinguerent, prohibent & impetum in murum facere conantur: quod cum ex voto nõ successisset, omnes fermè molatrinas circa oppidum iacentes igne accendunt, quę breui temporis spacio singulæ funditus combustæ sunt. Non multo post Angli admotis scalis impetũ maiorem faciunt, sed fortiter ac strenue Gallis rẽ gerentibus, denuo repelluntur & ducenti circiter cęduntur: q vt Gallis animum fecit, ita absq; omni dubio fœderatorũ conatus infregit, quamuis Norfolcius è sua prouincia promissis auxiliis ad continuandam obsidionẽ Anglos instigaret, nec postmodum fidem fefellit, siquidem duo peditum millia mox illis auxilio misit; Circa idem tẽpus Guilielmus Cæcilius cuius grauissimis consiliis tota Anglia quasi fulciebat & Nicolaus Vottonus Elisabethæ Reginæ Angliæ iussu, de pace acturi, in Scotiã appulerũt, quorum aduentu impetus vtrimq; relanguescere ceperunt cum Galli, præcisa omni spe auxilij, cõmeatibusq; in dies arctiorib. ac non diu suffecturis in extremã prope rerum suarum desperationẽ prope incidissent & Angli diuturna & incõmoda obsessione fracti, nõ minus q̃ Galli omnium rerum inopes belli finem expeterẽt, Scoti deniq; quoniã sine stipendiis militabãt ideoq; in castris detineri difficilius poterant, cum suo damno bellum geri viderẽt, concordię mentionem pronis auribus vniuersi accepere. Angli itaque cum Carolo Rupifulcaudio

Randano & Episcopo Valentino egerunt. (Rex.n. & Maria Regina è dignitate sua minime esse existimabant cum ciuibus suis æquã in disceptationem descendere) cumq; res iam transacta videretur mors Regẽtis (quæ postmodum in 4. Eid. Iunias incidit) tædio ac mærore confectæ prope pacem cõturbauit, extincta siquidem illa fœderati turbidiora consilia sumptum iri metuebant; erat enim, Regens excellẽtis ingeniosissimiq; animi ac virtutis fœmina, gẽtesq; ferocissimas ac extremos Insularum accolas virtute & cõsilio suo ad officium perduxerat. 1559.

Quamuis vero illa sublata rerum mutationes subinde metuerent: attamen diligẽtia legatorum Gallorum & Anglorum, honestum ab armis damnosis discedendi occasionem quærentium, solertia effectum est, vt tandem his conditionib. pax vtrimq; promulgata sit: Et primo quidem vt Galli intra vicesimum diem, salvis impedimentis omnib. enauigarent: naues vero ad id, quoniã Gallicæ ad tantam multitudinẽ transportandã non sufficierent Regina Angliç commodaret. 2. Lethç muri ac Dumbari munitiones diruerentur, quib. peractis Maria Scotorũ Regina, cõsensu mariti, omniũ rerum in Scotia gestarum ac patratarum obliuionem ad certum tempus sanciret, ac deniq; vt ista obliuionis sanctio in proximo ordinum Conuentu, Regis ac Mariæ auctoritate approbato, confirmaretur. *Pax inter Gallos & fœderatos quibus cõditionibus firmata sit.*

A Solimanno (vt rerum Turcicarum huc quoq; aliq. mentionẽ faciamus) nihil Edictu ac cõmemoratione historica dignũ iam à multo tẽpore perpetratũ fuit, atq; adeo ex quo nefadis Roxolanæ vitiosis artib. & perniciosissimo Rustam cõsilio deceptus, *Res Turcicæ.*

1559. Mustatam è medio sustulit; in causa fuit exortū inter filios dissidium, quod quidem ab initio clandestino admodum more tegebatur; postmodum vero manifestissimas ob inimicitias, acerrimū in bellum erumpebat, quo durante, Christianus terrarum orbis à tam perniciosissimo ac formidabilissimo inimico Turcico secure admodū quieuit: Sed historiam à principio repetendam operæ pretium me facturum existimo. Sublato itaque Mustata ac Zeangire mortuo (Mahometes enim postquam vxorem duxisset iam pridem in viuis esse desierat) cum duo dumtaxat ex cōiuge Roxolana procreati filij superessent, Selimus natu maior iussu ac volūtate patris ad Imperij administrationē eligebatur; Baiazethes studio ac pietate matris vltro ipsum, si suo arbitrio res penderetur, fratri prælaturæ & in Imperio collocaturæ sustentabatur: Et erant quidem in eo multa quæ illum non tantum matri, verum etiam omnibus amabilem reddebant, vtpote oris iucunda comitas, mores ad obsequium compositi atque tandem animus, qui quemadmodum tum temporis viuebatur, ad quietem & otium litterarum plane erat compositus: referebat præterea imaginem, parenti prorsus similimam, quæ omnino contraria in fratre Selimo conspiciebatur, itaque etiam ob deformitatem hancce corporis & alia quædam innata vitia cunctis erat fastidio & in omnium ferme odium incurrebat: adhæc in salutando nequaquam comis, nec vllis beneficiis demerendis hominibus natus erat, palam siquidem profitebatur, nolle se ad captandam popularem gratiam, parentis animam offendere, & in suspicio-

nem

nem sui pertrahere: huius qui parenti vnice charus, ceteris vero admodum inuisus erat, comparatione Baiazethes per se cunctis acceptus fuit: oēs siquidem, vel propter ineuitabilis exitij commiserationem, quod illi misero à fratre imminebat, vel ob indolem & propensam de omnib. benemerendi voluntatem, ei impēse admodum fauebant. Baiazethes igitur, qui ad tempus à gubernaculis Reipublicæ (vt Mustafæ mortis inuidiam sua absentia leniret) remotus fuerat, totus in id incumbebat, vt tota rerum summa potiretur; dumq; circumspicit quo pacto certam perniciem commutare posset, multo honestius existimat, si de imperio contendens fortiter caderet, quam fratris iussu, manu carnificis inglorius iugularetur. Hæc cogitanti nō incommoda occasio se in negotij huius frontispicio obtulit. Mustafa enim apud plerosq; magnum admodum sui desiderium excitauerat, ita vt illo sublato, multos etiam vitæ suæ propriæ tæderet: nonnulli facinus vlcisci cogitabant: plures conscientia attonitos habebat, qui quod rebus eius studuissent, vt periculum declinarent, rerum nouarū causas quærebant, dux attamen tandem desiderabatur: Mustafa enim non rursum in vitam reuocari, viuus tamen fingi poterat, præsertim constanti adhuc memoria ac exemplo alterius Mustafæ, qui ob id, in Annalibus Turcicis. *Dusmes*, id est, suppositi- tius appellatus, Anno à partu virgineo supra Millesimum, quadringentesimo vicesimo tertio, post Mahumetis primi mortem, se Baiazetis Gilderunis filium (qui tamen iam ante in prælio Temuriano occubuerat) dictitans, magnos motus in imperio

1559.

Mustafa quidā suppositius magnorum motuum in regno Turcico, author.

1559. Turcico excitauit & de regni successione dubio belli euentu, Amurathi huius nominis secundo cōtrouersiam fecit. Itaq; per Baiazetis emissarios homo vili quodam ac despecto loco, sed ad quamuis proiectam audaciam natus, suscitatur, qui ob staturæ proceritatem, vultus denique ac reliquorum delineamentorum corporis conformitatem, haud longe à Mustafa dissimilem, se Mustafam profitebatur, & ad Istri fauces, supra Byzantium, se ostendere incipiebat: Cumq; à paucis, quos sibi adiunxerat, comitibus, quis nimirum esset, percunctaretur, Mustafam se esse ab initio (voce quidem adhuc trepida) respondit, qui patris iram fugiens astu se manibus eiusdem subtraxerit: huic mendacio vt fidem faceret, vlterius narrabat, se à patre accersitum non ausum fuisse, in eius conspectum venire, qua de causa ex amicorum consilio, quendam sui similem ingentibus promissis onerasse & pro se ad parentem misisse, cuius periculo, de patris erga se adfectu, certior fieri posset, sed hunc, antequam ad Solimanni conspectum admissus esset, strangulatum & ante tentorium proiectum fuisse, ac ita propter oris lineamenta cum vero Mustafa conformia, multos fefellisse qui Mustafam eo ipso tempore vere interfectum fuisse credidissent: Cuius se periculo admonitum absque vlla cunctatione, fugę se commisisse, & facto supra Pontum per populos Bosphoranos itinere, huc usque saluum ac incolumem peruenisse: hæc tum in occulto credulæ plebeculæ persuadebat, mox vero vt ab iis populis pronis id auribus accipi cognosceret, palam concionabundi loco edisserebat, factum exagge-

rando

randoinuidiam in nouercam ac generum eius Ruſtanum deriuabat, qui ſtolidi ſenis animum, philtris excantatum, ad libi linem circumagerent: tum fidem, opem & auxilium hominum, aduerſus vim iniuſtam implorabat, ſpeſque ſuas magnifice iactitat iuſtæ nimirum ſuę cauſæ animos neque amicos minime defuturos, quorum ope ex hoc ſqualore emergat & condignas de inimicis ſuis pœnas repoſcat, à ſuis quoque partibus prætorianos (præcipuum Imperij Turcici fulcrum) ſtare magnamque partem ex familia paterna: permultos inſuper, falſo ſe mortuum opinantes ac lugentes, magno concurſu ad ferendum ſibi adhuc in viuis auxilium, aduolaturos, quæ res tanto gerebatur artificio vt multi ob iucundam Muſtafæ memoriam facile decepti, fidem mendacio haberent, ac hiſce allecti blanditiis non ſolummodo Muſtafæ fictitio in occulto fauerent, verum etiam palam nomen militiæ darent, quo facto breui magni motus iſtis in regionibus exorti ſunt, numeroſiſſimæ enim copiæ vndique collectæ, iam tamquam ad ſigna iuſtiſſimi exercitus, infinitis ex locis properabant. 1559.

Solimannus autem cognito Pſeudo-Muſtafæ numeroſiſſimo exercitu, ſtatim prouinciarũ prętoribus imperat, vt malo graſſanti in tempore eant obuiam, & antequam latius ſe diffundat, cõiunctis vtrimq; viribus, totum opprimant: hiſce mandatis acceptis, prætores vites ſuas abſque vlla mora fortiter coniungunt & terrore ac denuntiatione periculi copias hoſtiles prohibent, quæ autem iam conuenerant, diſſipant ac in fugam vertunt: fu-

Solimannus prætorib. prouincialib. ad opprimendum Muſtafa fictitium dat negotium.

1559. perueniente autem mox Pertao vno ex purpuratis (cuius perspectæ fidei ac virtuti Solimannus plurimum tribuebat) hosti vlterius obuiam procedunt: terrore autem Pseudo-Mustafæ milite percusso, prima vice pauci, mox autem oēs, facta quasi agmine, promissorum suorum haud memores duce post sese relicto diffugiunt & pedibus salutē sibi quæritant. Itaq; personatus iste Mustafas, dum postremus de fuga cogitat, cum præcipuis adhuc aliquot fraudis architectis ac doli istius consciis in vincula conīicitur ac vna cum iisdem Byzantium captiuus deducitur: vbi exquisitissimæ torturæ subiectus omnem occultorum Baiazetis consiliorum seriem Solimanno ad amussim detegit ac ob id vna cū asseclis noctu in mari clam submersus est, quapropter Baiazeti filio, qui animum ad tantum facinus applicuerat, parens grauissime succensuit: quod cum vxorē fœminam per sese sagacissimam minime latuisset, iniecta rei apud maritum mentione, adulescentiæ imprudentiam excusauit, collectisque maiorum exemplis, primo delicto ignosci petiit, cuius veniam, à Solimanno precibus, lachrymis ac molliciis remollito ac, plus, iusto, vxori obnoxio, impetrauit, hac tamen lege ac conditione vt coram Baiazetes compareret & suis iussis esset obsequens: hac opportuna arrepta occasione, mater suo officio minime deest, sed litteris filium quamprimum impetratę delictorum à parente veniæ certionem reddit, adnexa sedula adhortatione, vt accersitus qua posset summa festinatione accederet, nihil siquidem sibi esse expectandum periculi, & patrem, sua intercessione precibus ac la-

Mustafas personatus capitur.

chrymis

chrymis commotum omnem offensionẽ clementissime ei condonasse. Baiazetes itaq; dilectissimæ matris fiducia (quam cui plurimum tribuebat) fretus ad locum haud procul ab vrbe situm ac colloquio destinatum festinat, cumque ex equo descendisset, à parentis famulis gladium & pugionem deponere iubetur, quod quamuis in aliis vsitatum esset, nihilominus tamen in filio male sibi conscio timorem non mediocriter auxit, ast matris ex fenestella linteo obducta, quæ Baiazeti transeunda erat, voce rursum confirmatus, omnem prorsus timorem ex animo reiicit & in genua procumbens patri se sistit, qui, postquam penes se illum considere iussisset, crimen perpetratum ipsi multis verbis exaggerat, & quamuis per dissensiones domesticas Othomanorum familiam in extremum periculum adduxisset, nihilominus tamen se ei parcere statuisse declarat; Postea multa de Dei prouidentia prolocutus, Baiazetem monet, vt postmodum rerũ futurarum curã Deo permitteret, cuius nutu ac arbitrio regna ac Imperia stabilirentur ac simul transferrentur: Si enim, addebat Solimannus alterius, fato ita visum fuerit, vt ipse, post mortẽ suam, regno potiatur, spondet, id ratum fore, neq; in potestate cuiusq; esse, ineuitabilem fatorum ordinem turbare; sin autem Deo aliter visum esset, insani prorsus ac dementis esse hominis, contra diuinam voluntatem obniti: Proinde tumultuari desineret neu fratrem quietum ac pacificum incesseret, neq; senectuti paternæ post hac molest⁹, canos suos ante diem veluti ad tumulum deduceret; ad hæc Baiazetes pauca pro tempore respõdet, magisq; cul-

1559.

Baiazetes à parente in gratiam recipitur.

1559. pam ac noxam deprecatur quam se excusaret, promittitque se imposterum in parentis obsequio, quemadmodum filium pium deceat, sedulo permansurum: qua filij promissione parens iam vultu sereniore conspectus, vni ex adstantibus famulis pateram adferri imperat, quam filio ad bibendum porrexit: Baiazetes autem supremum illud poculum esse suspicatus paululum tantum ex eo hausit, sed cum pater ex eodē poculo bibisset filiū ab inani mortis metu liberauit; ita præter omnem spem ac existimationem Baiazetes honorifice à patre acceptus, in gratiam receptus & tandem ad præfecturam suam rursum remissus est.

...re nisso- ...n ...nor gra ...res cum f...atre si- ...multates ...xercet.

Sed ad externam tantum speciem, Solimanni filius Baiazetes pius fuit, & ore non corde obsequium & concordiam cum fratre imposterum seruandam infelici seni parenti promiserat. Paucorum enim annorum interuallo nouam tempestatem, qua extremum sibi accersiuit exitium, excitauit. Tunc enim quasi nulla spe reliqua omnibusq; pietatis ac concordiæ vinculis solutis, simultates multo, quam vnquam antehac, acerbius, exercere cœpit: iam enim illi vim apertã intentabat, mox vitæ eius clandestinas insidias struebat, & demum nihil non prætermittebat quod ad fratris extremũ exitium pertinere arbitrabatur: res insuper nouas, per emissarios homines sibi addictos, in vrbe moliebatur: quibus de rebus à Selimo æmulo pater diligenter monebatur curam haberet suæ ætatis, nam errare eum, nisi istas Baiazetis nefariorum consiliorũ prolusiones in caput suum versuras intelligeret; non minus itidem incolumitatem patris

ipsius quam fratris, indomitæ cupiditati illius obesse, paterno se periculo non suo (quod per se quidem facile vitare posset) moueri. His & similibus Selimi epistolis monitoriis Solimannus accensus ad Baiazetem dat litteras, in quibus officij sui illum partim adhortatur, partim vero memorem esse iubet non semper locum veniæ fore, fratrem itaq; iniuriis lacessere sibique molestiam struere imposterum desinat, cui breue tempus vitę adhuc supersit, quo exacto Deo fore curæ quæ amborũ sit fortuna, quæ quamuis surdis aurib. canerentur, nihilominus tamen ad paterna iussa Baiazethes haud inconcinne respondebat, sed facta, vti prius, dictis minime conueniebant. Itaq; cum nihil de cõsilio remittere Baiazetẽ videret Senex prudentissimus, aliam rationis viam ingredi maluit & fratres corporibus, quoniã animis conuenire non possent, seiungere voluit: Selimũ itaq; Iconium, Baiazethem Amasiã migrare iubet: Et quamuis nihil fecerat Selimus, propter q; apud parentẽ in suspicionem incurrere posset, ne tamen causa maturaret Baiazeti descendendi, ad extrema, si sol[9] præfectura moueretur ex æquo, parẽs ęquissimus, filios habitos videri voluit. Selimus qui hęc in gratiã suã facta sciret, parẽti illico obedientiã præstitit: econtra aũt Baiazetes qui opportuniorẽ ad res moliendas præfecturã vrbiq; viciniorem mallet, tergiuersabatur, petẽs, vt bona ipsius gratia, in iis saltem regionib. hibernare aut in eam, ex qua Selimus descẽdebat prouinciã transire liceret, dum vero cunctatur, Selimus circuitu facto Prusiadẽ vrbẽ tendẽs ei à tergo apparuit: q; criminari conatus apud Patrẽ Baiazetes, tanquã id vitæ 1559.

1559. patris ac suæ insidiandi consilio actum esset, frustra fuit, quippe cum Patre conscio id Selimus fecisset: ad supplices iccirco preces rursum reuoluitur, vt omen infelicis prouinciæ vitaret & sibi de præfectura, ex qua frater migraret, aut quacumque alia parens gratificari dignaretur. Cumq; in sententia perstaret Solimannus & de præfectura mutari non posse responderet, Baiazetes nectendo moras, Patris voluntatem ac consilium eludebat, non autem in milite legendo & armando, pecunia cogenda & apparatibus faciendis qui ad sui defensionem & fratris oppugnationem pertinerent, tempus sibi perire patiebatur: quæ quamuis infelix pater minime ignoraret, tamen cum sciret omniũ gentium oculos in hoc filiorum suorum dissidiũ conuersos esse, leniter sibi hoc in negotio agendum existimabat, vt, si fieri posset, citra sanguinem minimo cum strepitu turbæ istæ cōponerentur: eo consilio missi Mehemetus ad Selimũ, Pertaus ad Baiazetē præcipui ex Purpuratis, cum mādatis vt statim eorum vterq; in prouinciam sibi attributam concederet, iisq; negotium datum ne à fratrum latere prius digrederentur, antequam illi prouincias suas attigissent, ac Pertao imprimis, vt interea consilia omnia & actiones Baiazetis obseruaret. Mehemeti aduentu lætus. Selimus morem patri nō admodũ grauatè gessit: Contra Baiazetes, qui alienũ à rerum suarum rationibus duceret, affixum habere vnum ex fidis patris ministris, simulata in Amasianam prouinciam profectione Pertaum frustra renitentem dimittit, præfatus velle se patrono eo apud parentem vti, cui & referre iubetur, semper præcipuam

sibi

ſibi futuram mandatorum eius auctoritatem, ſi per fratrem liceat, cuius iniurias & non incultas inſidias tolerare amplius vix poſſet. Ex hoc reſponſo cum Solimanno de Baiazetis mente ſatis conſtaret, ille confeſtim Græciæ prætorem, quamuis podagra laborantem cum Equitatu ad Selimum feſtinare & ei ſubſidio eſſe iubet, moxq; reuerſum Mehemetum cum fidiſſimis aliquot prætorianis in Aſiam tranſire, eadem de cauſa, imperat, quos & ipſe ſubſequi ſtatuiſſe videri volebat: reclamantibus autem prætorianis inuiti ad arma conueniebant, ac fraterna arma, vt ſceleris ac piaculi plena abominabantur, bellum hoc minimè neceſſarium dictitantes, quo proinde ſuperſederi poſſit, nam in quem ferrum ſtringerent? Baiazetem & ipſum imperij hæredem, cuius conatus neceſſitate defenderetur. Hæc non occulta murmura cum ad aures Solimanni perlata fuiſſent, ſummum ſacrorũ Antiſtitem, quem populari lingua Mophtim vocant, conſulit, quo nimirum numero habẽdus ſit is, qui ſe adhuc viuo ac ſuperſtite, pecunias & militem cogeret, oppida expugnaret, imperii quietem turbaret, item quid de illis caſtra Baiazetis ſequentibus & talia molienti auxilium ferentibus, &c. ſtatuendum ſit? Ad quæ Mophtis reſpondit, illum ipſum hominem & qui eidem fauent & auxilio ſunt quouis ſupplicio dignos, qui autem contra eum arma ferre recuſant, tamquam religionis deſertores pro inteſtabilibus habendos eſſe, quod religioſum reſponſum poſtmodum Solimannus ad Baiazetem filium perferendum curauit. Sub id tempus Baiazetes vnum ex cubiculariis cepit, poſteaq; in vrbẽ

1559.

Solimãnus aduerſus Baiazetẽ filium, cõſilium ſacrorũ Antiſtitis petit.

1559. dimisit Patri renunciandum, cūcta sibi cum eo pietatis constare officia: cumque nulla arma contra ipsum mouerit, non recusare, quin ei in omnibus dicto audiens sit: cum fratre sibi de vita ac dignitate esse certamen, cuius ferro aut sibi necessario cadendum sit, aut illi suo, huicque dissidio finem imponere nunc secum decreuisse, proinde orare eum ne se huic suo certamini interponeret, sed eiusdem arbitriū Deo soli cōmitteret: Paulò post Baiazetes Axuaz oppidum cui Selimus alter frater, prætorio titulo præerat, à Baiazete capitur ac fœdum in modum, exacta prius inde ingenti pecunia, diripitur, quocirca Solimannus Selimum Iconium quamprimum occupare & fratris consilia celeritate sua anteuertere castrisque ante mœnia positis parentis auxilia manere iubet: at Baiazetes non ignarus quantam molem humeris suis imposuisset, ad eas, quas iam habebat copias, subinde nouas hinc inde collectas vires adiungebat, magnumque præsidium in Gordiæo præcipuè milite, (quem Chiurlum vulgo nuncupant,) ponebat: qui eodem die quo in castra venit, equestris pugnæ simulacrum editum est, tanta verisimilitudine, vt ab vtraque parte multi caderent, plures vero vulnerarentur: castra tum temporis Baiazetes, porrectis in cāpis, ad Ancyram vrbem ad omnes cōmoditates opportunissimam metatus fuerat & pellices ac liberos suos in arcē intromiserat, vbi eū conuenere qui potissimum matris ac sororis, (quæ antehac Rustano nupserat,) beneficio eminebant: Mustafæ deniq; & Achomatis clientes, viri fortitudine & armorum peritia inlustrissimi, multos sibi egregia oris præ-

Axuaz oppidum à Baiazete fœde diripitur.

sentia

sentiã, vultus comitate, liberalitate, opinione virtutis ac morum suauitate conciliauerat, qui cõmiseratione indignę fortunę mouebantur & indignabantur, cur nimirũ Pater hãc suam adhuc spirantẽ imaginẽ abdicaret, & ventricosum istũ, inertem nihilq; Paternæ indolis referentẽ, (Selimum indigetantes:) ei anteponeret: nullã enim in armis culpã esse, quę necessitate impellente sumãtur: idẽ fecisse Selimum horũ auum, quẽ non solum contra fratrẽ se armare, sed ẽt Patris fatũ accelerare, vis necessitatis coegerit: Solimannũ ab eo acceptũ regnũ nũc legitimo modo possidere, sed lõgè diuersam illi⁹ ac Baiazetis causam esse, quippe q̃ Patrẽ minimè oppugnet, quẽ vt diu supersit optet, minimè fratri ipsi nociturus si p̃ eum quieto ac securo esse liceat. His copiis ita animatis subnixus Baiazetes recta ad fratrẽ ducit, paternis opibus, peritis armorũ ducibus, machinarum æneanarum ingenti numero ac omni re ad bellum necessaria instructum, cum quo tamẽ non dubitauit prælij aleam subire, adhortatus ante suos, vt pugnam fortiter capesserent nec inimicorum numero terrerentur: quos enim viderent paternos milites illinc corporibus stare, animis secũ facere & vt serio pugnent, eorũ felicitati Selimũ obstare hominẽ socordẽ & omnibus inuisum, quiq; tãtum ipsorum sitiat sanguinẽ: signis mox illatis acriter vtrimq; certatur, vbi Baiazetes ipse diu inter primos versatus & à suis cõspectus, nullũ non strenui ducis ac fortissimi militis munus ac officium obiuit: tamdẽ tamen machinarum opportunis locis dispositarum fulmine, dissipatis suis & à maiore numero obrutis, postquam magna pertinacia & 1559.

Baiazetes fortissimè dimicans cum suis fugam vertitur.

incer-

1559. incerto euentu victoriæ pugnatum esset multique ex hostibus cecidissent, receptui signum dare cogitur: Sed sensim se recepit, victoria fratri relicta, cæterum insigni virtutis laude etiam ab hostibus reportata, palam dictitantibus meruisse eũ vt vinceret: & quidem Selimus loco potitus, minimè se mouit, abeuntium terga dumtaxat spectare contẽtus. Solimannus postquam de prospero euentu prælij Selimi certior factus esset, statim vrbe exiit mareque transmisit, haud longè à littore discedẽs, vt solummodo à longinquo Selimi rebus succurreret, quem imperij hæredem destinauerat semper fidum & obsequentem expertus, cum contra Baiazetem, vt contumacem & imperio, etiam se viuo, inhiantem, auersaretur: quem & eo maiori odio prosequebatur, quod ex illo quamuis aduerso prælio, plus admirationis ac gratiæ apud omnes sibi conciliasset. Itaque tanto, ad eum perdendum, incitatiore animo ferebatur, ne quod Selimo parenti acciderat, formidolosior victor euaderet, quã integer nuper fecisset; fama autem illius transitus, quam ad perterrefaciendos Baiazetis amicos valituram existimabat Solimannus, effectum est, vt Baiazetes, qui Patris contempto imperio dolori suo & iuuenili cupiditati obsecutus fuerat, consilio depulsus & itinere, quod affectauerat, desperato, iam non falso Amasiam se cum suis reciperet, ibique quieturus, si pater permitteret, (cuius iccirco per literas & homines idoneos animum sedulo periclitabatur,) si qua ratione eum placatum habere posset: nec se à reconciliatione multum alienum ostẽdebat Pater, admissis ab initio haud grauatim filij

[A]masiam [se] placa[tur]us Patri [se] recipit.

nun-

nunciis & lectis eiusdem litteris, ad quas itidé clementer respondebat, ita vt totis etiam castris passim spargeretur, veniam daturum iri ætatis infirmitati & Patrem cum filio tandem conuenturum, quod tamen summa dissimulatione & artificio ab ipso & à purpuratis fiebat, vt interea Baiazetem ea spe lactatum, veluti indagine clausum, in potestatem postmodum redigerent: verebatur siquidem Solimannus ac Thamus, qui Persis tum temporis imperabat, memor Eliam fratrem ad se profectum ac suis opibus sustentatum, pernicioso admodum bello causam dedisse, parem gratiam referre vellet & filium, si in eius regni fines semel penetrasset, nō sine magna molitione sibi extorqueri pateretur, ex eoque longius bellum oriretur, cuius occasione Persæ iamdudum amissa rursum recuperarent: ideo totis in id incumbebat viribus, vt antequam illuc perueniret, opprimeretur; in eam rem præfecti continuis ac reiteratis nuntiis à Solimanno monebantur, vt omnes in Persiam exitus diligenter obseruarent, sed nulla diligentia aut custodia eius celeritatem quiuit anteuertere: Cum enim resciuisset Patrem Solimannum adfectata lenitate ipsum ludere: quoscunque fauoris & studii erga se suspectos nancisci posset, grauissimis tormentis subiectos non solum in caput suum interrogari, verum etiam mox è medio tolli, non amplius cunctandum ratus, de perfugio, quod ante Iconiensem pugnam animo agitauerat serio cogitare cepit. 1559.

Tandem iccirco expeditissimo comitatu, sed infelicissimis auibus, Persiam ingressus est, abductis secum liberis omnibus, vnico duntaxat excepto, *Persiam inaugurato itiner. ingreditu*

quem

1559. quem recens natum ac proinde insontē cū matre aui clementiæ pmittere, quā ærumnosę ac miserabilis fugæ comitē, assumere maluit: eū ab initio Solimannus, cum de Patris fortuna ex euentu cōstaret, Prusiæ educari curauerat, qui altero die; postq̃ Baiazetes Amasia excessisset, cū ita filium cinctum existimaret vt elabi non posset, quo magis eū falleret, reditū exercitui suo Cōstantinopolim indixerat postridie Paschatis: Vbi ergo de profectione filij Pater cögnouit, q̄ prçter omnē omniū opinionē id accidisset, mirum in modum cōmotus est, pœnā capitis prætoribus, prçfectis ac purpuratis omnib⁹ interminatus, nisi viuū aut extinctū Baiazetē stitissent: cōiunctis itaque illi viribus, quā citissimè possunt vestigiis fugiētis inhærent; cōtra Baiazetes tāta celeritate vtebatur, vt aduētus sui famā plerisq; locis anteuerteret, ac Sebastipolitano quidem Purpurato mira calliditate illusit: nā cū duæ viæ essent, quarum vna interclusa quā purpuratus ille insedebat, magnā itineri eius remorā afferebat, misit enim quosdam specie trāsfugarum, qui Purpurato indicarent iā altera via prætergressum Baiazetē, quod dum imprudēti probabile fit, angustiis, quas tenebat, protin⁹ relictis, copias deducit, dumq; vestigia quasi antecedētis persequitur, liberū ei trāsitum à tergo reliquit. Ersrumensi itidem Purpurato pari astu imposuit: Nam præmissis qui ei, suo nomine, salutē nunciarent seque mox eodem vēturū significarent, vt dierū aliquot quiete equos apud ipsum reficeret, & soleas iis calceandis cōpararet, ipse dū spe aduentus sui Purpuratum alias imparatum & propterea benignè respondentē pascit, interea ta-

[...] Purpura- [...] iussu [P]arentis [i]nsequitur, [...]ibus mi[r]a calidi[t]ate illu[d]it.

mẽ minimè intermiſſo itinere quod diurno noctur noq; labore cõtinuauit, vſq; dum trans Imperii paterni fines euaſiſſet: Solimannus tamen ſecus rẽ de Erſerumenſi interpretatus eſt, quaſi ille à Baiazetis ſui filij partibus ſtetiſſet eiuſq; fugam promouiſſet, ideo pfectura ſua motus & poſtea à Selimo, cũ duobus filiis (deteſtandũ in modum prius cõſtupratis) interfectus eſt: impetus primò fuit furenti Patri cũ milite prætoriano & equitatu (quẽ tum temporis penes ſe habebat,) accurrere & bellum è longinquo Perſis intentare. Sed hunc furorem Solimanni retinuere ſuorum monita, quantum diſcriminis videlicet Imperio impenderet, demonſtrantium, ſi præcipiti audacia Baiazetes ſupra Pontum ac Mæotidem paludem reflexo itinere, ſe in vrbem retuliſſet & ſeruitia ac tyrones rerum nouarum cupidos ad libertatem reuocaſſet; præterea metum ab infido milite, ſpe prædæ ac ſtipendiorum incitato, ingerentium: nã quacumq; iter habuerat Baiazetes, hoſpitiorum poſtibus inſcriptum reliquerat, ſe duplex ſtipendium militi, qui ad ſe tranſiiſſet, numeraturum: quæ res ſuſpectos milites ducibus reddebat: Tandem vbi Araxem, qui Perſici & Turcici imperii fines diſcriminat, Baiazetes cum ſuis traiecit, cum nec ſic ſecurus eſſet quo tranſitu prætores inſequẽtes prohiberet, cuſtodias in ripa diſponit: ſed iis mox à prætoribus nullo negotio deiectis & in regni penetralia ingreſſis, occurrere à Perſa Satrapæ, qui Turcos minimè æquum facturos oſtendebant, quod contra fœderis leges, extra ſuos limites, armati excurrerent. Cum vero Turci factum excuſarent, neq; hoſtili animo 1559.

in alie-

1559. in alienos fines ingressos, sed tantum Imperatoris sui filium transfugam sese vt repeterent, dicerent, excusatione à Persicis satrapis minimè accepta retrò pedem trahunt, spe tamen à Persis facta, Regem suum de Baiazete, quod se deceret, facturum neque hoc in negotio officio defuturum. Ita domum remissis Turcis proxima Thami (Persarum Regis) cura fuit vt de Baiazetis fugæ causis, ac sociorum adductorum numero perspicuè cognosceret: fraternas insidias & iniustam Patris iram obtendenti, supplicique sibi perfugium dari obsecranti, ei ab initio responsum fuit, parum nempè considerate fecisse, qui ad se venerit, cui cũ Patre ipsius amicitiam intercedere sciret, iis potissimum legibus sancitam, vt eosdem hostes & eosdem amicos haberent: mox insuper à Persarum Rege additum, vt quando ita infortunatus iste casus tulisset, accederet, bonis auibus dextram iungeret & hospitale tectum subiret. Ita cum Thamo Baiazetes infeliciter congressus, nulla tamen infidæ aut alienæ mentis indicia prima vice deprehendere potuit. Spes enim ei facta de reconciliatione cũ parẽte iniecta etiam adfinitatis mentio promissa, Orcani Baiazetis filio, vna de Thami filiabus, reque denuo Baiazeti confirmata, non quieturum Persam, donec Solimannus vel Mesopotamiæ aut Babyloniæ, vel denique Erserumi præfecturam ei attribuisset, in qua sine vllo fratris metu longè à Patre summotus ætatem agere queat: quod si quid durius ingruat à tergo habiturum asyli loco socerum cuius præsidio ab omni casu tutus sit: ex quibus Persæ sermonibus passim euulgatis, tantam Baiazetes

à Persarum Rege perfugium petit & Regis ad Baiazetem responsio.

conce-

conceperat fiduciam, vt nihil à Thamo inclemen- 1555
tius suspicaretur: & cùm is Oratorem ad Solimannum de reconciliatione, sicuti tum iactabatur, Constantinopolim mitteret, per illum nunciari iubet, se quidem illic vnum Patrem amisisse; cæterum in Persia alterum reperisse. Dum hæc fiunt, siue iam ante de Baiazete perdendo Thamus cogitauerat, siue ex concepta suspicione, quasi Baiazetes, hospitalis fidei immemor cum suis, quos in Persiam secum adduxerat, insidias sibi strueret, mutata voluntate tum demum de eo, in potestatem redigendo consilium iniuit: Patri siquidem suo virtute & laude bellica dispar Thamus, otio ac inertiæ deditus intra regiæ parietes clausus, cum pellicibus suis consenescebat, desidiosis oblectamentis tempus terens, exigua interim iuris inter suos administratio ac Reipublicæ cura conspiciebatur: eo fiebat, vt Baiazetis, iuuenis bellicosissimi, virtutem reformidaret, idque non solum in præsens, sed etiam in posterum, si nimirum Patri in Imperio succederet, ac proinde vereretur ne serpentem in proprio suo sinu foueret; denique cum Comitum eius consilia suspecta haberet astu rem aggreditur prætendens nimis anguste multitudinem istam à se adductam, hospitari nec tanto numero annonam suppetere, magis vero è re futurum, cum ad commeatus copiam tum etiam ad alias cõmoditates, si per loca circũiacentia distribueretur: Cui consilio, quamuis cordatis & longius prospicientibus viris suspecto, refragari Baiazetes minimè potuit, quippe cui parendi necessitas, alieno in dominio, incumberet,

1559.

nec vlla ſpes in eo loco aliunde reliqua eſſet, vbi alieno nutu de lucro viuebatur, & de hoſpitis fide dubitare confeſſæ perfidiæ imputari poterat. Idcirco ſocij eius omnes in diuerſa loca deducuntur, in quibus captato opportuno tēpore, paucis poſt diebus, pauci à multis interuenti interficiūtur, eodemque fermè momento Baiazeti, inter Sacra mēſæ & hoſpitales epulas vincula iniecta eiuſque liberi carceribus mancipati ſunt: Quo facto nūcius quidā ſub oratoris titulo vna cum muneribus (inter quę erat formica Indica canis mediocris magnitudine) ad Solimannum mittitur, qui legato reſpondet velle ſe omnino, quando id per fœderis leges debeat Perſa, vt Baiazetes ſibi viuus in manus traderetur, & ita poſt honorificam exceptionem legatus dimiſſus eſt.

Cōtra datam fidem ab hoſpite ſuo vna cum liberis ſuis in vincula coniicitur.

Cum vero Thamus Rex Perſarum huic negotio moram quandam iniiceret, Solimannus ſe ad bellum comparat, limitē ſiquidem Perſis vicinum validiſſimo præſidio munit, Mehemetum quoque Purpuratum Græciæ, de quo ſuperius facta mētio, cum prætorianis ad loca, iſta ſe conferre iubetur, Sollicitantur & Georgiani & Hyrcaniæ reguli vt arma ſocia iungerent: ipſe vero Solimannus Alepum vrbem Syriæ, quam quidam Berrhoeam fuiſſe autumant, venire decreuerat, ſed auerſa militum voluntas bellum, vt funeſti ominis, deteſtantium eum deterrebat, quippe multi à ſignis dilapſi & iniuſſu ducis in vrbem reuerſi fuerant, qui quamuis reuocati rediiſſent, hoc tamē facto teſtatum relinquebant, quo nimirum animo futuri eſſent, ſi quis caſus aut mutatio quæpiam periculoſa incidiſſet.

Cum

Cum vero Solimannus nulla ratione filium viuum à Thamo extorquere posset & vltionem, si qua elaberetur, metuente, sibi sequendum quod proximum erat, iudicauit, vt videlicet Baiazetes permissu Thami in Persia necaretur: idque ab eo impetrari posse spē faciebat, quod cum ad se scriberet, semper conquestus fuerat, quod negligenter de ea re p nuncios ac literas tantum egisset, de qua vt semel transigi posset, opus esse vt viros optimates ac p̄cipuæ auctoritatis legaret, additis his verbis, non sibi nihil eum debere, qui Baiazetem retinuerit: magno sibi detrimēto illius aduentum fuisse magnosque sumptus factos esse, quorum rationem haberi æquum sit. Cum igitur cōsultius censeret Solimānus cum Persa pecunia certare, quā hoc ætatis periculoso ac minimè necessario bello se inuoluere, *Hassan Aga* Cubiculariorum Princeps mittitur eique comes additur Purpuratus Massariensis ætate emeritâ clarus. Illi cum amplissimis mandatis media vero hyeme ac difficilimo itinere, desideratis quamplurimis ex suis, Casminum ad Thamum proficiscuntur, visoque Baiazete, nam id ante alia legati postulauerant, sic fœdore carceris deformato, vt nisi capillo raso agnosci non posset, conuenit, vt postquam Thamo de detrimento ac sumptibus ab ipso factis satisfactum esset, accepto præterea tanta gratia digno munere, facultas esset Solimanno interficiendi Baiazetis, moxque eodem difficilimo tempore ac itinere Hassan Aga recurrit & quid egerit hero suo renunciat, qui munus cum pecunia, ad quam damna & sumptus æstimari fuerant ad Persiæ 1559.

1559. fines sub firmo præsidio deduci curat. Quo cum Hassan infelicis Baiazetis carnifex (ne enim fraus interueniret eum propriis manibus vt strãgularet Solimannus mandauerat,) peruenisset & mandata heri sui apud Baiazetem exposuisset, Baiazetes rogauit, vt sibi ante mortem videndorum & diuidendorum inter eos nouissimi amoris osculorũ gratia fieret, sed & hoc leuissimum beneficium minimè impetrauit, sed iussus agere quod instaret, iniecta itaque fidicula more Turcico necatur, similiter & paulo post eum quatuor eius filij, quos secum adduxerat, strangulantur, quorum corpora postmodum Sebastiam deportata, atque ibidem more recepto sepulta sunt: minimus vero natu, qui iussu, qui eum, (cum adhuc incertum esset, qualẽ exitum sortiturus esset Baiazetes,) Prusiæ vti diximus, educari curauerat, misso ad id fido eunucho, extinctus est: accidit autem vt is, propter tenellam pusionis ætatem, sibi de Ianitorum numero quendam, animi ad quoduis perpetrandũ facinus obfirmati, ad peragendum sibi commissum negotium adsciceret: Sed Ianitor ille, quantumuis per se satis ferox, ad conspectum pueri viso laqueo arridentis & aptis vlnis osculum ferre gestientis, ita commotus est, vt statim anima linquente conciderit; moramque admiratus Eunuchus, qui foris adstabat, cum conclaue ingressus & Ianitorem in pauimẽto iacentem offendisset, ipse officio, quod modo tãtopere auersabatur, functus est & propriis suis manibus infantis animum elisit. Et multum quidem Turci prædestinationi talibus in casibus tribuunt, qui res, quocunque consilio tandem institutas, si

Tandem vero infelix iste Baiazetes vna cum quinque filiis iussu Parentis permissione Thamo Persarum Rege, necatur.

felici-

feliciter cadant, ad Deum auctorem referunt: Icirco non misericordia nepoti eo vsque pepercerat Solimannus, sed quod expectandum duceret quorsum conatus Baiazetis euaderent, ne, si postmodum res filii sui minus sibi obsequentis melius cessissent, Dei voluntati obniti voluisse videretur: nunc autem illo diuinæ sententiæ præiudicio veluti extincto, nihil caussæ esse putabat, cur filio parceretur, in quo inde Paternæ culpæ exemplum, hinc necis vltio metuebatur. Hic exitus fuit turbidorum Baiazetis consiliorum, eo citius in exitium præcipitati, quo magis vitatum cupiebat: ex quo apparuit, quam non solum nefario, sed inauspicato prorsus consilio & exemplo Roxolana, dum suis imperium parat, priuigno necem maturauerit, cum mox occulta iusti numinis vltione capitale odium inter fratres, sublato vtriusque æmulo, exarserit, cuius finis hic fuit, vt Pater semel fundendo suorum sanguini assuetus, porrò in eosdem sæuire non dubitauerit, & illum ipsum, quem mater alteri prælatum maluisset, interfecerit. Sed quanto felicior mater fuit, quæ antequam vita excederet, certam spem translati in suos imperii vidit, nec Baiazetis, quem tantopere diligebat, necem morte præuenta, eluxit, tanto infelicior Pater censendus est, cui longa vita hanc pœnam dederit, vt duorum egregiæ indolis ac magnæ spei filiorum, totq; præterea nepotum cruore, quo vxori satisfaceret, & imperium tueretur, manus commaculare coactus sit, nec aliam domi ac foris tranquillitatis constituendæ, quam per suorum cædes rationem repererit. 1559.

1560. *Mors Philippi Stetini ac Pomeraniæ Ducis.*

Initio huius anni die nimirum decimo quarto Mensis Februarii, Philippus Stetini ac Pomeraniæ Dux Illustrissimus, anno ætatis suæ quadragesimo quinto, piè ac placidè in Christo, cui se ab ineunte sua ætate deuouerat, obdormiuit: filius fuit Georgii Stetini ac Pomeraniæ Ducis, qui eumdem ex Emilia Electoris Palatini filia legitimo thoro susceperat: Vxorem autem Philippus duxerat Mariam Ioannis Ducis Saxoniæ & Margaritæ Anhaltinæ filiam, quæ ei septem filios Georgium nimirum primogenitum, qui tenella sua in ætate anno ætatis suæ quinto fatis concessit, Ioannem Fridericum, Buglauium, Ernestum Ludouicum, Barnimum, Ericum, qui itidem in flore ætatis obiit, & Casimirum: tres insuper filias vtpote, Emiliam, Margaritam & Annam peperit. Quam prudenter autem Rempublicam Princeps iste laudatissimus administrauerit & Cancellariæ, vti vocant, doctissimos ex Nobilitate potissimum Pomeranica selectos, præfecerit, superfluum hic est recensere: cum id ipsum plærique viri eruditissimi qui tum temporis ipsi à consiliis fuere, testati sint: quem biduo post morte sua subsecutus est Ioannes Bellaius Episcopus Parisinus non solum per sese vir eruditionis omnigenæ laude clarissimus, verum etiam omnium doctorum virorum fautor ac Mecœnas maximus, apud plærosque tamen meo quidem iudicio, condignam in repræhensionem incurrit, quod clarissimum istum ac literatissimum Senatorem Parisinum Annam Burgæum, de cuius vita ac morte in descriptione rerũ anno præcedente gestarum obiter facta mentio,

Ioannis Bellaii Cardinalis & Episcopi Parisini.

primus

primus ad ignem condemnauerit, mirandum itaq; non immerito quod quinquagesimo die, post Burgæi supplicium, ex hac vita euocatus sit, quod tamen diuino iudicio relinquendum existimo. 1560.

De Guisiorum in aula Francica, post Heinrici mortem & Francisci filii inaugurationem, potentia supra diximus; verum cum potentia sua, pro innata sua regnandi libidine, nimis luxuriose abuterentur Guisii, variæ variorum de inflata ista administratione, querelæ exortæ & scriptis publicis comprehensæ sunt, in quibus potissimum continebatur: *Guisios non obscurè regno insidiari: viuo adhuc Heinrico rege conatos esse dolis malisque artibus Ducatum Andegauensem ac Comitatum Prouinciæ interuertere: Sæpe conquestos, sibi hac in re à Rege fieri iniuriam: voluisse probare per viros doctos, quos inuestigandis annalibus adhibuerant, se à Carolo Magno, recta, vt loquuntur, linea prognatos: Hugonem Capetum (ex quo Valesii Reges, qui Regnum hodie obtineant) fraude regnum occupasse: dicere se sperare, fore aliquando tempus, cum huius rei disceptandæ ac diiudicandæ commodior daretur occasio. His ergo artibus molitos Guisios, etiam Heinrico Rege superstite, nunc demũ adolescente Rege occupato veteres illas spes acrius inflammasse, contra omnes Regni leges factum, vt illi administrationem regni sibi arrogarint, cum nimirum illa ad Principes regiæ stirpis pertineat, quos tamen à legitima illa & debita dignitate repulerint: Ordinum conuentus, ad quos attinet Regis ætate minoris tempore, de regni administratione (vti hactenus, nec ita pridem Rege Carolo VII. factum,) à Guisiis maximè impediri, vt quidem legum aduersarios sese hoc pacto maximè ostendant: non posse, sine summo periculo, regnum, illis nimirum de regno contendentibus,*

Variæ variorum querela de inflata regni administratione Guisiorũ.

1560. *committi; non carere maxima suspicione, quod veteres Regis famulos ab aula abducant, quo soli per se omnia liberius agere possint; Prouinciarum ac præsidiorum Præfectos mutent, vt iis nempe muneribus, pro sua libidine, quos voluerint, sibi obligatos constituant: illorum administrationem Regno esse perniciosam, multis ex rebus apparere, tum ex recenti malè sub Heinrico Rege, gestæ rei memoria; præclaræ nimirum illius ad Neapolim expeditionis, qua alter se Pontificem, alter Regem facere sibi præsumpserat, tum ex variis exactionibus quibus populum, cum esset à tot bellis & impendiis interspirandum, dispolient, atque in noua bella conyciant, in Scotiam scilicet Religionis prætextu, milites, iam superioribus bellis defessos, traducentes. Hic repetebatur memoria eorum, qui tutelarum curationumque obtentu pupillorum regna inuasissent. Ita scriptis illis ferebatur, iusta fore arma, quæ ad Guisiorum tyrannidem propulsandam mouerentur.*

Hæc & similia dum scriptis publicis produntur, fama ad Guisios perfertur multos facta coniuratione, ipsos etiam regiis in ædibus adoriri decreuisse: Quibus Guisii permoti omnia ista Lutheranis siue reformatæ religiouis cultoribus imputabant: Quapropter ad maiorem securitatem Regis, eum Ambaxiam (paruam quidem vrbem, arce autem firmissima munitissimam) deducentes omnia loca versus vrbem præsidiis muniunt, mandantes interim vt omnes istius conspirationis conscii siue suspecti caperentur: Franciscus præterea Guisius auctoritate publicorum rescriptorum munitus Regis vices agebat. Sed adhuc de conatu isto dubii erant Guisii donec per

exploratorem quendam Parisinum (qui rem ex cœtu isto rebellium inaudierat & pro hac sua proditione decem millia, quidam mille autumant, Francorum honorarij loco acceperat) omnẽ rei seriem cognouissent. Consilia autem hæcce omnia ex intolerabili Guisiorum libidine ac potentia proficiscebantur, potissimum etiam quod non modo exturbatis iis, ad quos regni administratio pertinebat, iniuria longe lateque peruagaretur, Regni libertas pessundaretur & durissimum seruitutis iugum ab ignotis ac peregrinis hominibus introduceretur. Quapropter cum hoc de negotio Theologi & Iurisconsulti totius Galliæ ac Germaniæ Clarissimi consulerent, vnanimi consensu responderunt: maxime licitum esse Guisiorum administrationi, præter leges ac statuta Galliæ vsurpatæ, vim opponere, hac tamen conditione vt auctoritas principum Regiæ stirpis, qui in hisce casibus legitimi sint nati magistratus, intercederet, & id quidem ordinum vel sanioris eorum partis postulatione: nec esse necessarium Regem adolescentem & rerum harum adhuc imperitum & qui à Guisiis quasi captiuus teneretur, hoc de negotio monere. Itaque totis viribus in id incumbendum esse, quod videlicet Franciscus Guisius & Cardinalis Lotharenus rerum summam tenentes, caperentur & ad administrationis suæ reddendam rationem cogerentur. 1560.

Theologorum ac Iurisconsultorum de Guisiorum tyrannide iudicium.

Vt autem hocce consilium Theologo-Iuridicum eo commodius in effectũ deduceretur, è principiis Regiæ stirpis vnus occurrebat Dux Cõdæus (Rex enim Nauarræus interim pro more cessabat)

1560. qui præ ceteris omnibus hoc munus commodissime posset suscipere: re itaq; ad illum delata & matura deliberatione ab ipso ponderata consilij insuper istius causis & fine intellectis, negotiũ illud suscipit omnemq; suam operã ac studiũ pollicetur: ad gerendum autem totius rei negotium nobilissimũ Perigordinum Renaudium nomine, suo nomine eligit, eiq; tradita plenaria potestate, Renaudius ex omnib. regni partib. incredibili diligentia accceleritate cum nobiles tum ignobiles, colligit, qui in tam extremis temporib. comitiorũ ordines repræsentarent. Communi itaq; consensu dies Namnetum indictus est: Quo agminatim confœderatis sociis confluentibus peropportunum accidit, vt eo ipso tempore nobilis cuiusdam nuptię celebrarentur, sub eo itaq; prætextu hominũ illorum conuentus secretius influit. Renaudius vero proposita prius conuentus istius causa illiusque, vt legitimorum regni ordinum sententiam exposcit. Propositiones quæ in conuentu isto proponebãtur potissimum hæ fuere. *Liceat ne Guisios peregrinos Regni administrationẽ per vim & præter leges occupantes summouere: Liceatne Guisios ad rationes reddendas coram vniuersi regni comitiis legitime cõuocatis adigere. Item licitum ne sit, si princeps regiæ stirpis suam interponat auctoritatẽ:* ad quas cum singuli suas dixissent sententias, q; videlicet id Gallicis legibus prorsus videatur cõsentaneum & leges id à vere Gallis efflagitent, tandẽ prouidendũ censent ne aduersus Regem regnumq; aliquid hostiliter moliatur hoc edito decreto: *NE QVID IN REGEM REGIAE STIRPIS PRINCIPES REGNIQVE STATVM FIAT; ILLORVM DIGNITAS, PATRIAE LIBERTAS, LEGVM AVCTORITAS, A*

Decretum conuentus Namnetensis.

PEREGRINORVM VIOLENTIA ATQVE TYRANNIDE SARCTA TECTAQVE DEFENDATVR. 1560.

Edito hoc decreto iusiurandũ præstat ab omnibus, principis Condæi nomen publice proclamat, modus itidẽ locus ac cõueniendi tempus sedulo designant. Renaudio vero Cõdæi principis Vicario siue Cõmissario sex viri adiũgebãtur, quorũ consilio ad res gerendas vteretur, triginta insuper viri militares, qui eidẽ ad administrationes bellicas præsto essent cũ sex istis viris coniungebantur ac omnib. omniũ ordinũ ductorib. serio iniũgebatur, viderẽt diligẽter ne quicq̃ perturbate, aut per tumultũ susciperet; Quocirca rem serio ac sedulo exequũtur, militẽ conscribunt, arma ac pecuniã cogunt ac deniq; oĩa incredibili solertia peragũt. Neq; interea in vtrãq; aurẽ (vt aiunt) indormiebãt Guisij, sed explorata omnium ministrorũ suorũ diligẽtia eosdẽ, regis adiunctis literis, in oẽs mittunt Regni ꝓuincias, partim vt ij qui Ambaxiã contenderẽt impedirentur, partim vero vt ingentes equitũ peditũq; copias cõscriberẽt. Interim in vicinas vrbes ex familiarissimis sequentes mittunt nobiles ac principes, vtpote Aurelias Viellevilliũ Marescallũ: Biturigas Barbeziæũ, Blæsas Marescallum Termẽsem: Mõpensseriũ Regię stirpis principẽ Andegauũ: Buriũ Pictauiũ: Sancerrẽsem Turoniũ, &c. cũq; Sancerrensis Turoniũ venisset Castelnouanũ & cũ illo quosdã militię rei addictos reperit quos alloquitur illosque, imprimis vero Castelnouanũ, q̃ singulari familiaritate eidẽ erat addictissim⁹, ꝑcõtatur q̃d nã ibi rerũ agerent: cũ vero Sancerrensis pertinax responsum reportasset, tamdẽ ad manuũ conflictum

peruen

1560. peruentum est, vbi Sancerrensis metu aufugit, cum Taronenses sibi aduersarios existimaret, ita vt Castelnouanus absque vllo negotio vrbem occupare potuisset, nihilominus tamen ad proximum vicum Nozæum secedit, quo conuenire antehac instituerat, vbi quingentos equites studio ac industria Renaudij congregatos reperit. Itaque Sancerrensis rem omnem continuo Ambaxiam renunciat, quo allato nuncio Nemorosius Nozæum, cum exquisitissima manu militum ablegatur; Quo cum peruenisset, inito cum ipsis colloquio, quærit, qua nimirum de causa illic conuenissent: qui respondent, nihil se contra Regem aut regni ordines vmquam molituros sed tantum in armis esse ad Regem Regnique statum florentẽ conseruandum, velle Regi indicare Guisiorum fraudulentam tyrannidem, q̃ in Regis Regnique perniciem molirentur, itaque sese cum magno nobilium numero esse congregatos, vt Guisiorum crudelitatem à ceruicib. suis excuterent, manifestamque ipsorum violentiam, ordinum, legum ac institutorum oppressionem ostẽderent, inter has quoq; perturbationes nihilominus se fidelium inprimis subditorum nomen retenturos. Cum vero Nemorosius per inuersionem dixisset minime esse subdito licitũ cum armis Regem conuenire velle, illi econtra fortiter respondent, arma sua non contra regem, sed contra Guisios tanquam vniuersæ Nobilitatis ipsiusq; Regni hostes esse collecta, qui omnem ad Regem aditum subditis præcluderẽt; Iccirco se armatos vt, si opus esset, aditum ad Regem patefacerent, cuius honori ac maiestati plurimum tribuerent. His itaq; vltro

citroq;

citroq; habitis colloquiis Nemorosius illos rogat 1560
& obtestatur, si videlicet se suo patrocinio subiice-
rent, effecturum sese vt nihil detrimenti acciperet
& tutum sine armis ad Regem aditum consequè-
rentur. Sed *fistula*, vt aiunt, *dulce canit volucrem dum decipit auceps*: hac enim persuasione decepti magnũ
id beneficium existimarunt, si liberum ad Regem
accessum nanciscerentur, quapropter etiam armis
minime opus esse sibi persuaserunt: quamprimum
autem Ambaxiam peruenerunt carceri manci-
pantur ac regiæ maiestatis rei tamquam rebelles
proclamantur.

Insequenti die turma peditum, harum rerum omnino ignara, Ambaxiam per nemora contendebat, sed eo ipso die ab Equitibus circumueniuntur, capiuntur, quorum quidam suspenduntur, alij in proximum fluuium demergũtur. Tertio autem die equitum turma integram per noctem, ductore Candæo viro admodum nobili ac strenuo, processit & summo diluculo arcis Ambaxianæ portas attigit, sed detecta aufugit ac dissipata est, sic conatus iste irritus ac prorsus astu Guisiorũ impeditus fuit. Hæc dum geruntur captiui diuersimode puniuntur: Quidam enim cæsi, alij securi percussi, aliquot ante arcis fenestras suspensi, reliqui vero in fluuio submersi sunt: ex quibus Castelnouanus; Vasco genere & illustri loco natus, dum se Regiæ Maiestatis reum appellari audiret, forti ac intrepido animo respondit, se nullo modo criminis istius conuinci, nec id vllis indiciis demonstrari posse, sed hunc dumtaxat in finem cum magno Gallicæ nobilitatis numero conuenisse vt Guisiorum tyran-

1560. nidi se opponeret, si itaq; hoc esset Regiam maiestatem violare, primum Guisios Reges esse appellandos anteq̃ ipsi perduellionis rei peragerentur: deniq; cũ illi prouocatio ad mortales iudices eriperetur, magna animi constantia palã exclamauit se nimirũ, beneficio hoc sibi adepto, ad immortalẽ iudicem, de tam iniusto iudicio prouocare, qui sanguinis innocẽtis iniuste effusi vindictã sit sumpturus propediem. Idẽ & alij perplurimi testabantur, Deumq; precati suæ innocentiæ testẽ ac iudicem multis ciebant lachrymis. Villemongius vero recẽs mactatorum sociorum suorum sanguine pollutas manus, hac exclamatione ad cœlum expandebat, *DOMINE HIC EST TVORVM SERVORVM SANGVIS: TV VINDICTAM SVME.* Licet autem ista tot tãtorumue nobilissimorum virorum mactatio ad consilium illud frangendum magnum momentũ haberet: nihilominus tamen Renaudius, Condæi principis hoc in expediendo negotio cõmissarius, ab instituto suo non decessit: iccirco suos palantes in vnum cogere molitur, quo sub conatu ab aduersario equite globulo tormẽtario petitur, sed irrito ictu ab eodẽ occiditur, morte heri sui adstans famulus commouetur Renaudiumq; globulo tormenti lethaliter vulnerat, sed anteq̃ occumberet Renaudius ab eodem quoque forti animo occiditur: Corpus postmodum Renaudij exanime Ambaxiam delatum cum hac inscriptione suspenditur: RENAVDIVS REBELLIVM DVX: SEDITIONIS AVCTOR, post in quatuor partes laceratum diuersis in locis adfixum & caput tamdem ad pontem ceruo infixum est.

Huic

Huic tam horrendo spectaculo vt interessent Regis fratres, hunc potissimum in finem Guisij ordinauerant (vti quamplurimi id interpretabantur) vt eos ad fundendum suorum sanguinem ab ineunte quasi ætate adsuefacerent, proceres item ac totum gynęceum aulicum in fenestris triste tam spectaculum intuebatur, excepta Anna Atestina Guisij vxore fœmina mitissimi ingenij, quã lachrymas non tenuisse aiunt, vtroque Catharinam monuisse vt si regem ac regnum saluum vellet, ab innocentum fusione sanguinis abstinere iuberet. In eamdem quoq; suspicionem coniurationis incurrebat Malinius iunior, idque ex damnatorum potissimum confessione liquebat, & quidem de occidẽdo manu sua propria Guisio, dum se in arce profunda iam nocte, ex regis cubiculo in suum, fere solus reciperet, detecta iam coniuratione impetum cepisse dicebatur, quod cum Condæo aperuisset ab ipso ꝓhibitus fuit. Quapropter accepto à Vallio nobili, Condæi Equitio præfecto, pernici equo imminenti periculo se subduxit: Cum autem constitisset cujus ope ac auxilio elapsus esset, Vallius in puncto, Regis iussu, capitur, ex eoque Condæus, qui iam ante suspectus erat, in crimen trahitur, quem cum Guisij palam eiusdem vitij arguere non audebãt, secretis ac clandestinis tamen calumniis apud Catharinã deferebant. Cardinalis inprimis cõfessiones damnatorũ, suspiciones, ꝑsumptiones & occultũ in Lutheranos fauorẽ vrgebãt, instando vt imminenti malo quamprimum obuiam iretur, quippe diductã ciuilib. discordiis Galliã, iamq; esse qui à parte Condæi starent, nisi itaq; breui remedia

1560. *Guisij cum Regis fratrês tam immani innocentum mactationi interesse voluerint.*

adhi-

1560. adhibeantur fore vt in plures factiones regnũ scindatur: ad hæc adiiciebat, in ædibus Condæi occultata esse arma suosque armis indutos quotidie regiam circumire, cui licentiæ occurrẽdum esse maturo quopiam exemplo, quod quanto illustrius sit, tanto maiore formidine in ceteros dispersum iri indicium, quod cum suo periculo coniunctum esset non aspernata Catharina, ædium Condæi abdita scrutari iubet misso ad id Nicolao Belloüasio Brichanteo, qui cunctis ædium istarum angulis diligẽter perlustratis nihil reperit: quapropter Cardinalis suasu Condæus in aulã accersitur, qui cum comparuisset, Catharina Regina vulgi rumores ac occultas de se conceptas suspiciones ei significat, ac serio eumdem adhortatur, vt imposterum à seditiosorum istorum hominum cætu prorsus abstineat: Cardinalis vero, qui tum temporis huic colloquio intererat amico animo simulato & pudore prorsus composito Reginæ adhortationi subiicit, vt videlicet Condæus monitis tam prudentissimæ Reginæ obtemperet, eumdemque rogat vellet ne vt Rei, qui adhuc captiui detinebantur, producerentur, & dum ipse post aulæa (vt exaudire posset) lateret, verum conditionem istam omnino repudiauit Condæus ac respondit non se eum esse cui latere decorum sit, neq; de quo quæstio haberi posset. Postea tamẽn consultatione inter suos habita, tentaret ne defensionem, an vulgi rumores ac credulitatem successu temporis euanescere sineret: primo quidẽ rem omnem dissimulandam censuerat, verum cum sibi idem à Rege ipso exprobratum doleret, & legatorum qui circa Regem erant, missis

Condæi ædes cur Catharina Regina iussu perlustrata.

ad suos principes litteris, eam famam disseminatam animaduerteret, decoris memor & infamiæ atrocitate perculsus, publicum Regis colloquium exposcit & coram ipsa Regina Catharina, Guisianis & externorũ principum Oratoribus postquam se (qua erat dicendi facultate) compositis ad tempus rationibus magna fiducia purgauit, subiecit, si nimirum quis existeret qui vrbium fidem sollicitatam, Gallos in regis perniciem corruptos, aut se coniurationis auctorem argueret; promptum ac paratum sese esse hanc suam innocentiam armis, deposita omni dignitatis prærogatiua, defendere: loquentem itaq; adhuc Condæum excipit ac palam profitetur minime ferendum esse, tantæ dignitatis excelsum principẽ falsi criminis infamia traduci, se quoq; paratum, si certaminis daretur conditio, pro eius innocentia commune cum Condęo subire periculum.

1560.

Condæus coram Rege ab obiecto criminis se purgat.

His vtrimque dictis, maiorene Condæi fiducia an Guisij dissimulatione incertũ, cum nemo compareret, qui conditionem hanc acceptaret: Condæus admodum supplex Regem orat, ne videlicet imposterum istiusmodi, suis calumniatoribus aures patulas præbeat, sed se tamquam fidelem subditum & agnatum obseruantissimũ agnoscat. Coniurationi huic immiscebatur quoque tum temporis Nauarrus, qui occultis quoq; criminationibus ac calumniis à Cardinali Lotharено apud Reginam traductus fuerat: Sed istam de se conceptam suspicionem sustulit, quod videlicet eodem tempore, duo militum millia qui iussu Ronaudij, (qui vt diximus, non ita pridẽ fortiter ceciderat) in agro

Nauarrus & alij cõiurationis insimulantur.

1560. Agiennensis arma sumserant, Regis ac Reginæ iussu uderat. Eandem quoque in suspicionem tum temporis incurrebat Ioannes Ferrerius, quod arcta familiaritate Nauarro coniunctus fuerat: itaque vt saluti suæ consuleret, ex aula migrare coactus est. Ananella vero dissipato isto tumultu suo sibi metuens siue pœnitentia ductus voluntarium sibi indixit exilium in Lotaringiam concessit, & commendatione Guisij, iuridicam municipij cuiusdā præfecturam à Duce Lotharingiæ cōsecutus est. Periculosissimo isto tempore ac rerum tristi facie Frāciscus Oliuarius Regni Galliæ Cācellarius præsentis rerū confusionis pertæsus in grauissimum morbum incidit, quo cum diu luctatus ac tandem ab eodem excruciatus fuisset, spiritum Christo animarum redemptori reddidit. Quamuis autem vir excelsi ingenij & tanto amplissimo munere ac honorum fastigio dignissimus fuerit, nihilominus tamen à quibusdā, quod captos in isto tumultu, præter conscientiam, ad mortem condemnasset, libere reprehenditur. Itaque, dum adhuc decumberet, Cardinalem Lotharenum, qui honorifice eum inuiserat, auerso prorsus vultu excepisse, tergumque ei obuertisse fertur hisce emissis verbis exprobratoriis *Tu nos omnes perdis Cardinalis*. Cancellario isto sublato de successore deligendo diu in aula consultatum fuit: donec tandem, posthabitis cæteris omnibus, Michael Hospitalius modicis quidem natalibus, at ingētem ob virtutem & excelsum animum vir clarissimus, Oliuario demortuo Cancellario successor constitutus sit. Id autem factum plærique autumant commendatione ac promotione Iacobæ

Mors Oliuarij Galliæ Cancellarij.

Michael Hospitalius Oliuarij successor constituitur.

1560.

Lonuianæ vxoris Mompensesij, quæ apud Catharinam Reginam familiaritate & amicitia cæteris omnibus præualebat, & accrescentem Guisiorum potentiam ac insolentiam admodum suspectam habebat; illa Reginam, quę Guisiorum violentiam iamdudum experta fuerat, proprio metu incendebat, & ad imperium anhelanti certissimam viam ostendebat, si videlicet talem sibi Regnoque Cancellarium deligeret, cuius saluberrimis consiliis & monitis Guisiorum perniciosa consilia conuelleret: peropportune insuper accidit, vt prædictus Hospitalius Cardinali Lothareno admodum etiam percharus esset, quippe quem iam dudum impense coluerat, nec regi ingratus erat virtutis carminumque celebritate, quæ ille nuper formandæ regiæ iuuentuti perquam luculenta ediderat: Itaque Regina hoc in negotio plurimum occupata & Hospitalio hanc dignitatem à Rege impetrat, eique clam significari curat sua non Guisiorum commendatione rem confectam, ac proinde futurum sperate, vt plus regis ac sui quam illorũ, quorum ambitionem cuncti iam detestentur porro rationem habeat, quæ opinio Reginã minime postmodum frustrata est, neque enim multis seculis superioribus vmquam tanto Magistratu dignior extitit, qui maiore virtute ac animi constantia ambitioni & auaritiæ in aula tum temporis laxis quasi frænis grassantibus, se opposuerit.

Bernardinus Bocatellus à Rege Galliæ ad Germa-

Circa idem tempus Bernardinus Bõcatellus, qui postmodum in Redonensem Episcopum electus est, ad Fridericum Electorem Palatinum, Philippum Hassię Landgrauium & Christophorum Du-

1560. cem Wirtembergensem, tamquam legatus ex Gallia in Germaniam ablegatus est, qui, sub specie firmandæ cum ipsis amicitiæ, repetita Regis Parentis erga ipsos recenti meritorum memoria, rei Ambaxiæ gestæ ordine enarraret, addito insuper mandatis quod quidam, qui per tormenta interrogati fuissent, confessi essent, quasi consilij coniurationis istius participes fuissent, quæ tamen Rex falsa ac vana credat, nullis enim minus quam Germaniæ principibus vicinorũ imperiorum mutationes vsui esse: proinde regis amicitiam, quã nuper adeo vtilem experti essent, intemeratam siue tectam sartamq; conseruarent, ac vetera nouis & quieta turbatis Gallorum temporibus anteponerent: ad quæ Germaniæ Principes de amicitia Regis & antiquo cum Gallis fœdere multa magnifice de se cum decore ac modestia pauca respõdent; imprimis vero quod se nullo vnquam tempore seditiosorum siue rebellium consiliis immiscuissent sibiq; sacrosanctam semper Magistratuum ac regum potestatem fuisse, sed regem et atq; et videre debere ne videlicet quibusdã indulgentiorem se præbeat, qui innato odio ac propria regnandi libidine magis quã ex vsu præsenti accensi, in homines nulli[9] flagitij vmquam conscios, sæuirent: rogare iccirco regem vt innocentum suppliciis temperet & quando idem cum ipsis de Religione sentiant crudeles ac præcipites a sociis pœnas deprecari, hãcq; optimã quietis in Gallia constituendæ rationem videri, si quod Germaniæ ante aliquot annos feliciter cessit, *Pax mentibus ac conscientiis concedatur.* Orta est hoc ipso tempore in Belgio de nouorum Episcoporũ institu-

nia aliquot principes ablegatur.

Belga introductio-

tuto,

tuto, noua controuersia quod non solum quidam ex nobilitate, verũ ẽt nonnulli Episcopi ac Abbates admodũ improbabant. Cum enim Rex Hispaniarum Philippus prouinciis suis hinc Gallia illinc Germania, vbi nouarum religionum cultus maximopere feruebat, cinctis, metueret, in Belgio vero Episcoporum raræ essent sedes, Franciscum Sonnium, qui postmodum in Episcopum Syluaeducensem elect⁹ est, Romam misit, vt auctoritate ac permissione Romani Pontificis, singulas in prouincias noui Episcopi constituerent. Diploma itaq; quod paulo ante à Paulo eius nominis Quarto impetratum fuerat, hoc anno IIX. die Martij Pius Quartus Pontifex Maximus confirmauit. Erant aũt eo tres potissimũ sedes Metropolitanæ cõstitutæ, vtpote, Machlinia, Cameracum & Vltraiectum, Episcopales vero IX. videlicet Antuerpia, & Buscoducũ in Brabantia: Gandauum, Brugæ & Ipera in Flãdria; Fanũ D. Acedomari & Namurcũ in Artesia; Harlemum in Hollandia; Mittelburgum in Selandia: Leouardia & Groninga in Frisia; Ruræmunda in Geldria & Dauentria in Transisalana. Hoc institutum Abbates & alij ex Clero admodum moleste ferebant, quoniam ipsorum reditus Ecclesiastici ad sustentandos nouos Episcopos inuertebantur, nec defuerunt etiam huic negotio quidam ex optimatibus, quibus iam ante Hispanorum clandestinæ molitiones siue cõsilia suspecta erant: Itaq; etiam cæteris Ecclesiastici ordinis hominib. persuadere conabantur non de Religione, sed de libertate agi, idq; imprimis quæri vt exclusis Abbatibus & prælatis, quibus tamen publicis in conuentibus primus

1560.
nem Episcoporum improbant.

1560. locus deberetur, Episcopi ordinũ comitia circumagant & nobilitati ẽt suffragiorũ libertatẽ eripiant: addebant insuper & hoc, nõ debuisse videlicet tanti momenti negotiũ insciis ordinib. tractari multo min⁹ peragi, & Hispanos milites hũc potissimum in finẽ retineri, vt ordines vi cogantur & inquisitio Hispanica introducatur. Hanc aũt præconceptam suspicionem plurimũ auxit sermo Guilielmi principis Auraici, cui Heinricus rex Galliæ (dum adhuc in viuis esset.) in venatione quadam detegerat velle nimirum Hispaniarum Regem Philippũ, facta pace, oẽs sectas in Belgio pullulãtes radicitus extirpare, & si posset coniunctus cum Gallis armis sectarios opprimere. Hinc igitur variæ variorum querelæ ad gubernatricẽ Parmensem delatæ sunt: imo ciuitates q̃dã Episcopos neutiq̃ admittere voluerũt, imprimis vero Antuerpię, q̃ multitudine aduenarũ & negotiatione supra oĩa Christiani orbis emporia, caput extulerat, verita ne inquilini p̃ metu Inquisitionis Hispanicæ alium in locũ migrarent, supplex Parmensem rogauit, vt nouũ istud de nouo introducendo Episcopo decretũ vel mutaretur, vel saltẽ tamdiu differret, donec Rex quãti vrbis adeoq; toti⁹ Regionis interesset, plenius edoceret: Parmensis igitur multis verbis testata, q̃ videlicet de introducẽda Inquisitione nec Regi nec sibi ipsi esse cõsiliũ, vt ad regẽ ipsũ oratores suos mitterẽt pmisit.

Mors & sucessio Philippi Melanthonis. Mense Aprili Philippus Melanthon anno ætatis suæ sexagesimo tertio cum in Inlustri Inlustrissimorum Saxoniæ Ducum Academia Wittenbergensi, docendo ac scribẽdo annos ferme quadraginta duos consumpsisset, vitam cum morte commuta-

mutauit, ex innumeris autem clarissimorum virorum super eius obitum conscriptis Epitaphiis (ex quibus præcipui sunt Ioannes Mathesius, Ioannes Maior D. Georgi⁹ Sabinus, Ioãnes Stigelius, Matthæus Collinus, Martinus Crusius, Michael Beutherus, Stephanus Zierlerus, Carolus Hugelius, Ioannes Posthius, Ioãnes Bocerus, Henricus Mollerus, Ioannes Gigas, Franciscus Raphael, Sigismundus Schorckhelius, Ioannes Lauterbachius, Ioannes Schosserus, &c.) vnicum duntaxat Ioachimi Camerarii viri Clarissimi P.M. huic pagellæ interserere placuit: 1560.

Vitam fortunasque suas studiumque laboris
Quique operæ sanctam, consiliique fidem
Impendit diuina tuis Ecclesia rebus
Teque pius variaiuuit & auxit ope:
Hac in parte sibi post mortem structa Melanthon
Communi in luctu busta Philippus habet.
Quæ templi foribus magni vicina Lutheri
E regione solum quod tegit ossa, videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
Bretta palatini limes amœnus agri.
Vnde propinqua petens adiit bonitate suorum
Diuersa Aonidum templa sacrata loco.
Ludus cum puerum accepit Phoronidos, vrbis,
Heydelbergiaci mox Schola Gymnasii.
Doctrinæ hinc fecit iuuenem alma Tubinga magistrum
Eximium laudis gessit vbi ille decus.
Inde triumphator monachorum Capnio iussit,
Albidos hunc ripam visere Saxonici:
Tunc noua Dux Fridericus vbi collegia Musis
Romani fundans Ensifer Imperii:

Vide Germaniam Ægidij Periandri pag. 749.

1560. Vndique conductis præstanti laude parabat
Artis & ingenij reddere clara viris.
His socio ipso annis viginti octoque Lutheri,
VVitembergiaci res fuit ampla scholæ:
Quam septem bis adhuc prouexit deinde gubernans
Fluctiuagam vt vastum per mare nauta ratem:
Heu tempestates quas hic perpessus, & ad quam
Sæuos hæc scopulos acta carina fuit:
Quantum externi odij, quantum inuidiæq; suorum
Ingratorum hominum, quæ maledicta tulit?
Ipse tamen, quamuis reflantibus vndique ventis,
Directum est, retinens vera, secutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turbæ
Nec vulgus strepitu mouit inane suo.
SVMMA PETIT LIVOR. Nemo hunc superare nisi ipse
Posset, si studiis ocia suppeterent.
Ista sub obliquo norunt quoque sole locati,
Quique sub opposito forsitan axe iacent.
Scripta sed illius memorabilia inter, & acta
Plurima quæ solidæ nomina laudis habent.
Vnum opus eximium est, fidei confessio sancta,
Ante tuos Cæsar Carole lecta pedes.
Languida quæ Christi iamdudum Ecclesia nitens
Cursum audet vultus tollere læta suos.
Concurrant inimici omnes licet vndique, hic vnus
Confutare potest dogmata falsa liber.
Ac tua nunc terris floret bona fama Philippe,
Viuit & æternum spiritus ante Deum.
Corpus at exanimum tumulo hoc requiescit humatum,
Condecorant grataque quem monumenta scholæ:
Ille quod expletis senio, curisque grauatum
Sexaginta annis exuit atque tribus:

Sic,

Sic, morbo ut paucis nisi debilitante diebus, 1560.
Muneris officium fecerit omne sui.
Atque olim æthereas veniet reuocatus in auras,
Integer, & mortis liber abinde malo.
Sancte vir, & salue Pater optime, te tua semper
Nos soboles merita religione colet.
Doctrinæ nobis veræ es doctor & author,
Hæc tua clara ætas munera lucis habet.
Salue iterum, atque iterum, tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honos.

IOACHIMVS CAMERARIVS.

PHILIPPO MELANTHONI, SACRARVM LITTERARVM SOLERTISSIMO ET FIDELISSIMO EXPLICATORI, VERITATIS COELESTIS PATRONO INPRIMIS STRENVO, OPT. DISCIPLINARVM ET ARTIVM CVM INSTAVRATORI, TVM CONSERVATORI: QVI OMNEM DOCTRINAM, QVASI VAGAM ET DISSIPATAM COLLEGIT, ET AD CERTAM RATIONEM REVOCAVIT: VIRO, PIETATE, STVDIO PVRAE RELIGIONIS, SAPIENTIA, VIRTVTE, HVMANITATE, BENIGNITATE ERGA OMNES PRAESTANTI, FELICITER ET SANCTE MORTVO XIIII. CAL. MAI. CVM VIXISSET ANNOS LXIII. M. II. D. II. H. I. IN ACADEMIA VVITTEBERG. CVI ILLE TOTIS ANNIS XLII. OPERAM NAVASSET, H. M. P. C.

1560. *Captiui Blæsiani & Cæsarodu-niani ex cu-stodia au-fugiunt.*

Tumultu Ambaxiano sedato & seditionis au-
ctoribus eorundemque asseclis sic, vt diximus, puni
tis, captiui qui Blæsis adhuc in vinculis detineban-
tur, postquam repetitis vicibus interrogati, qui-
dam vero ex illorum cœtu tormentis subiecti fuis-
sent, funes sibi clanculum comparant, & clau-
stris refractis fuga sibi prospexerunt. Similiter Ro-
bertus Stuartus & Anselmus Subsolius & alii ca-
ptiui Cæsarodunani ex carceribus singulari in-
dustria ex astu euaserunt, excepto fani Aniani præ-
fecto: is enim dum fugam moliretur, concidit, &
vehementer quassatis membris rursum carceri in-
cluditur. Qui autem fuga elapsi fuerant litteras lu-
dibriis refertas ad Cardinalem Lotharenum retro-
mittunt, in quibus significabant se admodum do-
lere fugam captiuorum Blæsianorum, quocirca se
Cæsaroduni adeo fuisse commotos, vt ipsi quoque
ex carcere prosiliissent hunc potissimum in finem,
vt fugitiuos istos insequerentur; quibus assecutis
spondere se, quod eosdem maiori comitatu ad Car
dinalem adducturi sint: quibus homo per sese me-
ticulosus, permotus vt Regi, noui edicti propo-
nendi, auctor fuerit, Missum igitur rescriptum Re-
gium, quo continebatur omnium ob religionem
perpetratorum factorum venia, adnexa hac prote-
statione: nollo videlicet Regem regni sui primor-
dia, suorum subditorum, quamuis optime cõmeri-
torum, miseris cædibus esse insignem, malle vero
econtra, secundum exemplum patris cœlestis, sub-
ditos ac clientes suos bonitate ac misericordia, quã
seueritate & pœnis in officio retinere: Se ergo oẽs
omnium præteritarum noxarum, pro negotio Re-

ligionis, pœnas condonare & generalem delictorũ veniam impertire singulis & vniuersis, hac tamen cum cõditione vt ij qui hoc beneficio & misericordi ista indulgentia fruerentur, ad Romanæ Ecclesiæ cultum reuerterentur. Is quippe timor Cardinalem hominem alioquin conscientiæ ancipitis occupauerat, vt se erga reformatæ religionis cultores tum temporis mitem quodammodo præberet & nonnullos etiam verbi diuini pastores perquã clemẽter audiret, qui de cõtrouersis Sacro-Sãctę Scripturæ articulis libere cum illo colloquebãtur, quod ẽt in Colloquio ingenuè fassus & palam testatus est se Lutheranis multis in negotiis assentiri. Mense Maio Momorantinum itidẽ edictũ, à loco sic dictũ, promulgatum est, in quo duas res sibi imprimis curæ esse Rex testatur, pietatem videlicet ac vniuersi regni tranquillitatem, & primo capite decernit vt cognitio de Sectariorum crimine penes Episcopos maneret, q̃ summa prudentia ab Hospitalio regni Cãcellario factum esse istius æui scriptores memorant, qui cum violenta Guisiorum aura abreptus in administratione ciuili cursum rectum tenere haud posset, mutata velificatione id dumtaxat assecutus est, ne ad inquisitionis Hispanicæ scopulos nauẽ illideret, sed eos sinus sine certo Reipublicæ detrimento tutus p̃ternauigaret: Quod vero ad alterã edicti partem attinet, ne quis p̃ conciliabula aut alias clandestinas coitiones prohibitas de Religionis negotio, seditioso modo, differeret, armatamq́; militum manum cogeret, præfectis iuridicis & inferioribus Magistratibus iniungebatur, vt in sontes publicatis prius damnatorum bonis dili- 1560.

gentem

1560. gentem ac sedulam inquisitionem instituerét, sed ne forsitan calumniis ansa praeberetur, addebatur in edicto eodem vt calumniatores talione plecterentur, iubebantur insuper Ecclesiarum pastores, vt ad curam suę fidei commissi gregis diligenter attenderent, & haesitātes suorum animos praesentia, bono exemplo, incorruptis moribus, ac sincera verbi diuini annunciatione, confirmarent. Eadem etiam prorsus via statutum vt priuati consilii virorum & ordinis Equestris conuentus, de conquirendis ad sedandas perturbationes, propediem Fontisbellaquaei indicerentur, quae tamen omnia ad libertatis & reformatae religionis cultorum interitum & perniciem tum temporis parabantur. Catharina enim Regis Francisci mater, vt vtriusq; partis homines foueret, & vtrimque, quod sibi vsui profuturum sperabat, decerperet, Ammiralium in aulam accersi mandat, eius enim fidem sibi maximum esse fulcrum testabatur: qui cum comparuisset, rogat vt ingenuè quid videlicet de praesenti rerum facie, turbis earundemue remediis sentiret, sibi explicaret: nec petitioni Reginae defuit Ammiralius, siquidem absque vlla cunctatione intrepido spiritu respondet, vnicam & principalem omniū istorum turbulentorum motuum ac seditionum causam esse potissimum, quod Regiae stirpis Principes honore, qui ipsis prae omnibus aliis optimatibus iure competeret, spoliarentur ac tantopere aduersus reformatae religionis asseclas saeuiretur: remedia autem haecce longe saluberrima profutura, si nimirum secundum priscarum legum consuetudinem & auctoritatem Comitiorum Regnū

admi

1560.

administraretur, vnicuique debitus honor tribueretur, omnibus conscientiæ libertas relinqueretur ac denique si hocce de negotio vniuersale ac liberum concilium conuocaretur: In aulam circa idẽ tempus se quoque receperat Condæus vt Guisios interciperet: Licet autem illi maximum inde imminet periculum, nihilominus tamen propositi tenax totum istud negotium miro astu occultabat. Cum autem Guisii & Connestabilem quoque huic coniurationi immiscere conarentur, eius familiaris Planchæus nomine, Guisiorum instinctu, à Regina in aulam vocatur, quo cum peruenisset, Regina remotis arbitris (Cardinale autem Lothareno sub aulæis latitante,) perturbationum omnium, quibus regnum summa etiam cum pernicie inuolueretur causas & remedia ab ipso exposcit. Cum vero Planchæus, ob periculi magnitudinem primo ignorantiam prætenderet, Regina instando, vt ei morem gereret, eum adhortata est: Quamobrem Planchæus, duas nimirum in regno factiones esse respondet: primam Reformatorum, secundam Politicorum: quorum illi pro intolerabili afflictione Religionis, si vero pro regni administratione, (quam, spretis & posthabitis, etiam contra antiqua Regni instituta, Regii sanguinis Principibus, Guisii sibi soli arrogassent,) communia subirent pericula ac ob id ipsis etiã Guisiis vehementer succenserent: Primam itaque factionem facilimè componi si pietate atque eruditione clarissimorum virorum congregatione facta, de controuersis SacroSanctæ Scripturæ articulis ex norma ac regula diuinæ veritatis, vtrimque diiudicaretur: ad secundã

Condai i[...] aulam a[...] uentus [...] Planchæ[...] cum Re[...] na Collo[...] quium.

autem

1560. in Prouincia exorta est, quam mox etiam intestinum bellum subsecutum esset, nisi Archiepiscopus & eius Collega Christophorus Megalopolensis tamquam mediatores siue arbitri, huic negotio sese interposuissent: verum dum conuentus peraguntur, Mosci hac captata occasione in Harriam denuo impetum faciunt locisque vicinis ac regione passim direpta Lechoniam inuadunt: Cumque Philippus Schalus Princeps ordinis ac cæteri sodales Collegii cum Liuonum exercitu, Moscis obuiam progressus esset, ab iisdem vna cum reliquis ducibus captus & Moscam abductus est. Exeunte autem Quinctili Mosci Vellinum arcem, quam Guilielmus Furstembergius, ordinis tum temporis Magister, tutum quasi senectutis suæ perfugium reposuerat, oppugnant, subiectũ oppidum exurũt & tandem, cum præsidiarii ob non soluta stipendia in vrbe tumultuarentur, per deditionem, expugnant: Perfidia autem ista militum, qui adfectata seditione, Furstembergii & nobilitatis circumsessæ thesauros ex cistis vi diripuerant, ab hoste rursum vlta fuit, omni enim gaza iterum spoliati & magna ex parte trucidati sunt. Qua victoria inflati Russi venerandæ senectutis Principem in Moscouiam captiuum deducunt & tripartito agmine pars arcem Vitemstenium, irrito tamen conatu, obsidione cingunt; pars circa Vendam & Volmariam ingentes prædas exercent: alii denique per agrum inter Reualiam & Pannoniam iacentem, qui Magno Duci Holsatiæ tunc parebat, discursiones faciunt. Reualienses itaque quotidianarum istarum excursionum pertæsi, cum nulla sibi

ab Im-

ab Imperio auxilii spes speranda nec in suis viribus positum esset tam potentē hostem profligare, missis legatis ab Erico nouo Suecorum Rege mutuam pecuniam postulant: verum Ericus cui tanta pecuniæ summa, ad negotium istud conficiendum non suppeteret, & nihilominus, tam opimam dilatandi fines suos occasionem sibi, ex manibus quasi eripi nollet, hac lege se Reualiæ patrociniū suscepturū affirmabat, si videlicet ciuitas potestati ipsi⁹ se submitteret; quæ res licet ab initio oppidanis durum videretur; nihilominus tamen cum vndique durissimo necessitatis iugo ab hoste quotidie premerentur, nec se tantis ex miseriis ac calamitatibus extricare possent, omnem rei seriem cum vicina nobilitate communicant, quo facto à Liuoniæ Magistro deficiunt & Sueco imposterum fidem & obsequium pollicentur. 1560.

Tertio Non. Mart. Albertus Comes Mansfeldius, Doct. Martini Lutheri Mecœnas ac fautor eximius ex valle hac miseriarum in cœlestem migrauit patriam, cum annos LXX. vixisset & Rempublicam per integros LX. annos summa cum laude administrasset. Cui aliquanto post Andreas Auria miles iste bellicosissimus ac famosissimus morte sua successit, cum annum ætatis suæ fermè nonagesimum tertium attigisset. Fuit autem Auria iste eximia erga Deum pietate & largam bonorum suorum copiam in pauperes & constructionē templorum erogauit: proxima secundum Deum ei patriæ charitas fuit, cui imitatione & exemplo Octauiani Fulgosii non solummodo libertatem restituit, verum etiam eamdem sartam tectamue cōser-

Mors Alberti comitis Mansfeldii.

Andrea Auria.

Eiusdem pietas.

Charitas erga patriam.

1560. uauit. Quãuis ẽt postmodum eiusmodi tẽpora incidissent, q̃ illũ iure à priori sententia auellere potuissent, nihilominus tamen in proposito suo cõstãter pseuerauit, q̃uis ter aduersæ cõiurationis appetitus fuisset, nequaq̃ insup ad id quoq; adduci potuit, vt Hispanis de instauranda arce ac psidio vrbi (Genuæ) imponendo consentiret: Tẽperantia itidẽ in eo summa fuit siue ad victũ siue ad voluptatẽ respicias: licet n. à ieiunio suo natura esset auersus, bis tantũ in die cibũ capiebat nec nisi bis bibebat, & id quidẽ adeo moderatè vt tertiam aquæ partem vino semper immisceret: voluptatibus autem muliebribus, quibus homo firma ac integra adhuc voluptate admodum fuit deditus, ita vsus est, vt earum parandarum aut percipiendarum gratia, grauiora negotia nullo vnquam tempore, intermiserit: sed munificentia ac liberalitas in eo præcipua fuit, cuius rei locupletissimum præbet testimonium principatus Melfiæ, quem priuigno suo dono dedit non sine occulta, tum temporis, offensione Caroli V. Cæsaris, cuius liberalitate principatũ illũ acceperat, insolita illa & supra priuatum modum, elata magnificentia, suam liberalitatem sugillari autumantis: ędificia quoq; amplissimis sumptibus exstruxit imprimis vero ędes suburbanas, in quibus Cæsarẽ ac Philippum eius filium vna cum Maximiliano Rege Bohemiæ & Maria vxore Cæsare non dumtaxat semel sumptuosissima ac regali prorsus pompa excepit: his adde copiã triremium, quadriremem denique & quinqueremem, quas noua atque inaudita istius artificij industria fabricari auroq; & argento ad stuporem vsque intertexi

Temperantia.

Liberalitas & munificentia.

[illegible] ædificandi.

curauit: quin ẽt D. Matthæi tẽplum magnifico ac sũptuosissimo apparatu instaurauit in eoq; Odeũ magnificum exstruxit, sub quo sibi cellã cum sepulchro posuit, eamq; marmoreis columnis ac picturis excellẽtissimis cõdecorauit: Sacerdotib⁹ quoq; in eadem missificantibus & sacra facientib⁹ annuos reditus attribuit: honores vero & fortunæ suæ amplificationẽ, nisi q̃ p leges & salua libertate Patriæ nancisci potuit, prorsus auersatus est, magnitudinemq; animi in ea re potissimum ostendit; cum & iustos honores paruifaceret & infamiam iniustam contẽneret & à vulgi opinione pẽdere turpe, conscietiæ verò ꝓpriæ diffidere, omni ignominia acerbi⁹ duceret: De cæteris parcus sui laudator; neq; libenter ab aliis se laudari patiebat̃, vt in incessu sic & in grauitate nõ arte q̃sita, sed insita ꝑpetuoq; tenore vsus, iuris & æqui, ac deniq; veri ita diligẽs, vt ne ioco quidem mentiretur: decoris ac dignitatis, quæ vitæ semper in eo maius studium fuit: pro aliis ferè assidue pro se raro Principum aures fatigauit, interdũ vero stomachosior atq; ad iram prõptior, sed ita tamen vt in momento quasi rursum placaretur: tot tãtasq; inlustres virtutes, iisdem digna fortuna subsecuta est: Sexies n. diuersis sub Principibus summus expeditionũ naualiũ atq; interĩ terrestriũ Imperator extitit, magnasq; eorũ auspiciis victorias reportauit: eoq; solius virtutis ac prudẽtiæ adminiculo sustentatus ascendit, quo plærique omnibus et naturæ dotibus ꝑditi, aut alioqui ciuium suorũ fauore opibusq; ac factionibus subnixi, peruenire nõ potuerunt. Iter faciẽs gladium numq̃ cinxit & in ꝓlio cinctum, raro, fortunæ semper victricis, beneficio

1560.

Honorum contẽptus.

Animi magnitudo.

Irã cũ placabilitate coniuncta.

Fortuna bellica.

1560. nequaquam strinxit: Vnum autem est, quod ei vitio & fortassis nō immerito datur, quod longo post Fliscanam coniurationem tempore & sæpius elusus, summa constantia & moderatione animi, eius reliquias, erga Othobonum Fliscum Ludouici fratrem, ad Herculis portum à Meleniano captum & sibi deditum minus clemēter victoria vsus sit: Parta deinde patriæ libertate ob summa merita Reipub. gratia, summum Magistratū adeptus est, quo rationum à cæteris Magistratibus reposcendarum ius habebat, quem perpetuo ita administrauit, vt numquā ad cuiusquā iniuriā, parce & moderate ad bonā disciplinæ conseruationē, eo sibi vtendū existimaret. Tandē cum absq; liberis viueret, in Ioannem Andreā Ianetini filium omnē auctoritatis suæ spem reposuit; eique Tursinæ ciuitatis ditionē grauì ære alieno obligatā reliquit, ac per Antoniū Pisanū Cubiculariū sibi fidum (nā tum cum animam ageret, aberat) renunciari curat, vt in Deum spes ac vota sua omnia coniiceret, & post eum, libertatē ac salutem patriç omni ope atq; sanguine proprio sibi tutandam proponeret. Condito testamento, q̄ eo mortuo à Ioanne Figueroa & Adamo centurione prolatum ac recitatum est: Inter cætera autem cauit vt noctu sine vlla pompa funeris humaretur, quod etiam à domesticis suis sedulo præstitum est: Postquam vero Ioannes Andreas sextum post diē in vrbē reuersus esset, Genuēses amplissimis in maiore vrbis tēplo, magna pōpa celebratis, ciui de Republica optimè merito hoc saltē insigni, grati animi, testimonio parētarūt: de quo tale carmē vna cū ipsius ad viuum expressa effigie hodie circūfertur:

Vitia.

Sūmi Magistratus laudatissima administratio.

Testamentum.

Ex. tandē exequiæ amplissimæ.

Aeolios

Æolios qua quis possit contemnere ventos
Et maris irati qua queat arte minas:
AVRIA monstrauit, pradones aquore vasto
Perpessus nulla qui ratione fuit:
Qui patriamque diu concussam turbine belli
Asseruit, paci restituitque sua.

1560. *Vide Mussaum Iouianum eiusdemue Icones lit. q. 3.*

Ad perturbationum Gallicarum seditiones prouidendas Rex Franciscus omnes omnium ordinum Equites ac consiliarios cogit, breuiterq́; indicata illius conuentus causa, mandatis exponit, quæ videlicet tum temporis Regno Galliæ potissimum imminere conspiciebantur. Indicto icciřco tẽpore consiliarii Regni intimi & Equestris dignitatis viri conueniunt: vbi Rex cõuentus istius causam non solũmodo breuibus indicauit, verũ ẽt seuere mãdauit vt absq; vllo impedimento suã quisq; sententiã libere pronunciaret, cætera siquidẽ à Cãcellario & Guisiis prolixiꝰ explicatũ iri. Quo pacto Cãcellarius vberiore narratione Regni statum abunde explicat. In hoc ꝑcipue inuigilandum vt tãti morbi Galliæ laborantis causę inuestigarẽtur, facilius siquidẽ causis cognitis, remedia expeditum iri. Hunc in finẽ coactũ fuisse potissimum illũ cõuentum, vt nõ solum de mali istiꝰ passim grassantis causis, verũ ẽt de remediis, q̄bus cõmode iisdẽ occurri possit, cognosceretur. Posthac Guisius administrationis exercituum, Cardinalis vero rei pecuniariæ publicæ rationes breuibus significant. Hæcq; primo die acta & actitata fuere: Postridie illo in loco rũrsũm cõueniunt, vbi à Cãcellario iussu Regis singuli, ad dicẽdã suã libere sententiã, monentur, imprimis autẽ cõsiliarii priuati primo iubẽtur, quorũ

Deliberatio consilij priuati de remediis Gallicorũ tumultuũ.

1560.

Reformatæ Religionis cultorũ libelli ad Regem supplices.

exẽplo cæteri eò melius & maiori cũ alacritate respõdeant. Itaq; Ianus Mõlucius Valẽtinianus, Episcopus Cõsiliariorũ postremus sententiã suã prim⁹ dicere iubetur: hinc Gaspar Castilloneus Ammirali⁹ surrexit Regeq; officiosissimè salutato, eidẽ duos libellos supplices, à Reformatæ Religionis cultoribus cõscriptos porrigit, q ex mãdato Regis in puncto pleguntur, quorũ hæc fermè erat sentẽtia, sese nimirũ captata cõmoda ac popportuna hacce occasione, suas petitiones, summa animorũ demissione, ad Regẽ deferre, eumq; summoperè orare atq; obtestari, vt maximã partẽ suorũ subditorũ (qui ob cultũ puræ ac syncerę Religionis passim locorũ in Regno Galliæ malè indies mulctarẽtur) clemẽtiæ suę oculis respiciat: ab ipsis n. nihil aliud quęri, q̃ vt ipsorũ Religio ac doctrinæ cõfessio ad amussim diuinæ veritatis examinaretur & tãdẽ de eorundem causa accuratius imposterũ iudicaretur, quo oẽs omniũ ordinũ homines cognoscerẽt illos ab hæresi & insimulata seditione esse alienissimos: quocirca sese hoc modo oppressos ad Regiã Maiestatẽ supplices confugere, vt acutioribus, q̃ antehac, oculis causam suã inspiceret & interim à sæuitione desisteret, qua ipsorũ sanguine oẽs Regni plagas cõtaminasset: velit insup eosdẽ cõtra tyrannidẽ ac crudelitatẽ q̃plurimorum iudicũ (q nõ habita ratione pacis, sed cupiditatibus ac propriis suis libidinibus inseruiẽtes, innocentum hominũ sanguine manus suas crudeles cõmaculassent) defendere, quo nomine se illũ verè Regem agnoscere, suo patrocinio corpora ac fortunas oẽs cõmittere, & deniq; ipsum pro portu & asylo quopiã habere, corã Deo & ipsi⁹

Maie-

Maiestate testantes, se numq̃ aduersus Regiã Maiestatẽ aut Regni statũ q̃cquã hostiliter molitos aut ẽt imposterũ cõtra debitã obedientiã vmquã moliturosesse; Quodq; illis vitiorũ licentia atq; delictorũ impunitas obiiceret, testari, sese horum minimè cõscios, sed potissimũ obtestari vt illis interim auditus verbi diuini Sacramentorumq; pceptio permitteretur, & (ad remouendã omnẽ, propter clandestinos conuentus, suspicionem) templa publica cõcederẽtur. donec à concilio res accuratius diiudicaretur. Hisce libellis perlectis Ammiralius, Regẽ, vt id deteriorẽ in partem non interpretaretur, demisse rogauit, q̃ respondit se qualiacunq; hæcce non dumtaxat meliorẽ in partem interpretari, verũ ẽt ipsius meritorum cõperta habere testimonia: quibus dictis Episcopus Valentinianus ad dicendam suam sententiam, ab eodem, adhortatur. 1560.

Episcopus vero in hanc fermè sententiã responsionẽ suã adornauit: Fuisse nimirũ Diocletianũ dicere solitum, q̃ misera sit Principum conditio, ab iis enim, quibus vnis fidem haberent, illi sæpissimè fallerentur: & id hac potissimum de causa fieri, quoniã illi à Reipublicę administratione longius semoti & voluptatibus suis quasi immersi essent. Regi aũt hoc nequaquã obuenisse, cui, ad vitãda ista pericula, à Reginæ prudentia & Guisiorum accurata solertia optimè prospectum sit: Quorum ẽt prouidentia multæ ac periculosæ iam exortæ seditiones cõprimerẽtur. Cum itaq; coniurationes istiusmodi magna ex parte sedatæ sint, velle Regẽ sibi de futuro pcauere & hunc in finẽ cœtum hunc splẽdidissimũ, ex tot viris bonis & Regis Regniq; vniuersi vti- *Valẽtiniani Præsulis sententia.*

1560. litatis studiosissimis constantem, cōgregasse. Eam nimirum esse in vniuerso Regno confusionem tristemque rerum faciē, vt ab Esaia Propheta expressius non describi posset: Doctrinam vero istā, quæ hominum inuicē animos ita diuulsisset, nō à duob⁹ ab eo annis esse seminatam, sed plus minus quadraginta publicè prædicatā idq; à viris ac verbi ministris rerum Theologicarum & Sacrarum Scripturarum peritissimis, qui populum sine pastore vagum repientes nō solummodo auditi & recepti fuerint, verum ēt in Christi Ecclesia magnos progressus eximiaq; incrementa fecerint, eādemq; lōge lateque postmodum propagauerint. Ad impediendā aūtē istā Romanos Pōtifices plurimum desudasse, imprimis aūt totis viribus in id incubuisse, vt inter Reges ac Principes discordiā sererēt: Reges vero pio zelo motos ac edictis quidē & atrocitate pœnarum istas opiniones conuellere conatos fuisse, sed incassum prorsus laborasse: Iudices siquidē Regiis edictis abusos & sæpenumero ea executos fuisse, quo illis gratificarētur, q de ipsorū ēt cōsilio cōfiscationē petierāt: Ita minimè cuipiā mirū videri debere malarū istarū administrationum infelicē exitū, alia ex parte Episcopos negligētes fuisse nec vllā de cōmisso fidei suæ grege curā egisse, sed dumtaxat in id vnicè fuisse intētos, vt reditus suos annuos amplificarēt: quos tamen luxuriosissimè rursum profudissent, adeo qdē vt quadraginta Episcopi Lutetiæ Parisiorū vna cōspecti quodā fuerint, q voluptatibus suis tādiu indulsissēt donec ignis in ipsorū diœcesib. exarsisset: tradi insup Episcopatus pueris adhuc infātibus, imo q execrādū facinus, nōdum adhuc natis homi-

Querela de Episcoporū mala administratione & negligentia.

hominibus quoque indoctis & imperitis asinis qui officio suo minime fungerentur, nec etiam id recte possent, nec, si possent, vellent: Ita nimirum Ecclesiarum lumina esse prorsus excæcata: Harum perturbationum exoptatissimam occasionē sectarios ministros minime neglexisse, sed ambab. quasi vlnis exosculatos esse, nec, ad reconciliādum sibi populum quicquam omisisse. Curatos etiam ac auarissimos homines pessimis artibus consecuta sacerdotia mordicus retinere, imo Cardinales & Episcopos, quod maximopere dolēdum, famulis suis, vtpote coquis, hippocomis opima sacerdotia contulisse: hinc clerum & Ecclesiasticæ dignitatis viros in contemptum incidisse. Ad tantam autem Ecclesię cladem auertendā vnicam & firmissimam esse rationem *AD DEVM CONFVGERE*, qui, iusto suo iudicio accensus, cleri ruinam, vt olim Iudæorum, maxime parare videretur. Itaque penes hanc compendiariam viam quoque, ex omnibus regni prouinciis, viros pietate atq; eruditione inlustres conuocandos esse, qui ad extirpanda vitia viam ac rationem præscriberent: Regi porro prouidendum ne Dei nomen, vti hactenus, polluatur: Sacræ vero scripturæ pure ac syncere exponantur, in suis etiam ædibus quotidianas habēdas esse conciones, ad obturanda illorum ora, qui verbum Dei in aula Regia numquam exaudiri, non sine ingenti calumnia, mentiantur. Vos vero Reginæ (inquiebat Episcopus vlterius) date mihi hanc veniam, obsecro, si audeo vos orare, vt efficiatis, vt omnis vester comitatus, loco obscœnarum cantionum pios ac sanctos in Dei omnipotētis laudem canat:

[Margin: 1560.]

[Margin: *Regis & Reginarum officium.*]

1560. " Scitote enim Deum nullum cœtum approbare in
" quo non ex puro corde inuocetur, laudetur ac ce-
" lebretur. His & multa adhuc alia adiiciebat quibus
" probabat dissentaneũ à ratione esse, Dauidicorum
" Psalmorum cantiones lingua vernacula vetari, q; si
" vero eorum interpretatio, quæ tum temporis cir-
" cumferebatur, non probaretur, satius esse errores
" notare, q̃ totum opus ita reiicere. Et quidem non
" solum in publicum Ecclesiarum, sed in priuatũ ac
" quotidianum vsum psalmos istos compositos esse
" asseuerabat, quocirca ex istorũ ꝓhibitione quam-
" plurimos ad seditionẽ ansam arripere; & iam non
" hominib. sed ipsi videlicet Deo bellũ indici, q condignis suis laudib. pessimũ in modum, malo totius
" Ecclesiæ exẽplo, priuaretur. Proximum aũt remedium, quo tam tristi rerũ faciei obuiam iretur, esse generale Concilium, quo Patres, ad componendas Ecclesiæ controuersias, semper vsi sint. Quare se ẽt lynceis oculis videre neutiq̃ posse, quo pacto Romanus Põtifex in diuersimoda ista opinionum varietate, cõsciẽtia tranquilla frui possit, vel ẽt ad horulæ quidem spatium in vtramq;, vt aiũt aurem indormire, cum tamen tot animarum perditionem quotidie oculis suis intueatur, nec tamen iisdem malis, remediis necessariis occurrat, posito vero vt Generale istud Concilium impediretur, non defuturum tamen Regem suo officio, si more maiorum suorum imprimis autem Caroli Magni & Ludouici filij sui, nationale Concilium conuocauerit: Doctiores autem sectariorum ad id concilium conuocandos esse, illisque ex aduersa parte eruditissimos quoq; viros opponendos, qui inuicem de contro-

Concilium generale quid conuehat.

uersis

uersis sacrosanctæ scripturæ capitibus differerent; 1560.
Idem fecisse Cōstantinopoli Imperatorem Theodosium contra Arrianos & Macedonianos (licet illi à Concilio Niceno & aliis iuste condemnati fuissent) & postea acta istius corā ipso habiti colloquij in publicum emisisse. De pœnis vero ac suppliciis hactenus multis illatis, hoc suū esse iudicium: Doctrinam illam varie à variis hominibus receptam: Quosdā vbi primum auditā nec vllo modo examinatā doctrinam illam amplexos, hoc vnū satis fuisse nosse, non audiendā esse Missam: carnibus vesci licere tēpore quadragesimali: auricularē cōfessionē minime obligare: licere de presbyteris male loq: armis illos Religionē suā imprudenti sane consilio voluisse defendere: ac tandē sub specie Religionis seditiosos euasisse, eos nequaq̄ esse excusandos. Si.n. isti hoēs Christianorum nomen recte profiterent, vtiq; procul dubio, meminissent mandare Apostolos *orare pro regibus, obedire iisdem infidelibus licet & tyrannis*: nec vnq̄ grauissimis ēt sub persecutionibus, in Ecclesia vllum fuisse repertum, q armis religionis suæ negotiū tutatus sit: Hisce vero temporib. tale gen' hominum reperiri, qui amplexam hanc doctrinam retinerent ea quidē in Deum pietate, vt nulla in re neutrum offensum nec violatum vellet. Illorum & vita & morte perspicuum esse, eos vnico salutis viæque, qua ad illā perueniretur, studio teneri, plane sibi persuasum habentes se rectam viam inuenisse, & ob id nullum se vitę ac fortunarū iacturā reformidare: quocirca aliorū numero illos ipsos eximendos qui professam suā doctrinā male vsurparent, nec inter seditiosos cōnumerādos esse:

hacte-

1560. hactenus quidem satis superque compertum fuisse, quod pœnæ & supplicia, licet etiam grauissima, ne hilum quidem, profecerint: Sed potius ex aduerso, ipsorum, etiam mediis in flammis demõstratam, patientiam multos ad patrocinium ipsorum causæ, impulisse, & perinde factum vt multi, etiam istius confessionis plane ignari, ad expiscandam istam doctrinam, incitati sint, qui capti, communia postmodum ꝑ noua ista doctrina pericula subierint. Porro reuocare se sibi in memoriam primo trecentos & octodecim Episcopos Concilij Nicæni: Secundo centum quinquaginta Concilij Constantinopolitani: Tertio Ducẽtos Ephesini: Quarto sexcentos & triginta Chalcedonensis, qui nullis aliis armis, contra Arrianos, Macedonianos, Nestorianos, & alios hæreticos blasphemiæ in sacrosanctam ac indiuiduã Trinitatem conuictos, quam *SOLO VERBO DEI*, vsi sunt: Insuper Christianissimos ac pientissimos Imperatores Constantinum videlicet, & Valentinianũ, Theodosium ac Martianum, sectarios non grauius mulctasse quam exilio. Quod autem ad clandestinos istos cætus siue occulta cõuenticula attinet, fuisse sane ista propter imminẽtia pericula grauissime prohibita, Regemque adeo edictis suis hac in parte satis superq; prouidisse: ad quæ se nihil addere modo eumdem; bona tamen cum ipsius gratia, in sumendis suppliciis æquum esse iubere, locique, temporis itidem ac cætus conuocati rationem prudenter habere, serio rogare. Hæc ille.

[H]æretici [o]mnib. olim [a]rmis ab [E]piscopis [o]ppressi & [c]onuicti [s]int.

Post hunc Episcopum Valentinianum, Episcopus Viennensis, Carolus Marillacus nomine sen-

[C]aroli Marillaci Episcopi Vien-

tentiam

tentiam suam dicere iussus est qui rogatus senten- 1560.
tiam suam sequentibus hisce verbis complexus ...nensis sen-
est: Quamuis ea res, inquit, quæ nobis ad delibe- tentia.
randum proposita est, longas ac perquam difficiles
rationes habeat: quod illa nimirum indetermina-
ta sit & generalis, ideoq; minus ad concludendum
expedita, cum oporteat à generali & communi ra-
tione ad particulares deuenire, in quib. disceptan-
dis iudiciorum diuersitas magnam opinionum (vti
verisimile est) varietatem adferet: hoc tamen in re-
rum omnium disceptatione ratum tenendum est:
Post longas nimirum consultationes aliquid certi
tamdem esse concludendum, nullamq; in Rerum-
publicarum administratione esse capitaliorem pe-
stem, quam opinionibus huc illuc fluctuare nihilq;
certi posse retinere ac statuere. Sin autem hæc re-
gula tam celebrata apud viros sapientes & à Regi-
bus, Rebuspublicis ac principibus, qui vmquam
vspiam floruere prudenter obseruata, nos ad illam
viam sequendam incitare debet: certe necessitas,
in qua versamur, nos in has coniecit angustias, vt a-
liter facere, etsi vellemus, haud possimus. Et quidē
quod omnes synceri iudicij homines fateãtur, res,
in eo, quo nunc est, loco remanere minime potest,
magnæque sunt & variæ in Regni istius initio, dif-
ficultates. Nec vero longiꝰ sermonem meum pro-
ducam, tumultus enim qui nuper, acciderunt, no-
uorum metus, multorum hominum indignatio &
querelæ, omnium denique trepidatio, nos incita-
re debent ad remedia mature prouidenda & expe-
dienda, quæ nos ab istis perturbationibus ac mise-
riis, magnam status mutationem minantibus, pos-

sint

1560. ,, sint tueri ac defendere, regnumq; istis temporibus
,, cõseruare, cum in eo, nimirum inter tot tempesta-
,, tes, incolumi defendendo nõn minor sit gloria, q̃
,, prospera fortuna, in nouo acquirendo: Et vt rem
,, breuiter concludam, existimo duas res quasi colu-
,, mnas esse, quibus Regij Status firmitas innitatur,
,, religionis videlicet integritatẽ & populi beniuo-
,, lentiam, quæ si stabiles fuerint, nihil de rerũ inco-
,, lumitatẽ pertimescendum sit: sin deiectæ (vt nunc
,, omnino metuendũ) magnas alti illius ædificij rui-
,, nas consequi necesse sit. Sunt ergo omnino confir-
,, mandæ ac stabiliendæ, vt ruinæ istæ impediãtur, &
,, quidem oẽs nostrorum consiliorũ rationes omnes-
,, que deliberationũ viæ eo conuertendæ, quo nos &
,, vtilitas impellit, & summa ꝓinde necessitas, cũ in-
,, de & Regi debita obedientia & populi conseruatio
,, omnino pendeat, q̃ res ita sunt cõiunctę, vt alia sine
,, altera nullo modo subsistere possit. Quod vero ad
,, necessitatẽ attinet, eam metiri oportet habita Re-
,, gis, præcipuorũ ipsi⁹ ministrorũ, qui sub ipsius im-
,, perio populum moderantur, & aliorum, quorũ est
,, obedire, ratione. Primo ergo Rex eo potissimũ re-
,, spiciat, ad q̃ rem sit vocatus, & cur tam magni po-
,, puli dominationẽ à Deo fuerit consecutus. Repe-
,, riẽt vero hãc vnicã esse causam, vt populũ sub Dei
,, cognitionẽ & obsequio retineat, eum bonis legib⁹
,, regat, armis protegat ac tueatur: In omnib. deniq;
,, rebus ita se publicæ vtilitatis studiosum præstet, vt
,, tamq̃ pater populi coli & diligi mereatur ac ꝓinde
,, cognoscatur Tyrannum vi, non legibus, dominari.
Inter Re- ,, In Rege ergo ꝓspicitur ordinatio diuina, Rerum-
gẽ & Ty- ,, publicarũ & humanæ societatis auctoris & custo-
rannum ,,

dis.

dis. In Tyranno vero, Diaboli impetus eũ finẽ peruertere molientis, in quẽ Deus Reges potestatesq; constituit. Inde efficitur illum ab omnib. amari & nonnisi à malis & legib. rebellibus odio haberi posse: hunc, q ab omnibus sine discrimine metuatur, omnib. item odio esse; veteri de prouerbio QVEM METVVNT ODERVNT. Itaq; Rex si velit amari & Dei mãdato satisfacere, subiectorũq; suorum obedientiã atq; obsequiũ retinere, necesse est Religionẽ stabiliat, populi querelas audiat, illisq; , perinde ac parẽs suis liberis, remedia adhibeat, cum potissimum eum in finẽ regnet nec aliter facere possit, nisi velit se Dei gratia, qua fatet' se regnare, indignum reddere: quemadmodũ & sacrarum historiarum & (ne longi' abeamus) domestica Gallicæ familię exempla abunde demonstrant. Primũ ergo vinculum q Regum obedientiã nectit ac confirmat est RELIGIO: q̃ nihil aliud est q̃ Deum nosse, vt decet, id est, ex ipsius volũtatis præscripto. Iam vero cum oporteat ipsum agnoscere rerum omnium opificẽ, auctorem atque conseruatorem: certe consequitur oẽs nostras actiones ad nominis sui gloriam referri debere: indeq; porro efficitur, necesse esse Religionẽ (quæ certissimum nimirum omnium humanarum actionũ ac verissimi erga suos Reges obsequij vinculum) fartam tectamq; conseruandam. Quoniam autem nostris istis temporib. vinculum istud dissolutum fuit, tum quorundam malitia atq; iniquitate, tum aliorum vecordia seculi deniq; nostri corruptione, certe iræ diuinę magna est demõstratio & qdẽ non longe defutura nisi prę̃sto subueniatur. Pręter.n. doctrinarum varietatẽ, quis vnquam

Margin: 1560 Verba afferens. Basis ac fundamentum Reipublicæ vera Religio.

vidit

1560. » vidit veterem Ecclesię disciplinam tam misere dissipatam adeoq; deiectam contemptam atque afflictam, errores adeo propagatos, scandala tam infinita, sacrificorum vitam corruptam ac dissolutos mores & tamdem tot tantosue populi tumultus? Huic malo vt subueniretur, vnicum remedium antiquum & vsitatum esse Concilium generale: quod quidem, vt satis constat, duabus omnino de causis minime expectari debet: Vna est non esse in nostra potestate efficere, vt Papa, Imperatori, Reges & Germani statim de tempore, loco modoque habendi Concilij, de tempore conueniant, in quib. rebus magnæ sæpenumero existunt controuersiæ. Altera causa est, eiusmodi esse morbum & adeo omnes Regni partes vrgere, vt longinquum remediũ nullo modo nec possit nec debeat expectari: perinde ac si quis cõtinua febri aut acuto alio quopiam morbo laborans, phlebotomiam aut præsens aliquod remedium requirat, non potest expectare, vt longe Medicus quispiam accersatur, magna aduentus certitudine. Ergo ad nationale Concilium recurrendum est: Rege etiam illud publice pollicito, istud conuocari omnino necesse est, tam propter necessitatem, quæ miseram Ecclesiam in hasce angustias redactã ita vrget, tum maxime quod nullæ causæ ex hoc tempore intercesserint, quæ illud institutum impedire possint: quin contra, quotidie nouæ subolescant, quæ ad hoc nos potissimum impellant, nisi velimus omniũ rerum nostrarum iacturam facere. Imperator Carolus Quintus nuper vita defunctus cum Bononiã venisset & de rebus Ecclesiæ cum Papa Clemente

collo-

colloqueretur, per Cancellarium suum de conuocando Concilio egit tum ad reformãdos Ecclesiasticorum mores, tum ad doctrinã quæ controuersa esset, cõponendam. Huic rei Papa vehementer obstitit, affirmans nihil opus esse Conciliũ conuocari, nec propter doctrinã, cum omnes nouæ opiniones à veteribus Conciliis sint refutatæ atq; damnatæ: nec etiam propter disciplinam Ecclesiasticam, quæ tam recte esset instituta, vt tantum opus sit decreta hac de re conscripsa obseruari. Imperator vero cum hoc responso minime sibi satisfactum esset excepit: fieri nimirum non posse, quin magni illi cætus, non magnas vtilitates adferant, tum ad malum, quod indies grassari posset præcidẽdum: tum ad ea instauranda atq; confirmanda quæ recte fuerint recepta, & quidem impediendum, quo minus illa desuetudine aboleantur. Atq; in ea voluntate, quo ad vixit, perseuerauit vt videlicet Concilium procuraret: Qua in re nullos maiores aduersarios expertus est, quam eos qui illum in hoc laudabili studio adiuuare debebant. 1560.

Quod vero, porro inquiebat, ad nationalia concilia attinet ex Regũ Gallicorum historiis initio, à Clodouæo ad Caroli vsque Magni tempus, facto & inde ad Carolum septimũ: comperitur sub omnibus Regibus habita esse: modo à totius Regni partibus, modo à dimidia ipsius parte: modo à quibusdam prouinciis: vnde vix vmquam nisi magnus fructus profectus sit ad morum doctrinarumque (vt facile corrumpi solent) reformationem. Non amplius ergo cunctandum est quin Maiorum nostrorum exempla ac viam sequamur: nec pertime-

Conciliorum Nationaliũ fructus ac vtilitas.

1560. » ſcendum vt nouitatis inſimulemur, cum tot ex-
» emplis præmuniti ſimus: nec quicquam aliud niſi
» ſummum bonum inde proficiſci poſſit, cum Deus
» Ter. Opt. Max. iis adſit qui ſub ipſi' auſpiciis con-
» ueniunt. Nec amplius differendum eſt, cum ita vr-
» geat neceſſitas, & feſtinatione admodum opus ſit:
» quemadmodũ futuræ deſolationis præſagia ſigna
» nos admonẽt, quæ nobis omnino ob oculos repræ-
» ſentent triſtia exempla, id eſt, miſerarum Eccleſia-
» rum Iudęarum, Ægyptiarum, Gręcarum atq; Afri-
» canarum ſtatum, quæ quidem olim florentiſſimæ,
» hodie vix nomen Chriſtianum retineant. His
» de cauſis concludo, non amplius differendum eſſe
» cœtum, ad harum nimirum rerum remedia con-
» uocanda, ſeu Nationalis Concilij ſeu forma collo-
» quij, nulla habita ratione eorum impedimẽtorum,
» quæ Pontifex obiicere poſſit; cũ & id nobis liceat
» & de noſtri conſeruatione agatur: quandoquidem
» parte vna aliqui regni amiſſa, non ſit in poteſtate
» Pontificis, eamdẽ nobis reſtituere. Quicquid tam-
» dem ſit, nõ eſt nobis pereundum, dum illi obſequi
» ſtudemus: quin potius regula à Deo data & à Ma-
» ioribus noſtris tam ſæpe obſeruata, hoc præſertim
» tempore, ſit ſequenda. Verum enimvero dum cœ-
» tus iſte apparabitur, maxime è re noſtra futurum
» exiſtimo ſi tria aut quatuor remedia adhibeantur,
» quæ ſanctum iſtud inſtitutum maximopere adiu-
» uare poſſint. Primum eſt Eccleſiarum, vt Prælati in
» ſuis diœceſib. reſideant: nec cuiquam hac in par-
» te indulgeatur. Atque hic minime ſilentio præter-
» eundi ſunt Itali, qui tertiam ſacerdotiorum huius
» Regni partem occupantes, magnos reditus ex-

Eccleſiarum veterũ ſtatus turbulentiſſimus.

hau-

hauriunt, & nostrum sanguinẽ velut hirudines exsugunt suisq; in sacerdotiis residere susq; deq; habent: ac dum nos irrident, ita sumus sane imperiti, vt illud non agnoscamus: & si agnoscimus, bellis ipsorum sermonibus detinemur. Si Rex magnam militum multitudinem conduxisset, iisque stipendia persolueret, interim illi domi residerent, nec de bello curarent, nonne iustá causa intercederet, cur eos Rex stipendiis priuatos exauctoraret, aliosque in eorum vicem suppleret? Atqui ita agunt prælati qui grauissimo Ecclesiæ tempore dum hæreses & impietates (quod summum est Ecclesiæ bellum, tantoque terreno grauius, quanto animarum salus corporum saluti præstat) passim disseminantur: ipsi interea quieti abs gregibus suis ad voluptates secure recumbunt. Secundum remedium est, insigni aliquo facto ostendere, nobis esse persuasum, serio reformationi studendum esse, ne causentur aduersarij nos Concilium non reformandæ Ecclesiæ; sed nostris prærogatiuis ac priuilegiis stabiliendis confirmandisque conuocare. Qua in re nihil mihi videtur conuenientius ad hoc, vt ostendamus nos de reformanda Ecclesia serio cogitare, quam si demus operam, ne quid pecunia aut mercede in Ecclesia geratur, vt immanis illa Babylonica bestia, id est, Auaritia, quæ tot mala tantasque corruptelas in Ecclesiam inuexit, tandem aliquando penitus concidat. Ita faciliorẽ viã reperiemus ad controuersias istas componendas, iis vero, qui male de nobis loquuntur, ora prorsus obstruemus. Si quis vero obiiciat rem tantam à tã paucis hominibus, vt nunc sumus, constitui non

Clerus sanguisuga.

1560. posse sine Generalis Concilij determinatione habemus quod respondeamus: videlicet non introduci rem nouam, sed ad effectum reuocari, quæ Christus ipse diserte mandasset, Concilia determinassent, Reges Conciliorum confirmassent, & quæ, nostro etiam tempore qui in Ecclesia Romana doctiores extiterunt suis iudiciis cõprobassent: Sempiterna est istiús vocis auctoritas, *Gratis accepistis gratis date*: Res spirituales gratis dantur, de illis ergo mercaturam facere haudquaquam licet, quin eo quo datæ sunt modo, id est, *Gratis*, sunt distribuendæ. Hinc *Simoniaci* vocantur qui vetitas illas quæsturas agitant, quarum tot extant exempla in scripturis & veteris Ecclesiæ monumentis, vt minime longius sint repetenda. Et ne Concilia omittamus, quam sæpe hoc fuit interdictum vt non solummodo corruptela ipsa, verum etiam minima corruptelæ suspicio tolleretur? vsque eo quidem vt qui eleemosynas erogarent, id facere vetarentur sacramentorum tempore, ne viderentur id, propter eorum præceptionem, contulisse, quemadmodum videre est in Concilio Ancyrano & aliis. D. item Lodoicus Rex cum cõfusionem istam, pedetentim in Ecclesiam irrepere animaduertisset, iussit vt prælati in suis diœcesibus commorarentur, nec posthac pecuniæ quicquam Romam deferretur: ostendens quantopere sordida ista nundinatio illi displiceret, quamuis neminem illo magis Catholicum vlla vmquam viderit memoria. Paulus item ipse Papa tertius de Farnesiorum familia, nostro tempore, cum videret multos ab Ecclesia Romana discedere, veritus hoc malum

Simoniaci qui & cur sic dicantur.

ne lon-

ne longius grassaretur, coactusque agnoscere assi- „1560.
duis protestantium clamoribus nonnullos in Ec- «
clesia errores inualuisse: quibusdam viris, qui tum «
temporis doctrina eminere videbantur, mandauit, «
vt ea, quæ reformatione digna essent, diligenter «
notarent, adactis etiam ad iusiurandum singulis, «
nihil vt eum celarent: addita quoque excommu- «
nicationis pœna, ni libere & integre hoc suo im- «
posito officio perfungerentur. Inter eos, quibus «
hoc munus demandatum fuerat, erat Contarenus «
Cardinalis, etiam in Germania ob memorabilem «
illam Religionis controuersiam celebratus; Car- «
dinalis item Theatinus, qui post illum Paulum, «
Pontifex fuit, Cardinalis quoque Sadoletus, Po- «
lus Anglus & quinque adhuc alij, propter eximi- «
am doctrinam ad hoc negotium electi. Illi re dili- «
genter collata, sententiam suam scripto publico pronunciarunt, cuius primus erat hic articulus: *In vsu clauium, id est, in Ecclesia potestate nihil posse, nec debere pecunia geri.* Paulus tamen ille tertius, qui hanc rem tantopere vrserat tantis comminationum fulminibus nihil supra egit. Nec Paulus qui- «
dem quartus ipsius successor quod æquum esse & «
necessarium, dum adhuc Cardinalis esset, censue- «
rat. Mitto quæ Bernhardus & alij docti Patres di- «
dixerunt: tantum dico, ni animos manusque ad «
hanc malorum omnium radicem extirpandam «
adhibeamus, Iesum Christum de cœlo descensu- «
rum, vt, recepto flagro, nos vt mercatores templo «
expellat. «

Tertium remedium erit culpas nostras fateri, «
quod primum est sanationis caput, idque publicis «

1560. ieiuniis testatum facere: qui nos veteri in Ecclesia semper fuit obseruatus, imminente grauiori aliquo in Ecclesiam periculo, vtpote peste, bello, fame: quæ res nostro hoc tempore vna ingruere videntur. *Quæ enim maior pestis esse possit, quam ea quæ animas occidit? quæ maior fames, quam verbi Dei? aut quod grauius aut crudelius bellum, quam doctrinæ puræ corruptela? nimirum vt à Deo alienati, æterno regno per Christi sanguinem nobis acquisito priuemur?* Ad antiqua igitur remedia, publicas preces, ieiunia & lachrymas recurrendum: atque imprimis sumendus in manus gladius Dei, id est, ipsius verbum, cuius modo vix vaginam retinemus: nec existimandum mitras, peda, pileos, tiaras, vestes (quæ olim erant exterius institutæ, ad interius ostendendum, id est, piam cum pia vita doctrinam coniungi debere) nos à populi contemptu vindicare posse: cum interior res desit, & tantum larua existat & inutilis persona. Nobis sane ob oculos proponenda est horribilis ista sententia, quam *Ioannes Baptista*, contra Iudæos pronunciauit, *SECVRIS AD RADICEM POSITA EST.* Quartum remedium erit dum Concilium cogetur, seditiosi cohibeantur, ac ita coerceantur, vt pacem publicam labefactare non possint, & hoc veluti ratum ἀξίωμα retineatur: *Nulla de causa subditis absque principis, vnici armorum moderatoris, mandatu aut venia, arma sumere licere.* Hoc dico, propter tristia exempla, quæ & acciderunt, & nisi caueatur, euentura demonstrantur. Vna ex parte visus est tumultus Ambaxianus, alia ex parte concionato-

Ambaxiani tumultus causa impulsiua.

res

res quidam exciterunt, qui populum ad hos protestantes exterminandos atque abolendos, piæ cuiusdam seditionis titulo ac prætextu ad arma tumultusque concitarunt: quasi Religio debeat aut possit seditione stabiliri aut confirmari. Ita vtrimque grauiter peccatum: vt hactenus etiam nonnulli occisi, quod protestantes existimarentur. Ab iis rursum protestantibus grauiter peccatum: ad istas iniurias propulsandas multa temerarie agitata, arma sumpta & quidem (quoniam id nemini priuato licet) Magistratus publico iure violato. Finis nimirum legis est *Ex Dei voluntate viuere, neminem lædere*: armorum vero, finis scilicet est: *Legi vt obediatur.* Rex ergo, Legis ita à Deo institutæ conseruator, armorum quoque summus Moderator est: quibus ad legis auctoritatem rebellesque puniendos, vti potest ac debet. In summa is se pro Rege habet, qui arma ex suæ auctoritatis arbitrio, nec à Deo ordinatus, sumit. Et quidem inde consequitur, eum vt Dei ordinationis publicæque potestatis violatorem, ab omnibus hominibus pro hoste habendum atque adeo puniendum. Hac de causa inferioribus Magistratibus mandandum esse existimo, vt muneribus suis sedulo vacent, ne quid incuria noui accidere possit. Hinc igitur patet, primum Regij status conseruandi vinculum esse, Religionem ita stabilire, vt nemo ea ad priuatas libidines abuti possit, contra Legis auctoritatem & illius finem vt DEO & regi obediatur. Vt vero ad secun-

1560.

Legis & armorum finis qs.

1560. dum quoque caput perueniamus, quod pertinet ad rationem populi debito in obsequio retinendi, hanc existimamus esse, subditorum querelas audire, & conuenientia remedia ad istas adhibere. Magnũ tamen est inter priuatas & publicas, querelas discrimen. Nã si querelæ à priuatis ad priuatos fierent, certe expedita esset subueniendi ratio, iudicũ opera ad ordinarias administrationes institutorum. Cum vero generales sunt querelæ, & de rerum aut confirmatione aut mutatione agitur, omnino necesse est, ad antiquas constitutiones recurrere, quibus Regni salus innititur, quæ nihil aliud sunt quam tres illi ordines, quos *Status* vocamus. Scilicet vt propositis iis rebus, quæ confusionem aliquam parere possent, remediisque quæ ad eam arcendam fuerint accommodata; perquisitis: Rex pro ingenita erga suos charitate, statuat quod iuste requiritur ad Dei honorem & omnium vtilitatem. Qua omnino ex re pendet populi beniuolentia, vt effecto eo, quod sui est erga Deum officij, subiectorum item voluntatibus ac studiis satisfaciat. Ita non tantum Regis nomen dotesque Regi nomini conuenientes conseruabit, sed etiam sine armis imperare poterit. cum beniuolentia alliciat illos ad maiora studio ac voluntate præstanda, quam extorquere vis queat. Perspiciatur quoque querelas huiusmodi esse, quæ ab Ordinum conuentibus audiri & examinari debeant, notabo generalem quidem illam rationẽ, extraordinarias indictiones ac vectigalia adeo excreuisse, vt non tantũ huic grandi oneri, sed ne iam antiquis

...ublica ... priuat... ... quere... ... differ... ...unt.

quidem

quidem ac debitis, officiis subiecti pares esse pos- " 1560.
sint. Nonne hæc querela apud status disceptanda "
est? Si contra Rex demonstret diuturnorum bello- "
rum calamitatem, varias quæ ex iisdem consecutæ "
sunt impensas, fisci Regii penuriam ac vacuita- "
tem, ingentia æris alieni nomina, quibus regni "
initia occupata reperit, nonne hæc querela apud "
status disceptanda est? Cum maior pars populi "
conqueratur, nec onera alia ex parte vllo modo le- "
uentur? Cum præsertim velle audire afflictos, prin- "
cipium sit consolationis, & præse ferre voluntatem "
eos subleuandi, sit sanationis pars maxima: quæ sal- "
tem illos impedit ne desperantes mutationē quæ- "
rant. Si populus demonstret Regem ex sui, vt vo- "
cant dominij, reditibus, se suumque comitatum "
sustinere, bella ex subsidiis gerere, & ex vectigali- "
bus copias alere debere, quæ hac de causa olim fue- "
runt illi concessa: Si vicissim Rex declaret, se vni- "
uersum prope dominium distractum atque aliena- "
tum reperiisse, maximam subsidiorum partem oc- "
cupatam: interea vero maximis oneribus sese & in- "
finitis debitis implicatum, vt ex populi consensu "
obtineat oneribus aliquantum leuatis, illa ad tem- "
pus adhuc perdurent, donec rationes, quæ quoti- "
die ad recuperandum dominium excogitantur, "
possint in effectum perduci, nullane alia est tutior "
via, quam per ordinum conuentus? In summa si "
qua est, prætextu tandem aliquo, querela, vbi po- "
test melius quam generali ordinum cœtu compo- "
ni? & si iusta est, vnde remedium proficisci præsen- "
tius potest, quàm quod à tam multis viris consul- "
tum fuerit? Sin iniusta, vbi melius quàm in eo cœtu "

1560. " elui possit? Alia est necessitatis consideratio, vnde " pericula maxima creantur, cum in istis difficultatibus nullus est ordinariorum remediorum vsus.

Subditi cur edictis & statutis regiis minimè obtẽperent.

" Primum Regi in suis edictis & statutis vix obediunt subditi, quod vnum maximum seditionis signum est. Cum enim populus in iis rebus de quibus conqueritur, non auditur, inde fit vt omnem leuationis spem abijciat, & ita in eam desperationem incidat, vt audeat ab oneribus se semouere, nulla habita mandati Regii aut suorum ministrorum ratione: imo ad omnia discrimina se comparat, quasi nihil ferre posset acerbius. Alia ex parte, qui grauari se causantur, hanc populi querelam arripiunt, eamque augent, & quę veritatis titulo ementiti sunt, amplificant. Inde libellorum famosorum & scriptorum publicorum infamis & inhonesta promulgatio: Populus vero suo morbo exulceratus facile id, quod morbo suo affine est, arripit & regiarum rerum ignoratione ad sinistras istas opiniones diffluit ac dilabitur. Ex quibus rebus tãtas ruinas oriri maximum periculum est, quãta illarum exẽpla ob oculos nobis quotidie obuersantur. Quæ vt euitẽtur, omnibus modis videtur necesse cõuocandum esse Statuum cõuentum. Et quamuis necessitatum causæ hactenus cõmemoratæ nõ extarent, tamen horum conuentuum necessitas huiusmodi est, vt ab omnibus omnino exoptari debeat. Quid n. optabilius est, atque iuueni Regi ad Regnum instituendo accõmodatius, quàm illum Regni sui res docere, vt populi mores cognoscat, eaque quæ ad illius gubernandi rationem spectant? Itaque discat impensarum terminos atque fines cõstituere: & proinde agat ac bonus

Pastor

Pastor qui tondendo gregem, illum non deglubit, animaduertendo ea quæ extra dominii sui reditus impenduntur, sanguinem esse & quasi substantiam eius populi cuius custodem ac conseruatorẽ Deus ipsum pfecit? Hinc proficiscetur sancta & honesta educatio: hinc felix rerum omnium, bonos ipsorumq; conatus fermè semp comitans, exitus subsequetur: tãdemq; magnificum illud *Patris patriæ* nomẽ, Regis Lodoici duodecimi memoria toti posteritati illustre, omnibusq; bellicis victoriis magis exoptandũ, magna cũ gloria Rex sibi cõparabit. Altera deinde vtilitas est Gallicũ populũ (qui intellectis Regis sui rebus, numq̃ subterfugit oẽs suas facultates ad ipsius obsequiũ cõferre,) hac demõstratione alacriorẽ effectũ ad onera illa leuãda, oẽs suas vires liberaliter collaturũ. Videndũ aũt est ne alacritas & prõptitudo ista sępius irritata, tandẽ in impatientẽ & ferã euadat rabiẽ. Istæ porro vtilitates, magna cũ honestate coniunctæ sunt, q̃ nimirum Rex primis regni sui initiis, antiquarũ cõsuetudinũ atq; institutorum rationes repetat: q̃ quidem vnica est rerũ emendandarũ atq; corrigendarum ratio. Quãuis n. Rex sit legis auctor, ipseq; vn⁹ impare possit, quæ tamen huiusmodi cœtus ordinauit ac cõstituit maioris sunt vis ac efficaciæ, iisdemq; populus eo libẽtius obsequit', q̃ sentiat multorũ opinionib⁹ ac sententiis illa fuisse cõfirmata, cũ alioqui paucis tãtum cõuocatis, interpretãtur ad paucorum arbitratum atq; libidinẽ rẽ actam, non examinatis rationibus, quæ contra afferri potuissent. His nimirum modis Gallica familia sese, regnumque in hunc vsq; diem cõseruauit: nec vllum est benè moratum Regnum,

1560. *Aurea doctrina omnibus Principibus ac Magistratibus sedulo obseruãda.*

in quo

1560. „ in quo hic conuentuum ritus nõ obseruetur: quod „ quidem magni ponderis esse debet: Cum enim tot „ Reges ex isto instituto tantas vtilitates se percipe- „ re fateantur, illudque sceptrorum suorum firma- „ mentum ducere, certè non honeste possumus ab „ antiquo illo & tam sanctè obseruato more discede- „ re. Nec quicquam hic valere possunt contrariæ ra- „ tiones, quę ad conuentus istos impediendos adfer- „ ri solent, cum earum rerum, quæ alias acciderunt, „ periculum nullo pacto sit pertimescendum, Regis „ auctoritate tam firmiter hodie constituta, Reginæ „ consilio totque Principum ac omnium ordinum „ voluntatibus confirmata, vt si rationes istæ capes- „ santur, & vti decet, adhibeantur, minimè dubium „ sit irritos fore omnium eorum conatus, qui nouis „ rebus studere in animum inducant, & paratissi- „ mum illud remedium ad omnes perturbationes „ sedandas. Quod vnum est nobis studiose proui- „ dendum.

Ammiralij regni Gallici sententia. Postridie & cæteri quoque suam dixere sententiam, vbi Ammiralius initium, Cardinalis autem Lotharenus finem fecit: reliquorum siquidem cõmunes ac peruulgatæ fuerunt, quas iccirco hic omitto & Ammiralii Castillonæi verba siue sententiam repeto: videlicet quod voluisset libellos istos supplices, quos Regi, vti suo loco diximus, nuperrimè obtulisset, ab eis, quorum nomine circumferebantur, subscribi, qui respondissent paratissimos etiam sese esse pauco vel magno numero eis subscribere: imo si Regiæ suæ Maiestati dignum visum fuerit, ad quinquaginta millia coram illa se apparere velle. Nihil porro pestilentius aut maiori cum

inui-

inuidia coniunctius ab vllo quopiam excogitari posse, affirmabat, quàm si Princeps quispiam sibi à subditis suis metueret, & si subditi malè de Principe suo sentirent & apud Regem in suspicionem incurrerent: malè itidem tunc consultum esse si Princeps adolescens adhuc isto metu educaretur, easq; subditis suis timendi occasiones præberet. Quocirca liberè hanc suam se pronunciare sententiam: Ecclesiæ errores esse tollendos, recens Regi datam custodiam remouendam, Ordinumque conuentus quamprimum cogendos esse. Franciscus verò Guisius captata, ex sermone iam dicti Ammiralii, occasione, adiecit dixisse videlicet iam modo Ammiralium quod Rex non ita educari deberet, cum tamen sibi satis superque compertum esset, quod non solummodo saluberrimis præceptis institueretur, verum etiam à Regina matre omnium virtutum quasi plenitudine, imbueretur: ad Regis autem custodiam auctiorem quod attineret, numquam se profecto in ea fuisse sententia, nisi postquam commotæ essent violentis armis seditiones, quas contra ipsum Regem concitatas fuisse extra omnem esse controuersiam nec minimè de iisdem dubitari posse. Nec quicquam, pergit, ad rhombum, vt aiunt, facit, cum dicitur, quod arma ista à coniuratis istis aduersus nonnullos Regiæ maiestatis ministros, sumpta essét. Nullus enim ex istis vnquam à nobis, etiam priuatis offensionibus læsus est, vt quidem omnia ista odia ex administratione nostrorum officiorum, quam Regis ex imperio sustinemus, aduersus nos sint directa: atque adeo nō contra nos, sed contra ipsissimam Regiam Maie-

statem

1560.

Francisci Ducis Guisii.

1560. statem sint conflata. Quocirca nullam se adhuc inuenire viam, qua custodiæ Regiæ iã auctiores amouerentur. Religionem se virorum doctiorum iudicio siue cẽsuræ committere: nulla autem vmquam concilia tanti fore apud se momenti, vt à Prisca suorum Antecessorum Religione & in negotio p̄sertim Sacri Sacramenti, auocaretur: ad ordinum autem conuocationem quod attineret, amplecti sese hac in parte velle Regiæ Maiestatis voluntatem. Cardinalis Lotharenus nihil minus, ait, eos esse quam obedientes ac fideles, vt se tamen dictitarent, qui confessiones illas suas Regi ausi sint obtrudere: hactenus nimirum se Regi obedientiam præstituros, si Rex suas opiniones libidinesq; probauerit, aut solummodo iisdem indulgendo pepercerit. Se vero hoc in negotio tam arduo ac difficili omnium implorare iudicia, an nimirum cõsultius ac tamdem cum æquitate cõformius sit per bellorum istorum hominum opiniones potius quã Regis auctoritati obtemperari. Si n. illis templa Rex concederet, an non aiebat, idololatriã illorum approbaret, q̃ tamen absque manifesto exitii sui periculo facere non posset: nec Concilium vel generale aut nationale sibi necessarium videri, cum potissimum de reformandis Cleri moribus, non autem de doctrina, ageretur, quod absque vllo negotio generalibus videlicet & particularibus adhortationibus prestare posset. Quod enim ad reliquum Religionis statum attineret adeo perspicuam esse hac de re sententiam, vt ex illius tantum præscripto res imposterenda sit, nec à quibusuis conciliis aliud amplius expectari possit, conuenturos ne ad

at tandē Cardinalis Lotharēni

quin-

quinquaginta millia qui libellis supplicibus subscripserint: at Regem profecto hominum, suã religionem amplectentium myriadem istis opponere posse. Abunde quoq; cuiuis esse cognitum atq; perspectum, quo illi sint animo, cum famosos vbique libellos contra quosuis disseminent, ex quorũ immensi numero viginti quinque se penes se habere & studiose admodum custodire, tamquam maximorum honorum testimonia, quippe qui ab impuris nebulonibus male audiret, & sperare illa æternæ suæ ac immortalis gloriæ monumenta fore perpetua. Suum itaque esse iudicium, vt turbulentissimi ac seditiosissimi homines isti seuerissimè puniantur, imprimis autem illos ipsos, qui arma antehac cœpissent & imposterum capere attentantes: existimare sese insuper, quod illi qui sola Religionis conscientia concionibus interessent, Psalmos Dauidicos canerent, & ab officio Missæ abstinerent, non suppliciis tã horrendis mulctandi sint: Sed potius vice versa grauissimè dolere suppliciorum istorum acerbitatem & crudelitatẽ vitamque se illorum gratia, (si videlicet quidam ex ipsorum numero in viam reducendi essent,) propriam libenter profusurum. Episcopos itaque ac alios viros doctos vnicè & quidem totis viribus in id incumbere debere, vt Ecclesiæ abusus ac errores ad notam sumant atque de iisdem animaduertant, ac intra duorum mensium spacium, Regem de omnibus, quas resciuerint, rebus certiorem faciant, vt inde Concilii Generalis vel Nationalis conuocandi necessitas cognosceretur, præstare quoque porro vt omnes vniuersi Regni ordines cõuo- 1560.

caren-

1560. carentur, quo melius omnibus recta Regni administratio innotesceret: Postquam autem singuli suas sententias dixissent, Rex ac Regina vniuerso cætui gratias egit maximas & consilio sese obtemperaturos sunt polliciti. Summa verò istius conuentus hæc perscripta summa fuit: *Vti generales Regni ordinum conuentus habeantur: & ni posset generale concilium cogi, nationale propediem conuocetur.* Ordines ad X. Decembris indicantur Meldis, nisi alium locum malit Regia Maiestas, ea nimirum lege ac conditione, vt particulares ordines vniuscuiusq; Prouinciæ prima vice habeantur, vti, quibus de rebus in generalibus agendum & qui ad illos mittendi sint, plenius cognoscatur. Et quoniam de concilio generali propè inter Cæsarem Pontificem & alios Christianos Principes conuenisset ad sint, propediem Episcopi ad Regem, vt vel de mittendo ad concilium generale, aut de Nationali habendo deliberetur. Interea ad suas diœceses, vt se parent, se recipiant, resque illas diligenter notent inuestiigentque, quæ nimirum emendatione potissimum habeant: Ciuiles itidem & subordinati Magistratus adhortantur, vt suæ fidei commissos siue concreditos subditos in officio contineant: Pœnis interim & suppliciis parcatur nisi in eos qui arma sumpsissent & seditiones quasdam in Regno mouissent: at Regem puniendi potestatem sibi reseruare & in eos animaduertere decreuisse, qui seditionis & rerum nouarum rei peragerentur.

Epilogus siue Regij istius Colloquij conclusio.

Circa idem fermè tempus Paulus & Antonius Richiendi cognomento Mouentii reformatæ Religioni addictissimi & Castellanæ municipes domi

[R]ichieldus [o]b reformatam Religionem

suæ

ſuæ ſe continebant & paſtorem Geneua accerſe- 1560.
rant, qui ipſis in ædibus ſuis noctu clam concionaretur: ad quas percipiendas magnus vtique numerus Reformatorum agminatim quaſi confluebat. Cum verò clandeſtinos iſtos cœtus nocturnos municipes iſtius loci, admodum ægrè ferrent, ex inſtinctu Monachi cuiuſdam Franciſcani, qui tempore quadrageſimali apud eoſdem concionabatur, ad arma concurrunt, & quingenti circiter ædes Antonianas obſident: Quapropter Paulus Aquas Sextias proficiſcitur ac de hac iniuria apud Senatum conqueſtus eſt: Sed incaſſum prorſus laborauit, cum ambo fratres à municipibus Caſtellanis grauiſſimè delati fuiſſent, quod in ipſorum ædibus cœtus ſuſpecti indies haberentur: itaque Senatus ſerio mandauit, vt in illos tamquam ob hæreſin ſuſpectos inquireretur: Sed Paulus in aulam properans & rèpudiato ſuſpecto Senatu, vt cauſæ cognitio ei interdiceretur & totum rei iſtius negotium ad curiam Gratianopolitanam remitteretur, probationes tamen iubente id Cardinali Lothareno ab infeſtis iudicibus retentæ, ita vt ſententia definitiua neceſſario tum temporis intermiſſa ſit: nihilominus Mouentii neutiquam quieuere, ſed cum aliud non poſſent, teſtes, acta, inſtrumenta, probationes & alia eiuſdem generis vndique conquiſiuerunt, & iudices Aquenſes ob corruptos ac peruerſos mores latrocinia ac concuſſiones diuerſimodas apud Regem accuſant. Interea dum in eo laboratur, amici Antonium ad reconciliationem cum municipibus ſuis adhor-

1560. tantur, qui mox morem gessit, conditioneque hac accepta Foliosam condicto die proficiscitur, sed cum ibidem in arbitros istius expediendi negotii non incidisset, Draginianum sub vesperam venit, ast magno suo malo & exitio: Puerorum enim turba, ex instinctu vti perhibent loci istius sacerdotum, excitata Antonium inopinato circumdedit & à tribus hominum millibus, qui impetum in eum fecerat, confusa voce ad mortem deposcitur: Quamuis autem se sub regij nominis tutela præfecto istius oppidi concredidisset, nihilominus tamen efferatæ plebis cruentas manus declinare neutiquam potuit: siquidem ab eadem crudelissime trucidatus fuit, postea exenterato cadauere viscera eius per vias publicas trahuntur, ac postremo in cloacam mœnibus subiectam proiiciuntur: Cor vero & iecur hastæ affiguntur & per vicos oppidi ferali prorsus pompa diu circumgeruntur, & denique canibus ad deuorandum proiiciuntur: qui postquam à cibo isto abstinuissent & in eosdem, tamquam Lutheranos crudeliter sæuitum est. In vicinia quoque Armoricana Reformatorum cœtus mirum in modum crescebat, ita vt tum temporis publicas conciones audire inciperent, imprimis autem Cadomi ad Laudi fanum & Dieppæ in agro Caletensi, quorum exemplum sequentes Rotomagenses aliquot, publicas quoque conciones exercere conati sunt, quibus non pauci ex Senatu in occulto fauebant, mirè tamen rem detegebant, & ad fallendos simpliciores, assiduè monebant. Ex isto cœtu vnus qui antehac in Scholis Anabaptistarum edoctus & trium lingua-

Protestantium in Armorica progressus.

rum callentissimus erat, prodibat, ludum literarium aperibat & penes istũ munus didascalicum, publicè quoque interdiu in campo concionabatur, itaque quamplurimi, vt plerumque fieri assolet, studio nouitatis accensi ad hasce conciones confluebant. Istis autem in concionibus homo nefarius, liberè profitebatur, miracula videlicet sibi indies à Deo reuelari, Antichristum vi armorum de throno suo præcipitatum iri, se vero tam quam copiarum ductorem à Deo delectum vniuersos & singulos nocentes extirpaturum, habereque in mandatis necandi ac mactandi malos Magistratus siue Principes iniustos, raro sibi insuper omnipotentis Dei beneficio sibi esse permissum, vt ante mortem suam; nouum mundum conderet. Quocirca se, tamquam purum ac immaculatum hominem, omnes sedulo adhortari, vt communia arma secum coniungant, minimè autem mirentur tumultum Ambaxianum non ex voto successisse: quippe cum ad istud rei negotium minimè vocatus fuerit: tandem cum hominum iste perditissimus, ansam ad seditionem præbuisset, Cardinalem etiam Borbonium iurgiis ac calumniis contumeliose onerasset, Io. Tutta villæ Villabonii Bullioni Ducis legati iussu, à succincto quæsitore cum duobus fratribus comprehensus & criminis conuictus, publicè combustus est: ambo autem fratres, eiusdem sectæ addicti quod seditiosum istum hominem tecto suo excepissent & hæresin istam strenuè defendissent, suspensi sunt. 1560.

1560.

Condæus Aurelijs carceri mancipatur, Rex Nauarrus vero arctè custoditur.

Interea Rex Nauarræ & Condæus frater grauissimas in suspiciones apud Regem incurrunt, & ob id crebris internunciis in aulam venire iubentur, qui suasu Cardinalis Borbonij tamdem permoti, Aurelias veniunt. Quo cum peruenissent ad salutandum Regem quamprimum accedunt post salutationes mutuas, Rex eos in Reginæ cubiculum deduxit, vbi obortis seu veris seu fictitiis lachrymis à Catharina in speciem humanissimè excepti sunt. Rex autem eodem in loco causam istius citationis recensuit, quod nimirum obiecta sibi crimina Condæus sua præsentia dilueret: sed cum ista ab aduersariis suis Guisiis calumniose conficta esse, magna animi fiducia demonstrasset: Rex, non acceptata ista excusatione, Philippo Mallio Breæo ac Francisco Regio Chauignio imperat vt Condæum in vicinas ædes captiuum deducerent: Quo cum duceretur sacram Regis ac Cardinalis fidem alta voce quam sæpissimè appellauit, qui se & totam familiam credulitate sua hostibus prodidisset. Carceri cum ita mancipatus esset, ædes istæ continuo clathris muniuntur ferreis, castellumque ad capiendas peditum copias proximè exædificatur: ad obseruandum autem eius fratrem Regem Nauarræum certi quidam seliguntur homines. Non multo post ipsius quoque Cancellarius in vincula coniicitur: Condæi vero socrus Magdalena Mallia Royensis, cum acerbissimis mandatis capitur & Sangermanum captiua deducitur. Mandatorum autem istorum hæc potissimum summa erat: Ream illam esse læsæ Maiestatis Regiæ, quocirca Magi-

stratus

ſtratus ad illam capiendam præſto eſſent ac carceres ad recipiendam aperirent. Continuo quoque capitur Hieronymus Groslotius prætor Aurelienſis accuſatus negligentiæ ac incuriæ in perquirendis hæreticis, quamuis expreſſo Pariſini Senatuſconſulto huius rei abſolutus fuiſſet. Andelotius vero prætendens inobedientiam Gallicorum ſuæ fidei commiſſorum peditum, Regem & Guiſium non ita pridem ſalutauerat, & ita peropportunè imminenti periculo ſe ſubtraxerat. Sub idem tempus Renata Ferrarienſis Guiſii ſocrus ad ſalutandum Regem Aurelianum ſe contulit, præſentem regni ſtatum turbulentum ac triſtem rerum omnium faciem admodum nec ſine ingenti cordolio deplorauit, generumque ſuum Guiſium acerbiſſimè increpuit ac admonuit, vt impoſterum ab iniuria erga regii ſanguinis Principes abſtineat hac proteſtatione facta, quod videlicet nūquam cuiquam bene ceſſiſſet, qui Regiæ familiæ Principes prior laceſſiuiſſet. 1560.

Guiſii ſocrus generum acerbè increpat.

Interea de cauſa Condęi agi cœptum eſt. Hoſpitalius enim iuſſu Regis, Senatoribus aliquot ſtipatus M. Nouembri. Condæum adit: qui, moram vt necteret, Hoſpitalio Cancellario & Senatoribus præſentibus reſpondet, cauſæ iſtius cognitionem non ad ipſos, ſed ad Senatum Pariſinum corā ipſo Rege ac Regni patriciis, conuocatis quoque totius curiæ claſſibus, pertinere. Quocirca prouocatio iſta mox ad ſecretius conſilium defertur, ſed ab eodem pro nulla atque irrita declaratur, cumque ſæpius in propoſito ſuo conſtans permanſiſſet & aliquoties à delegatis iſtis iudicibus prouocaſſet, nihilo-

Machinæ ad oppugnandum Condæum parantur.

1569. hilominus tamen prouocatio siue appellatio ista inualida ac friuola rursum proclamata fuit: verum cum Burdinus cognitor Regius serio instaret, tamdem decretum est, vt nisi Condæus coram delegatis istis iudicibus responderet, pro conuicto ac peracto Maiestatis reo haberetur; Condæi itaque vxor libello supplici à Rege Consiliarios quosdam spectatæ eruditionis ac virtutis petit, quorum consilio maritus sua in custodia vteretur, quos etiam quamprimum impetrauit, videlicet Petrum Robertum & Franciscum Marillacum clarissimos tum temporis fori Patronos. Instante vero ac rogante Condæo, vt ante responsionem suam, cum vxore fratre Nauarræo, adhibitis arbitris regiis, colloqueretur, inhumano prorsus modo ei hoc officium denegatum ac solummodo permissum fuit, vt per litteras cum istis ageret, adempto insuper eo famulitio seruili neminique ad inuisendum ipsum permittebatur. Quo facto magna animorum mutatio secuta est, plærisque Condæi vices dolentibus quod ius cuilibet è Senatoribus, singulari beneficio, collatum vt causa rei coram vniuerso Senatu agatur, tantæ dignitatis Principi minimè permitteretur: ita huius misericordia in aduersariorum odium postremo vertit, qui etsi minimè ignorabāt, quam sinistra fama distraherentur, id tamen homines ambitiosissimi facilè contemnebant, in idque totis viribus incumbere tum temporis dicebantur, quo pacto ipsum etiam Regem Nauarræum Condæi germanum, criminibus istis implicarent. Hac illi cura non mediocriter angebantur, modo in spem erecti, aliquando ad-

do aduersa reputantes: versabatur enim iisdem ante oculos Gallicæ nobilitatis in Principes suos, amor, fides ac cõstantia, cõtra sic apud se differebãt, fluxam alioqui sibi futurã potentiam, & q̃ nõ sua vi nixa leui momento à summo adima impelli posset, q̃d vero profuturũ Condæi suppliciũ, si Nauarreus aliiq; p̃senti facinore irritati, in spẽ vltionis haud defutura consciorũ manu ac tot cliẽtibus arma ac cædes meditentur: Itaq; Nauarrũ opprimi placuit: q̃, cũ palam fieri non posset consilium initur detestandæ atrocitatis, auctoribus, vti fertur, Cardinali Lothareno & Santandreano: ita vero inter se componũt, vt aduocato in cubiculũ Nauarro, Rex velut recens cognita, narraturus, cõscientiã fraternæ coniurationis, propriasq; insidias obiiceret, nouos insup terrores, quorũ copia affatim erat, cumularet: tũ hoẽs ad id destinati, aut obiecta denegãtẽ aut audaci⁹ respõdẽtẽ stricto pugione inuaderẽt ac trucidarẽt. Quod vbi Nauarræ⁹, cui⁹ salus plærisq; curæ erat, à Guisiorũ ẽt intimis cognitionẽ fraudis ordine accepit, anxius primo ac sui incertus, cũ nullũ aduersus Regẽ inimicorũ astu incensum, cui⁹ se fidei imprudẽter cõmiserat, subsidiũ sibi reliquũ videret, postremo casum, licet indignũ fortiter tolerandũ ratus consilium ex necessitate capit, itaq; iã quam timori propior, ictus intendere, quantumque ense & animo valeret, contra obniti statuit donec vulneribus confossus tamquam in pugna caderet: tum veterem amicum ad se vocatum orat, vt, si casus ita ferat, vestes cruentas & sanguine suo proprio commaculatas filio suo iuueni seruet, quarum aspectu illo, repetita

1560.

Nauarræi vita struũtur insidiæ

 longin-

1569. longinqui doloris atrocissima memoria, olim parentis sui tam indignis modis trucidati, recordaretur, spiritumque potius, si suus sit, quam vltionem amitteret. Sic Nauarræus aduersus suprema vitæ suæ pericula obfirmatus in Regium cubiculum perrumpit, ac per speciem officij Regis manum complectitur. Rex vero Nauarri præsentia reuocatus, siue animus siue voluntas defuerit, quod vero propius est, consilium de cæde ista Nauarræi omisit, pœnitentiaque ductus, tantæ crudelitatis inuidiam effugit: & addunt Guisium, cum Rex cubiculo egrederetur, in hæc verba prorupisse, *O hominem timidum ac vecordem.*

ndæi pa-ntia ac gis Frã-ci mors. Interea vndique testes exquirebantur, & probationes etiam Lugduno aduersus Condæum adducebantur, eiusdemque iudicium maturabatur, vbi ad rem ventum aduocatis consiliariis à Rege sibi concessis Condæus testatur, afflictionem istam quam se modo perferre non ob id à Deo immissam, quod quicquam aduersus Regem molitus sit, sed vt hac calamitate constantiæ suæ specimen ederet, neque vero se, qui libero animo ac pura conscientia perfruatur, captiuum sibi videri, sed multo magis eos captiuos esse nuncupandos, quorum animi, licet sint soluto corpore, perpetuo scelerum ac flagitiorum conscientia torquerentur. His dictis & datis Consiliariis suis instructionibus, vxorem per litteras consolatur eamque bono animo esse iubet, Deum siquidem, quamuis ab omnibus hominibus derelictus sit, suæ innocentiæ tutorem ac

pro-

propugnatorem fore, affirmabat. Cumque Rex M. hoc Decembri, ne videlicet Grolotij damnati supplicio, vti tum spargebatur, interesset, ad venandum se accingeret, en inueterati morbi doloribus subito correptus eodē adhuc mense occubuit cum annos X V I I. M. X. D. I. vixisset ac A. I. M. V. D. X X. regnasset. Bonis autem malisq; pariter principibus connumerandus est, partim propter Imperij breuitatem, partim vero q; non suo, sed Guisiorum ingenio regeretur. Francisco I I. itaq; nunc mortuo eiusdē frater Carolus multo gratulantium concursu ad capessenda regni primordia egressus, festisque omnium vocibus excipitur. Inde Catharina Regina ad Momorantiū dat litteras, & vt confestim ad nouum Regem veniret, Regis nomine peramice illum rogat, se enim ipsius cōsilio vti velle, & res eo iam statu esse, vt singulis honore ac dignitate sua seruata, quisque, libere imposterū munere suo fungeretur. Momorantius itaq; acceptis hisce literis cum filio suo Aurelianum versus tendit, vbi cum stationes ad vrbis portas positas esse vidisset, iis præpositos interrogauit, à quo nimirum & quem potissimum in finem illuc collocatæ sint, indignumq; dixit vt Regia Maiestas, quæ subditorum suorum beniuolentia tuta esse debeat, vrbem militari præsidio munitam in regni sui meditullio teneret: quapropter illico, eos facessere iussit & furcam minatus est ni quamprimum iussa exsequerentur, hac adnexa protestatione, sedulam nimirum se daturum operam, vt Rex per omnes vniuersi sui regni prouincias, præuio vno dumtaxat accenso absque stipatoribus securum iter face-

1560.

Momorantij in aulā aduentus & Condæi liberatio.

1560. re, & regiam administrationem exercere posset: Quibus dictis & milite dilapso statim apparuit, custodias non ad Regis tutelam, sed Guisiorum præsidium & terrorem de se cunctis inferendum impositas fuisse. Condæus autem quamuis iam propter Regis Francisci obitum omnino liber esset, nihilominus tamen custodia sua egredi noluit, donec resciuisset, quorum proditorũ siue delatorum opera ac traductionibus carceri mancipatus fuisset: Cumq; id Regis iussu ac mandato factum Guisij dicerent, & præterea nihil adderent tamdem, elapsis circiter XII. diebus ergastulo suo relicto in Picardiam proficiscitur, & primo quidem Hanam, postea Faram ad Egiam, fraternæ ditionis arces se recipit, ibidemque noui Regis mandata præstolabatur. Regis Francisci corpus à Sansaco, Brossio, ac Ludouico Guillartio Syluanectensi Episcopo, vili admodũ ac perpauco comitatu ad fanum D. Dionysij deductum atque ibidem exigua pompa, non sine Guisiorum, quos ille ad summa honorum fastigia euexerat, singulari inuidia, quam inuidiam rumor quidam non parum auxit, quo tum temporis spargebatur, Guisios, Francisco Rege iam animam agente, triginta aureorum millia ex thesauro Regio in ædes suas comportari iussisse: & hac potissimum de causa, panno sericeo, quo feretrum inuolutum erat, incerto tamen auctore, inscriptionem hanc depictam fuisse: *VBI NVNC EST TANAQVILLVS CASTELLVS?* Castellus autem iste, perillustri genere in Armorica prognatus & sub Carolo septimo nobi-

Regis Francisci viles exsequiæ.

ium cubiculariorum Princeps fuerat, & quamuis de Rege ac ipsius regno optime meritus, cum domum relegatus esset, nihilominus tamen hero mortuo statim rursum in aulam accurrit, & in funus regium, quod ab omnibus tum temporis negligebatur, triginta aureorum millia, egregio grati animi exemplo dependit: Itaque Castelli istius potissimum hunc in finem facta mentio, vt detestanda Guisiorum ingratitudo illius exempli collatione perstringeretur. Regis ita morte mirabili atque inexpectata ratione consilia aduersariorum in nihilum redacta sunt: extiterunt enim paucorum dierum spatio luculentissima diuini iudicij testimonia, quæ singuli atque vniuersi vnanimi prorsus consensu palam profitebantur, cuius rei subsequens carmen confictum est; 1560.

Insigne gratitudinis exemplum.

Consiliis Christum oppugnans & fraudibus ingens
Regum ille terror CAROLVS,
Ipsis ridiculus pueris, furiosus & excors,
Totus repente corruit:
Tuque HENRICE, malis dum consultoribus vtens
Sitis piorum sanguinem.
Ipse tuo va cors inopina cæde peremptus
Terram imbuisti sanguine:
Henrici deinceps sectans vestigia patris
FRANCISCVS infelix puer,
Clamantem Christum surda dum negligit aure,
Aure putrefacta corruit.
Versuti, fatui, surdi, hæc spectacula, Reges
Vos sapere vel mori iubent.

Rege

1560.

Rex Galliæ & Pontifex Maximus Concilia indicunt, Vergerius vero Conciliũ Pontificis libello impugnat.

Rege Francisco sic, vti iam modo diximus, extincto omnib. Ecclesiæ Gallicanę Antistitib. mandatur, vt ad futurum Concilium se parent, omnibusque Magistratibus serio iniungitur, vt propter religionis negotium captiuos, in corporum facultatumq; libertatem vindicent nec iisdem propter Religionem vllas iniurias inferant nec factionum vocabulis vtantur. Cum autem Romanus Pontifex hanc Regis Caroli de cogendo Concilio sententiam cognouisset, veritus ne hoc rebus suis incommodũ aliquod crearet, & ipse per noua mandata ac edicta Concilium Tridenti indictum vrget, idque publico scripto omnibus denuntiat. Quamobrem Paulus Vergerius, qui abdicato ministerio Pontificum, quibus tamen antehac strenuam operam impenderat, libellum, idiomate Italico scriptum, ad Italiæ Episcopos tramisit, in quo affirmabat se ad primum diplomatis Pontificij cõspectum, grauissimis de causis vehementer admodum rem istam perdoluisse. Statuere siquidẽ summum Pontificem, Ecclesias Christi dissipare adq; pristinam vastitatem reuocare, dum reformationis luci tam grauiter irascatur atque succenseat. Inter quamplurima autem (quibus ad conuellendam istam Concilij Pontificij auctoritatem Vergerius vtebatur, quæ studio breuitatis libenter sicco hic pede prætterimus) inferebat: Hoccine vero illud generale erit Concilium, quo nos qui sumus pars aduersa, & de quorum causa agitur, excludimur? ij vero Iudices sedent, qui nobis capitales ac coniurati hostes sunt? atq; ita legitima illa libertas Conciliis generalibus attributa præripiatur? hoccine

erit

erit Concilium generale cuius decreta vnus aut alter architectetur, & principibus quidem ipsis determinate aliquid constituēdi dematur? A quamplurimis etiam intempestiuus iste summi præsulis conatus irrisus est; quorum exempla, cum odiosa sint & ne loco historiæ disputationem aliquam Theologicam contexere videamur, hic prętermittimus & ex Gallia in Germaniam redeundum, operæ pretium censemus. 1560.

Sub finem huius anni durantibus videlicet adhuc Kal. Nouembribus *PETRVS LOTICHIVS SECVNDVS* Solitariensis Medicinæ Doctor ac Professor clarissimus, Poeta insuper omnium, meo quidem iudicio, qui post Eobanum Hessum in dulcissima nostra Patria Germania, poesin excoluerunt, præstantissimus, in Academia Heydelbergensi placidissime inter preces, & suspiria obdormiuit spiritumque Christo animarum redemptori ipsissimo in flore iuuentutis (trigesimo secundo.n. ætatis suæ anno exspirauit) reddidit, cuius opera poetica post triennium Ioachimus Camerarius lucidissimum istud litteratorum sydus iuris fecit publici, illaque cum Republica litteraria communicauit, quæ in hodiernum vsque diem satis abunde testantur, quid ab eodem sperandum fuisset, si Deus Ter. Opt. Max. longiorem ei huius vitæ vsuram concessisset, in cuius præmaturum obitum *GEORGIVS CROCAVIVS* fidelissimus eius Achates sequentem lusit elegiam funebrem:

Petri Lotichij secū da Mors & Epitaphiū.

Heu fama infelix Rheni modo sparsa per agros,
Pectora cur toties nostra dolore reples?

Vide Germaniam Periandri pag. 658.

1560. Nuper doctiloqui narrabas fata Philippi
Qui vir perpetuo viuere dignus erat:
Et nunc Lotichii præstantis prodere vatis
Audes fata? nimis nuncia dura mihi.
Conquerar, an sileam? tristem mihi spira dolorem
Bis peperit, posthac Dii meliora ferant:
Optima quæque prius rapit inclementia mortis
Ingeniis semper dura minata bonis.
Sic quoque Lotichius, mediæ sub flore iuuentæ,
Occidit iste suum (proh dolor) ante diem.
Multos progenuit Germania culta Poetas,
Quos omnes longum commemorare foret:
Multos Ausonia, multos quoque Gallica tellus,
Ingeniis gaudens vtraque terra suis.
Lotichio at palmam, Musæ tribuere secundo
Hic vatum Princeps principibusque fuit:
Stigelius mihi testis erit, testisque Sabinus
Lumina Pierii quos reor esse chori:
Sic tu censebas studiis exculte Micylle,
Audiui ex ore hoc, sancte Philippe, tuo:
Omnia certatim Charites tibi dona secundo,
Et vires numeris contribuere tuis.
Petre secunde, quidem gaudebas nomine tali
At nulli vatum, Petre, secundus eras:
Te quoties vidi properatum fundere carmen,
In quo visa tamen nulla litura fuit:
Non aliter, quam cum largus delabitur imber
E cælo aut madido rore rigatur humus.
Non referam varias exculti pectoris artes,
Virtutum laudes, eloquiique decus
Præterea, medica quam felix Doctor in arte,
Doctrina gnarus quam fueris que Dei.

Ergo

Ergo tuam merito lugent sacra numina mortem, 1560
Te Phœbus deflet, Pegasidumque chorus:
Te Nicer ipse dolet, Rhenusque luget & Ister,
Te lachrymis Albis prosequiturque suis:
Te quoque funereo gemitu deplorat Elister,
Nec Viadrus fletum continet ipse suum.
At quia sic voluit mundi sator, arbiter aui,
Rumperet ut vitæ stamina Parca tuæ:
Ille ego (quod superest) qui te ceu fidus Achates
Dilexi, tibi nunc mollia fata precor.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Ossa sub hoc tumulo sacri sunt condita vatis
Lotichii, tener at spiritus astra colit.
Occubuitque nouem decus immortale sororum,
Maxima Pegasidum fama sepulta iacet.
Proh quantum ingenium, dulcedo quantaque morum
Sedit in illius pectora nata Deo.
Doctrina & studiis teneris excultus ab annis,
Ingenii fructus mox dedit ipse sui.
Ad ter quinque suos nondum perueneràt annos
Cum tibi discipulus, docte Micylle, fuit.
Tunc tamen argutos norat conscribere versus,
Quales vel Naso, velque Tibullus habet.
Post vigor ingenii creuit crescentibus annis,
Nec contenta suo pondere Musa fuit.
Italia primas illi tribuere Poetæ,
Illi visa vtinam non ea terra foret.
Cessit Flaminius, concessit Cottaque palmam,
Multo Castalion inferiorque fuit.
Hanc præter laudem, fausto quoque sydere Doctor
Ille Machaonia clarus in arte fuit.
Amplius haud idem natura effœta Poetam
Proferet, ad finem nam ruit illa suum.

1560. *Ergo qui transis, tam docto mollia vati*
Optes fata, breui machina celsa cadet.
G. C. H. M. P.

Georgij Sabini obitus & Elegia, de eodem funebris.

Mortem Lotichij nostri secundi mors quoque Georgij Sabini magni istius Philippi Melanthonis, pientissimæ felicissimæque memoriæ, generi & Poetarum Germanorum facile Principis, qui, dum vixit, à Petro Bembo, Gaspare Contareno, Cardinalibus, Baptista Egnatio & Ludouico Bocatello Italis, plurimi æstimatus fuit, paulo post, mense videlicet Decembri, subsecuta est, Francofordiæ enim ad Viadrum, vbi larem fixerat, anno ætatis suæ, quinquagesimo tertio, naturæ debitum persoluit; ad cuius funeris deductionem cohonestandam studiosi & reliqui ciues inlustris Academiæ Francofordianæ, sequenti elegia funebri à Ioanne Schosséro nomine Rectoris, decantata, inuitati sunt:

Nunc miserande refer solitas Hyacinthe querelas,
A tenera tristes exere fronte notas.
Eheu summa iacet Musarum fama SABINVS,
Heu Claria sonitus interiere lyra.
Defuit immiti post tot fera funera Parca,
Nec sineret terris hoc superesse decus.
Quid properata canam præstantis fama Mycilli?
Quid referam cineres docte Philippe tuos?
Quos Nicer obscuris mæstum caput abditus antris,
Albis adhuc medias luget & inter aquas.
Ne reliquis Viadrus fluuij felicior esset,
Istius heu vatem sustulit atra dies.
Plange, tuumque feri palmis Elegeia pectus,
Nec pudeat miseras vngue notare genas.

Ille

Ille tibi priscos renouauit solus honores, 1560.
Ille tibi cultum Palladis arte dedit.
Nec minor extinctum luge GERMANIA vatem,
Historia debes cui monumenta tua,
Quique bonas artes & publica commoda iuuit,
Ac cecinit summo carmina grata Deo.
At nihil ingenium quod funera saua moratur,
Et dulcis pietas ac sine labe fides.
Nos autem quibus est tam clarum lumen ademptum
Odera cæruleis hic vbi serpit aquis:
Inprimis lugere decet, gemitusque frequentes
Edere, nec lacbrymas continuisse pias.
Hoc etenim virtus, & tanti fama poeta,
Dignus & aterna laude meretur honos.
Ergo vbi signa dabunt sub turribus æra, iuuentus
Omnis funestam confluat ante domum:
Et gratos animos testetur honore sepulchri,
Flectat & iratum supplice voce Deum.

De Pontificis Maximi sententia generalis cogendi Concilij, paulo ante diximus. Cum iccirco Electores ac cæteri Germaniæ Principes rem hanc potissimum ad sese spectare cernerent, conuētum Naumburgi in Thuringia quamprimum celebrādum existimant, eoque etiam sese celeriter recipiunt. Quapropter ne auctoritas summi Pontificis detrimenti quidpiā caperet, Pontifex ante omnia ad conuentum istum Principum legatos suos ablegare sibi in animū induxit: missi iccirco Zacharias Pharēsis & Ioannes Franciscus Comendonus Zazynthi, Episcopi, ad Cæsarem Ferdinandum Viennam, vt ibidem expositis suis apud Cæsaream Maiestatem mandatis, modum & consilium eius- 1561. *Electorum ac Principum Germanorum Naumburgi conuentus.*

1561. dem, obeundæ videlicet suæ legationis, sequerentur, quæ illos adhortata est, vt absq; vlla cunctatione principes Augustanæ confessionis, Naumburgi ad Salam iam congregatos, conuenirent, cum iisdẽ leniter siue modeste agerent, & totis innixi viribus omnem exasperationis & offensionis materiam sibi præciderent, modo, antequam conuentus iste dissolueretur, rem celeriter perficerent, ne forsitan posthac singulos principes, singulis ac peculiaribus siue determinatis suis in prouinciis adire, cogerentur. Maturantibus itaque Pontificiis legatis abitum Cæsar Ottonem Comitem Ebersteinium, Felicem Bogislaum Baronem Hassenstenium & tamdem Christophorum Meclam Regni Bohemici Vicecancellarium illis adiũxit, qui postquam Naumburgũ peruenissent in amplissimo isto Principum consessu auditi sunt; cumque, nomine Cæsareæ Maiestatis, illos hortati fuissent, vt videlicet ad synodum Tridentinam venire dignarentur & de turbulentissimo statu Ecclesiæ in melius vertendo consulerent, Principes pro tam pia sollicitudine, Reipublicæ causa suscepta, Cæsari agunt gratias, ad Concilium vero quod attineret, respondent, non modo recusare, sed & imis cordis suspiriis exoptare sese Generale Christianum Concilium, hac tamen lege ac conditione, vt in isto non Pontifex, sed immota diuinæ veritatis regula, quæ sit verbum Dei, pro Iudice haberetur, iusiurandum insuper Episcopis remitteretur & Augustanæ Confessionis ordinibus facultas decernendi permitteretur: animaduertere enim sese, Pontificem hunc potissimum in finem Concilium Tri-

denti-

dentinum promoueri velle, vt in eodem iurati dumtaxat sui Episcopi sententiam, exclusis cæteris omnibus, dicerent: cum vero idipsum in publicis Imperij Comitiis iamdudum recusauerint, ea qua par sit, animi summissione sese Cæsareā Maiestatē orare, vt hocce suo responso, pro tempore acquiesceret, vsq; dum copiosiori responso se postmodum purgarent, ac demum vt contra Passauiense fœdus ac publicam pacem Religioni concessam, nihil vmquam moliretur, adesse siquidem isto in conuentu Principum aliquot absentium legatos cum specialibus mandatis, sibi ne tantillum quidem, de mittendis ad Tridentinam synodum legatis, à Dominis suis iniunctum esse, quorum tamen sententiam explorare omnino necessum sit. His dictis, Oratores Pontificij, commemoratis prius summi sui præsulis eximiis laudibus, paterna cura & sollicitudine erga Ecclesiam, ac erga omnes Germaniæ Principes incredibili beniuolentia, hac de causa potissimum instaurasse Concilium, vt tot hæreses, quæ breui temporis spatio in Ecclesiam irrepsissent, funditus extirparentur. Vt autem id eo commodius in effectum deduci possit, promittere se, omnes plene ac benigne audire velle ac omnibus libera sua suffragia ingenue permissurum: Quocirca legatos suos ad Concilium cum mandatis mitterent & tam laudabile sarciendæ concordiæ negotium promouendum; manus suas auxiliares pro virili largirentur. Verum cum iamiam conuentus istius Naumburgensis terminus instaret, Electores ac cæteri principes legatis

1561.

Oratorum Pontificiorum in conuentu Naumburgensi, propositio.

R 2 Pon-

1561. pontificiis respondent: *nullam se iurisdictionem Pontificis agnoscere: minime necessum esse, vt eidem suam in Concilii negotio, quod ipse vel cogere vel indicere non posset, mentem ac voluntatem aperiant: Consilia autem sua, Inuictissimo Romanorũ Imperatori Ferdinando, tanquam legitimo suo Domino, hac de re, sæpius ac superflue reuelasse ac detexisse: nihilominus tamen ipsis tamquam viris nobilitate conspicuis, ac ob promouendam Rempublicam, clarissimis honorifica obferre officia, maiora pollicẽtes, nisi à Pontifice, isto in negotio, ad sese ablegati fuissent.* Sic dimissi Legati Pontificij, cũ suo interprete Gaspare Schoneichio nobili Silesio Lubecam proficiscunt, inde ad Fridericum Regem Danorũ mittunt mandatorum suorum exponẽdorum facultatem petentes, quibus Rex quamprimum respondi curauit, neq; parẽti suo Christiano pientissimæ & felicissimæ recordationis, neq; sibi quicquã cum Pontifice Maximo vmquam intercessisse negotij, quocirca nec suorum mandatorum adeo esse cupidum, quo vili accepto responso, Legati re infecta ex Germania ad sua se recipiunt. Eodem prorsus nec benigniori responso Hieronymus Martinengus Concilij causa à Pontifice missus ab Elisabetha Regina Angliæ exceptus est: Is siquidem cum ad exponenda Pontificis mandata è Belgio in Insulam traiicere vellet, ab eadem prohibitus est.

Electorum ad propositionem Pontificis responsio.

Paulo post cum legati Pontificij, vti modo diximus, re infecta ad sua se recepissent, Electores cæterique Imperij Principes datis ad Cæsarem litteris, causam conuentus istius Naumburgici significant, affirmantes, se ibidem nulla alia de causa conuentum celebrasse, quam quod Religionem suam,

Protestantium principum in conuentu Naumburgico cógregatorum

AnnoChristi super millesimum quingentesimum, trigesimo in comitiis Augustanis Romanorũ Imperatori Carolo Quinto exhibitam, noua subscriptione confirmare voluerint, quam etiam ad extremum vsque vitæ suæ spiritum constanter tueri decreuerint, ita vt ne ipsimet latum quidẽ vnguem ab ea recedere, nec illud ipsum, omnibus ac vniuersis suis subditis permittere vellent; demissis insuper precib. ad Cæsaream suam Maiestatem confugere, petentes vt si forsitan aliquid, ad ciendam Imperij principibus inuidiam, ad aures eius delatum sit, illi fidem minime habeat, sed econtra à singulis ac vniuersis debitam obedientiam non solummodo expectet, verum etiam vicissim illos vt fidissimos S. Romani Imperij Principes, pristino fauore ac patrocinio clementer amplectatur. Nomina autem istorum in conuentu Naumburgensi congregatorum principum potissimum hæc recensentur, Fridericus Palatinus, Augustus Dux Saxoniæ, ambo Electores septemuiri: Philippus Hassiæ Landgrauius, Wolffgangus Comes Palatinus Rheni, Ioannes Guilielmus Dux Saxoniæ, Christophorus Dux Wirtembergicus & Carolus Marchio Badensis. Legatos vero suos cum mandatis miserant: Ioachimus Marchio Brandeburgicus septemuir, Georgius Comes Palatinus, Ioannes Marchio Brandeburgicus, Georgius Fridericus Marchio quoq; Brandenburgensis, Barnimus & Ioannes Fridericus Duces Pomeraniæ. Ioannes Albertus & Vdalricus Duces Mechelburgenses, fratres germani, Franciscus Dux Saxoniæ, Wolffgangus, Ioachim⁹, Carolus, Ioachimus-Ernestus Prin-

1561. *ad Cæsarẽ littera, & nomina.*

1561. cipes Anhaltini, Georgius Ernestus & Poppo Comites Hennebergici. Rex vero Daniæ & Principes Luneburgenses litteras dumtaxat tamquam beniuolentiæ ac coniunctionis suæ testes illuc tramiserant. Paulo post hunc conuentum Augustus Dux Saxoniæ, S. Rom. Imp. Elector ac Archimarschallus, Annam, Mauritij fratris sui filiam, Guilielmo Principi Arausiensi, matrimonio iungit: nuptiæ autem Lipsiæ splendidissimo ac sumptuosissimo apparatu celebratæ sunt, quibus plæriq; Principes interfuere, easdemque honorifica sua præsentia cohonestarunt, ex iis autem potissimum Fridericus Rex Daniæ à Philippo Ringrauio, Regis Caroli nomine, cui militabat, Flensburgum vsque comitatus ac conchyliati ordinis insignibus equestribus donatus est.

Nuptiæ Guilielmi Arausiensis & Anna Saxonica.

Hoc anno partim in Belgio, partim vero in Hispania, grauissimis persecutionibus in Religionis suspectos animaduersum est. Priuatorum enim ædes, in quibus clandestinæ conciones habitæ fuerant, comburebantur, idque potissimum ex instinctu Antonij Perenotti Cardinalis Granuellani, qui, ne malum istud ex Germania allatum & iam in Gallia quoque longe lateque diffusum, latius serperet, nullam non curam, nullum laborem intermittebat: nec solummodo, in ædes verum etiam in compræhensos immanissimis ac crudelissimis modis, tum temporis sæuitum fuit. Quidam enim flammis vstulati, multi aquis submersi, non pauci exquisitissimo ac nouo supplicij genere mactati sunt. Quibus indignis modis & crudelissima pœnarum atrocitate, protestantes permoti, vt in-

Protestantes in Belgio persequuntur.

iuriose

iuriose & inique secum agi ostenderent, Regi Hispaniarum Philippo fidei suæ confessionem obferunt, petuntque vt perlecta ista, ab innocentium hominum suppliciis temperaretur nec inauditi damnarentur. Istas siquidem turbas à duobus hominum generibus proficisci, qui contrariis cupiditatibus incitati, in hoc tamen consentiant, vti Iudicum sententias, ad suarum libidinum arbitrium, labefactent atque peruertant: Quosdam immaturo zelo tuendorum errorum, qui tamen in Ecclesia iam pridem obtinuerunt: quosdam metu permotos, ne Euangelium tandem inualesceret, quod prauis suis studiis omnino repugnare non nouissent: Arrogantiæ vero summæ esse, eos ipsos condemnare, qui verbo Dei innitantur; summæ procul dubio atque vesanæ impudentiæ verbum Dei humanis commentis postponi: Quocirca antequam in quenquam ita sæuiatur, esse hominem istum pri⁹ ex verbo Dei conuincendum: non vero disputandum crudelissimis istis argumentis *ignibus & gladiis*: verbum enim Dei solum esse, veram ac certam veritatis regulam. 1561. *Fidei suæ confessionem Regi Philippo obferunt.*

In Gallia initio huius anni, supra millesimum quingentesimum, sexagesimi primi, cubicularij nobiles, & alij familiæ Regiæ ministri domestici, per decretum, dimidia stipendiorum suorum parte contenti esse iubentur, tertia etiam pensionum pars tum temporis abrogata fuit, iis dumtaxat exceptis quæ externis hominibus tam in regno quam extra Regnum, alimentorum loco ex liberalitate Regum persoluuntur, quæ, vt publico libello Regique Nauarræo ipsi oblato fereba- *Cubicularii & alii Ministri aulici Regis Galliæ dimidia stipendiorum pars detrahitur*

 tur,

1561. tur, eo pertinebant, vt non solum Italis quorum auaritia & malæ artes, rerum gnaris ac futuri prouidis, tum suspectæ erant, nullę largitiones fierent, verum vt iis tamquam exteris, iuxta Regni leges ac consuetudines, Magistratus ac alię dignitates publicæ abrogarentur, sacra Patrimonia, quæ iam in Gallia amplissima tenebant, adimerentur, ac toto denique Regno imposterum eiicerentur. Non multo post M. videlicet Februario Rex relicto Aureliano, Fontembellaqueum tendit, quo cum peruenisset, Principem Condæum ad se accersi curat, qui citatis equis mox Lutetiam appulit & multis in vrbe collectis amicis, magno comitatu Fontembellaqueum properat, quem tamen, remouendæ omnis suspicionis grata rursum in itinere dimittit, & solummodo Francisco Rupifulcandio comite & Senarpontio pro præfecto Picardiæ stipatus in aulam aduenit. Cum autem, Regem Reginamque de more salutasset & maxima beniuolentia exceptus, ac postridie in interius consilium intromissus fuisset, ab Hospitalio Regio Cancellario, rogauit quas nimirum probationes obiectorum sibi criminum, iam aduersus se mouere posset: negante autem idipsum Cancellario, ab omnibus Regni optimatibus tum temporis præsentibus, vnanimi consensu innocens, ac ad pristinum locum in consistorio occupandum, adhortatus est. Rex quoque edicto coram Regente, Regiæ stirpis principibus ac sacri Consistorij assessoribus declarat, sibi de Condęi innocentia liquido constare & permissum ipsi esse, apud Senatum Parisinum ampliorem suæ innocentiæ approbationem persequi, & decretum

Condæus à Rege absoluitur.

illud

illud publicari, ac in acta publica referri curet, ac denique istius publicati decreti exemplaria vbiq; locorum ad oratores mittantur, qui apud fœderatos principes, Regi essent ab officiis. 1561.

Contentiones inter Regem Nauarræum & Reginã matrem.

Tum temporis quoque inter Reginam matrem Regemque Nauarræum graues admodum simultates exortæ sunt: conquerebatur enim Nauarræus non ingenuè ac syncerè secum agi, siquidẽ pro cõcessa Reginæ administratione Regni, sibi haud æquam siue suo merito condignam gratiam reponi, quod vbique in administranda Republica Guisio postponeretur, vt qui arcis claues asseruaret, & cõsentiente Regina, omnia pro suo lubitu gereret, imo non immerito sibi rem ingratissimam videri, q̃ is, quem tamen Henrici & Francisci II. Regum tẽporibus manifestissimum hostem expertus sit, primas in Regno vices obtineat. Sin vero omnia in Reginæ gratiam dissimularet, tanto minus æquum esse, vt illa facilitate siue bonitate sua abuteretur: maximopere iccirco esse necessarium vt alter alteri cederet, apud Regem siquidem se vna cum Guisio nequaquam posse viuere. Cui Regina respondit, se quantum posset & ipsa quoque æquitas postularet, Nauarræo gratificaturam, cum vero nulla adhuc probabilis ratio se obferret, iccirco Guisium nequaquam à Rege sese amandare posse, siquidem ista sua munera quæ pro suo officio apud Regem gerere deberet, ipsius exposcere præsentiam, benè insuper sese animaduertere quotidianas huiusmodi esse Regis Nauarræi querimonias, vna siquidem ipsi concessa plures indies adhuc expetere: nec vllum vmquam fore querelarum istarum modum

1561. neque finem: nihilominus tamen vt ex parte que relis suis satisfieret, se in ipsius gratiam effecturam vt arcis claues ad ipsum deferrentur, licet id officium propriè ad Magnum, vti appellant, Magistrum propriè pertineret, quemadmodum Connestabili idem officium administrante olin fuisset factitatum: verum Nauarræus excepi Connestabilem non ea ratione id egisse, sed quatenus esset Connestabilis, ea re scilicet ad suum illud munus propriè pertinente: His dictis grauior altercatio exorta est, acerbissimisque ab vtraque parte sermonibus pugnatum fuit, atque ita quidem vt insequente die Nauarræus abitum siue ex aula Regia discessum maturaret. Cumque iam onerariis iumentis Melodunum præmissis, ocreatus equum conscendere vellet, vnaque cum ipso Regiæ stirpis Principes, Connestabilis, Castillionæi & maxima pars Nobilitatis ex aula emigrare sibi in animum induxissent. Regina repentinum illud consilium maximoperè perdoluit. Icciro suasu Cardinalis Turonii, Connestabilem ad se vocari mandat, vtque conatus eius impediret, effecit, vt Rex duos Secretarios conuocaret, qui in acta publica referrent, quos is, propter instantem necessitatem ac imminens periculum, tamquam primus Officiarius Regius apud sese permansurus sit. Quæ vox Connestabilem adeo vinctum tenuit, vt quamuis id esset pollicitus, Nauarræum, tamen postmodum numquam sequi voluerit, quamuis insuper ad id faciendum à Momorantio Mareschallo, natu maiore filio, serio impulsus sit.

Regi-

Reginam itaque in Nauarræi odium, Guisiis nimium indulgere ac patrocinari, fama cõstans vbique spargebatur. Quo rumore etiam postmodum effectum est, vt conuentus ad minorum ordinum comitia Lutetiæ maturaretur. In quo cœtu de Regni recta administratione plura agitata sunt, vt videlicet multi Regni Magnates à præcipuis officiis siue muneribus aut amouerentur, aut ad ea alii promouerentur, vt Guisii pecuniarum Regis Francisci Secundi tempore administratarum, rationem redderent; vt etiam de facinore isto, quod viuente adhuc Rege Heinrico perpetrassent, se purgarent; vt denique ab ipsis quoque Guisiis, Santandræano Mareschallo, Ducissa Valentina &c. immensa ista dona repeterentur: Illis interim omnibus reddendarum rationum obnoxiis vetaretur, ne Regio Secretiori consilio vllo modo interessent. Hisce postremo connumerabatur quoque Connestabilis, hac tamen adnexa clausula SI TENERETVR. Dumque hæc ita geruntur, comitiorum illorum viris, sub Regis nomine, seuerè admodum iniungitur, ne quicquam de Regni administratione agant. Quod licet grauissimè illis esset interdictum, nihilominus tamen propositi tenaces in instituto suo constanter perseuerant, affirmando illud ipsum maximè spectare ad ista ordinum comitia, nec illa à nudo arbitrio consanguineorum Principum sola dependere. Quæ omnia cum ad aures Reginæ delata fuissent, vehementer admodum perturbata, cumque nullo conuenientiori remedio malo isti occurrere posset, quam

1561. *Conuentus ad minorū ordinumq comitia maturatur.*

Regina quo pacto Regi Nauarræ reconciliata sit.

si Na-

1561. si Nauarræo rursum reconciliaretur: iccirco Conestabilem multis precibus sollicitat, vt hoc in negotio perquam periculoso, sibi operam suam præstaret: quod & non solum libenter in se recepit, verum etiam id diligenter & fideliter exsecutus est, hoc inter vtramque partem inito fœdere, *REGEM NAVARRÆVM PER VNIVERSAS REGNI REGIAEQVE DITIONIS PROVINCIAS, PROREGEM DICI: REGINAM NIHIL SINE IPSIVS CONSILIO AC VOLVNTATE IMPOSTERVM ACTVRAM.* Cæteraque ferè hanc in sententiam cum verbis tum scriptis plenius confirmata, atque in commentarios publicos à Secretariis Regiis relata sunt. His ita initis conditionibus omnes Regii sanguinis Principes & Condæus quoque ipse, hac de causa Lutetia accersitus, subscriptione sua confirmarunt. Subscribebat itidem Guisius atque exinde se eo obsequentiorem Regi Nauarræo exhibebat. Quo facto Mommorantio Mareschallo mandatum, vt per aliquot ad illud negotium expediendum delegatos viros minores isti ordines Lutetiani reuocarentur, & quod primum de Regni gubernandi ratione actũ esset, iusta correctione emendaretur, quod ab eo magna cum Reginæ voluptate ac sine vlla Regis Nauarræi offensione dexterrimè in effectum deductum est.

Conuicia Aulicorum in negotio Religionis & inde subsecutis Bellum censis tumultus.

Cum hocce tempore Magnates siue primores Aulæ Francicæ ob negotium Religionis admodũ inter se inuicem dissiderent, eadem quoque de causa in Prouinciis periculosæ controuersiæ exortæ sunt, aliis alios Hugonotos, aliisque partem ad-

uersam

uersam Papistas contumeliosissimè appellitantibus: creberrimi etiam tumultus instinctu, vt aiunt, concionatorum imperitam plebem ad id instigantium, exorti sunt. Cum verò Colinius nimis audacter esset pollicitus, quod videlicet, citra omnem tumultum nouæ doctrinæ promulgationem per Prouincias instituere vellet, ideo ad eius conatum impediendum Samarobrigæ & ad Esiæ pontem ad seditionem peruentum est. Bellouaci quoque hãc potissimum ob causam tumultus subsecutus est. Cum enim Cardinalis Castellionæus, Bellouacensis Episcopus, infesto quodam, non in templo D. Petro sacro, sed in priuato Palatii sui Sacrario cũ nonnullis ciuibus & domesticis suis, concionatore L. Buticulario Sacra peragente, Sacram Synaxin sub vtraque specie sumpsisset, continuo rumor iste per vrbem sparsus est. Itaque plebecula ob id adeo irritata fuit, vt aliquot Iuuenes lanificio victum quæritantes, omnes vrbis angulos perreptauerint inque nonnullorum ædes irruptionem fecerint. Imprimis autem presbyterum quemdam Hadrianum Forræum nomine, qui ob Religionem suspectus erat & Reformatorum pueros in pietate ac bonis litteris informare credebatur, corripiunt, pugnis cædunt, domoque eiectum ad locum suppliciis publicis destinatum, protrahunt, vt ibidem tamquam hæreticus & nouæ Religionis socius flammis vstularetur, nec mora, ocyus enim accurrit carnifex & absque vllo Magistratus ordinarii præiudicio ac mandato, miserum atque innocentem hominem, causa eius prorsus incognita, flammis Vulcano obtulit. Hoc spectaculo cæteri accessi 1561.

maiora

1561. maiora conantur, Palatium enim Episcopi, quod aduersus similes ciuium tumultus non multo ante, turribus ac mœnibus fortissimè muniuerat, furibũdorum instar obsident & multis stentoreis prorsus clamoribus Cardinalem ipsum postulant, qui ad eminens periculum euitandum, habitu Cardinalitio siue Purpurato, se rabidæ plebeculæ spectandũ obfert, quo habitu omnes perterriti, & in suas ædes rursum circa vesperam dilapsi sunt. Postero die cum vicina Nobilitas in vrbem conuocaretur, seditio quoque euanuit. Cuius rei cum Rex certior factus fuisset, Fr. Momorantium Peninsulæ Franciæ præsidem, cui Bellouacum subiectum est; & Odeti propiorem sobrinum ablegauit, vt de seditionis istius auctoribus inquirerent. Diligenti autem dierum aliquot peruestigatione facta, tamdem duo dumtaxat motuum istorum incentores vnus faber ferrarius & alter carnifex, reperti sunt, in quos, non immerito animaduersum est. Simili de causa Ioannes Hanus ordinis Paullensis (qui ordo tempore Ludouici Vndecimi à Francisco institutus fuerat) ob turbulentas quasdam conciones in carcerem coniectus est.

uisius ndæo re- nciliat ur.

Guisio interea Caleto, quo Mariam Scotorum Reginam deduxerat, in aulam reuerso, totis virib⁹ in id incumbebat, vt Condæo qui, vt diximus, à Rege ipso ac Regni aliquot Magnatibus obiectorum criminum innocens declaratus fuerat, rursum cõciliaretur; qui hanc potissimum ob causam à Rege accersitus, clanculum amicos suæ causæ fauentes sollicitat, vt sibi præsto sint, imprimis autem Franciscum Momorantiam Annæ filium qui multã

qui-

quidem nobilitate, sed serius & re infecta ad eũ venit: tamdem inter eos sic trãsactum est, Rex coram Rege Nauarræo, Borbonio, Lothareno, Castellionæo, Armeniaco, Guisio, Cardinalibus, Monpéserio & Rupisurionio, Nemorosio, Niuernio, Lõgauillano, Anna Momorantio, Ioanne Brossio Stampensi, ducibus, Michaele Hospitalio Regni Cãcellario, Santãdreano ac Brissaco Equitũ tribunis, Colinio maris præfecto aliisq; Sacri Consistorii assessoribus, in psentia Cõdæi ac Guisii, ad matrẽ Reginã sermone conuerso, ait, q videlicet vniuersos ac singulos istos pcipuè hac de causa cõuocasset, vt, dissidio inter Condæũ & Guisium cõposito & ipsi quoque inter se inuicem recõciliarẽtur, q ambos sui & publicæ tranqllitatis causa facturos, minimè dubitaret. Iussus itaq; Guisius, vt si quid aduersus Cõdęũ haberet, plenius edoceret, qui cõpellato honorificè Cõdæo, respõdebat ac palã attestabatur, nũq̃ se custodiæ Cõdæi auctorẽ multo minus consultorem fuisse: Quibus dictis Condæus Guisiũ rursũm cõpellauit, hac protestatione facta, se illũ ipsũm hominem, qui talia contra se molitus esset cuiuscunque tandem siet dignitatis aut ordinis, pro nefario ac scelerato habere, vsque dum sibi obiecta crimina comprobarentur, quod quidem, Guisius inferebat, se facilimè credere, cæterum vero hoc ad se nil prorsus pertinere. Postea Rex se, more cognatorum, amplecti iubet, quod illo ipso puncto præstitum & ab vtraque parte firma ac constans amicitia est pollicita: Cumque eius rei documentũ publicũ Claudius Albaspineus & Iacobus Burdin⁹ cõfecissent & à Secretis Regis mãdatis subscriptũ 1561.

fuisset,

1561. fuisset, tamdem magno omnium applausu, in speciem, id actum: ad testandam autem lætitiam suam Regina mater omnes ac singulos Aulæ proceres conuiuio lautissimo excepit. Cum vero ordines compilandis Prouinciarum postulatis non minimum temporis consumpsissent: pridie, ante reconciliationem Guisii cum Condæo, Rex comitia ad SanGermani fanum, in aulam conuocauit. Ibi Rex in throno suo Regio reliquos eminebat, ad læuam Regina matre infra sorore & rursum humiliori loco Rege Nauarræo sedentibus, ante quos ad dexteram Momorantius ad læuam Hospitalius Cancellarius assidebant, Guisius vero insigni Magistri Palatii scipione videlicet aureis liliis distincto ad Regis pedes erat: Controuersia autem in frontispicio istius conuentus à Cardinalibus quibusdam, Sacrosancti ordinis prærogatiua Regiæ stirpis Principes præcedere volentibus mouebatur. Sed cum pro illis contra eos pronunciatum esset Armeniacus & Castellionæus, acquieuerunt & infra Principes assederunt. Turuonius vero Purpuratorum Princeps Lotharingius & Guisius, non sine magna indignatione ac obmurmuratione erga collegas suos, è Comitiis aula excesserunt, prætendentes quosdam videlicet esse Cardinales, quibus Galerus ornamento sit, quosdam è contra Galerum ornare. Tum Cancellarius pauca præfatus, cur nimirum ista Comitia hunc in diem vsque procrastinata fuissent: quibus causis indicatis vniuersos ac singulos adhortatur, vt suam, de Republica, sententiam liberè dicerent & inceptum tam laudabile institutum consiliis ac sententiis suis perseque-

Conuentus ad SanGermani fanum.

querentur. Ex quibus M.Britannus Augusto-dunensis assurrexit & cùm Reginæ matri, tum etiam ipsi Regi Nauarræo de nupera reconciliatione inita gratulabatur ac publicè profitebatur concordiam istam Regno non parum suo tempore profuturam: tum in Cleri siue sacri ordinis corruptos mores ac deprauatam ac dissolutam vitam atque disciplinam, acerba oratione, inuectus est, multis exemplis ostendens, quod videlicet turpis ignorantia inter sacerdotes grassaretur, nec pro prisco ac in Ecclesia recepto more suæ fidei commissum gregem instituerent, nec eidem honesto quopiam exemplo ad innocentem integramque vitam amplectendam præirent, sed dissolutis ac peruersis suis moribus innocenti populo, offensiones, rixas ac pericula ingentia crearent, omnia mercede, tamquam ad rem istam detestandam conductitios, efficere conarentur, dum nihilominus sese totos voluptatibus interim manciparent, nimiaque luxuria, pro suo exultarent lubitu: hanc icirco solam esse malorum istorum lernam, quæ Regnum Galliæ, olim florentissimum, hodierno tempore adeo miserè diuexet, & ni maturè occurratur, pessundet atque prorsus corrumpat: Proinde se plebis nomine Regem, (cuius proprium sit officium Religionis curam suscipere,) submisse orare, vt pullulantem vitiorum omnium contagionem amoliretur, ac sacerdotibus, omnem iurisdictionem, quæ ipsis nullo iure competeret, adimeret, & ècontra immensas istas opes, quas indignis & detestandis modis profunderent, in alios pios vsus elocaret: Concilium quoque nationale, quod cer- 1561.

S tissi-

1561. tissimum malorum istorum componendorum sit remedium, legitimè celebrari curaret, eoque liberè accedentibus fide publica caueret. Concilio isti vel Rex ipse, vel ipsius loco Regiæ stirpis Princeps aliquis, præsideat. Interim dum de Religionis controuersiis decernitur, illis, qui Romanæ Ecclesiæ ceremoniis Religione præpediti, interesse non possint, facultas detur publicè conueniendi sacrasque conciones audiendi, prouinciarum præfecti, Regis ex mandato, videant ne Rex aut Respublica detrimentum aliquod capiant. Postremò indignabundus quasi conqueritur de iuridicis Magistratibus, qui meris nundinationibus ad honores siue dignitates proueherentur, non autem suis meritis: Propterea se petere, vt imposterum viri ab omni auaritiæ specie alienissimi in ipsorum vices surrogarentur. Qui vero cleri nomine iisdem in comitiis verba fecit, modestè admodum aduersus se suique ordinis homines, prolata ac obiecta diluit, petens vt Rex, cui præcipua Religionis cura incumberet, ordinem vniuersum sibi commendatum haberet, illiusque iura, priuilegia, dignitates (quibus Respublica in officio contineretur,) sartas tectasque conseruaret. Sed & de alieno ære creditoribus dissoluendo istis in comitiis agebatur, multaque in medium adducebantur, quibus ærarium, superiorum temporum, seu bellis seu nimis largitionibus exhaustum, rursum aliquo modo suppleri posset: inter alia permulta, addebatur, vt fructus litigiosorum sacerdotiorum, fisco Regio addicerentur: Vtque ex sacerdotiis, si quingentas libras nummarias æquauerint, quarta pars:

Simil-

Si mille, tertia: Si vero tria millia librarum excesserint, dimidia pars decideretur, & ærario Regio applicaretur: Qui vero duodecim millium librarum annuos reditus perciperent, iisdem tria millia relinquerentur, cætera vero Regi attribuerentur: Carthusianis itidem, Cœlestinis, Maturinis, Minimis ac Monialibus; omnes reditus superflui, qui ad sustentandum illos superessent, adimerentur: res insuper soli omnes (exceptis Castellis & ædibus in quibus Episcopi & Canonicorum Collegia domicilia sua haberent) venderentur: ex quibus ratione diligenter inita constabat, centum & viginti librarum myriadas posse confici, quarum tertia parte sacerdotibus relicta & fœnori collocata tantum emolumenti dominis, quantum ex fundis suis rediret; reliquæ summæ ad æs regni persoluendum impenderentur: quo pacto ærarium regium augeri, æs alienum conflatum persolui & tandem populum, tributis, quibus vltra modum grauaretur & ad extremam fermè inopiam adigeretur, commodissimè leuari posse arbitrabantur. 1561.

Ineunte Martio, & quidem die quarto Carolus Princeps Anhaltinus, Ioannis filius primogenitus anno ætatis suæ supra vicesimum septimo Seruestæ vitam cum morte commutauit & tanto Principe digna pompa funebri ad maiorum monumenta relatus est: Postero autem die Carolus Carafa Cardinalis, qui grauissimis quibusdam de causis vna cum asseclis suis in

Obitus Caroli Principis Anhaltini.

Carafæ supplicium.

1561. carcerem coniectus fuerat, ab ipso Summo Præsule Maiestatis damnatus ab omibusque honorum gradibus priuatus, curiæ, vti vocant, seculari, castigandus traditur: qui mox ad mortem damnatus, & rerum capitalium quæsitori, vt in eum iuxta statuta ciuilia animaduerteret, mandatum est, cuius iussu in mole D. Adriani à carnifice noctu strangulatus est: antequam autem moreretur impetrauit, vt septem Psalmos pœnitentiales recitaret, quam salutis æternæ sollicitudinem siue desiderium maius numquam in vita, quam sub tragico isto exitu habuisse, plærique attestantur. Ioannes eius frater Montorii quondam Comes, paulo post autem Paliani Dux & cum eo Alifanus Comes, vxoris Ioannis, frater & Leonardus Cardineus ad mortem condemnati in carcere Turris-nouæ supplicio adfecti & ad pontem Ælium, publico plebis ludibrio expositi, memorabile fortunæ instabilis spectaculum præbuerunt, insigne præterea documentum iis post se reliquerunt, qui ad summa honorum culmina ac dignitatum fastigia euecti sunt, vt moderate iisdem vtantur, siquidem reputantes plærique Paliani casum, quem nuper regia ferè pompa summis cum mandatis per vrbem equitantem conspexerant, nunc vero eumdem securi percussum & capite truncatum viderent, humanæ fragilitatis siue rerum omnium vanitatis admonebantur, quæ res diu in tanto rerum culmine consistere minimè patiuntur. *Fortuna* siquidem, *vitrea est cum splendet frangitur*, cuius vanitatem omnibus serio vitandam Marcellus iste suadet Palingenius, † paucis at elegantibus suis in versiculis.

† vide sinu capricornu

Ite

Ite ergo, ô caci mortales, ite, & auaras 1567.
Cogite diuitias, loculos distendite nummis pag. 388.
Per fas atque nefas: digitos onerate lapillis, Edit. Basil.
Aureaque indigno glomerate monilia collo, Anno 15.43
Et serum vestes, passim ostentate superbas
Perque forum medium tumidis incedite buccis:
Ite inquam, ô cæci mortales, SCEPTRA, CORONAS,
IMPERIA, & demum quicquid temeraria vobis
Largiri Fortuna potest, nunc pectore toto
Affectate: breui tamen hæc tam pulchra recedent:
SOMNIA SVNT CVNCTA HAEC, durantia tempore paruo
Quæ cito vel nobis SORS auferet, aut rapiet MORS:

Quæ facile vt fumus fugiunt, nequeuntque reuerti, & paulo post: pag. 307.

Quò nunc tot reges auroque gemmisque superbi,
Quò tot Pontifices summi, qui se esse putabant
Aequales superis, abiere? IN FOEDA SEPVLCHRIS
OSSA IACENT, forsanque animas styx atra coercet,
Expulsas procul, à fælici sede piorum:
Atque ibi dant pœnas fastus, scelerumque suorum
Quam vellent nunc, si possent sua corpora rursus
Induere, atque nouis iterum se includere membris,
Vt prostergatis opibus, regnoque relicto,
Vitam agerent puram & sanctam, sub paupere tecto,
Iustitiaque sua cœli sibi numen amicum
Efficerent, ac morte obita, fruerentur olympo.
Sed, QVI SERO SAPIT, FRVSTRA SAPIT. ocyus ergò

1561. *Pro se quisque Deo studeat virtute placere,*
Terrenisque bonis spretis, cœlestia quærat, &c.

Cardinalis itaque cadauer in vicino Mariæ Transpontanæ templo, sepulchro publico humatum, paulo tamen post à domesticis ac familiaribus suis ad templum Mineruæ transportatum ibidemque in familiari suo monumento repositum est, cæterorum vero cadauera in locis publicis hominum ad mortem condemnatorum, sepulta sunt. Paliani autem Ducis singularem constantiam multi prædicant, qui perhibent, ipsum ante mortem, amicos suo periculo, consternatos siue perterritos, egregia quadam oratiuncula solatum fuisse, & ad filium litteras præceptis ac monitis saluberrimis refertissimas, perscripsisse, quibus in vltimis non solummodo extremum ei vale dixerit, verum etiam, Christiano more benedixerit: Vltra crimen autem læsæ Maiestatis, quo tum Cardinalis frater maximè onerabatur, ei vxoris grauidæ quoque cædes obiecta est, quam adulterii falso accusatam, stimulante Cardinali, per Alifanum, & Cardineum, indicta causa, strangulandam curauerat, quamobrem illi tamquam homicidii conuicti capite luerant. Cardinali vero obiectum quod Paulum Quartum Patruum, per se iracundum, falsis rumoribus exacerbatum ad arma impulisset, multos & maximæ dignitatis viros, huius belli occasione vexasset: quinquennalibus induciis inter Gallos & Hispanos ictis, violandis causam dedisset: Secreta consilia cum protestantibus Germaniæ Principibus, atque adeo cum Turcis Christiani nominis hostibus sociasset, &c.

Paliani Ducis ante mortem summa constantia.

Non

1561.

Non tamen magni nominis Iurisconsulti eodem tempore defuerunt, qui crudelissimum istud iudicium iniquum fuisse, magna animorum constantia & vnanimi consensu, palam profiterentur; quippe quod Cardinalis sine testibus, ex suis tantum litteris eorum, quæ Pauli Quarti Pontificis Maximi iussu à se facta contendebat, redargutus damnatusque fuisset, iis quæ sibi obiecta fuerant, more Romano quæstione videlicet ac vi tormentorum minimè expressis, dilationibus item, quas petebat, non concessis: Patronis denique eius raro auditis. *Sanè* Pontifex videri voluit, eos non eo consilio in carcerem trusisse, vt morte eosdem tolleret: at in quæstionibus habendis, Cardinalis responsis exasperatus, magnitudinem demum rei intellexisse, annitentibus plærisque, qui Cardinalem excelsi & intrepidi animi virum, si dimitteretur, in ipsius aliquando gentem vltionem sumpturum, dictitarent.

Itaque ob id eum dè medio tolli iussisse, in cæteros maiori clementia fuisse vsurum, nisi calamitosæ causæ coniunctio inflammatum semel, meticulosi senis, animum, ad maiorem seueritatem exercendam impulisset, vt is eos potius perdi, quam Cardinalem seruari tutius existimaret: mitius vero cum Cardinali Alfonso, homine alioqui mansuetæ continentisque naturæ, actum fuit; Is enim cum accusatus fuisset, quod cædem vxoris Ducis Paliani suo consensu approbasset & insuper, ante Pontificis obitum, quædam ex ipsius cubiculo surripuisset, centum aureorum millibus & amissione præfecturæ Came-

Alfonsus Cardinalis cæteris mitius punitur.

1561. tæ Apostolicæ mulctatus est. Post hæc, vt bellum à Paulo Quarto Summo Pontifice contra Cęsarem Carolum Quintum & eius filium, Regem Hispaniarum Philippum motum, Carafarum: instinctu iniustam approbaret Pontifex, vtrumq; innocentem esse pronunciauit, & cunctis, quę Philippo Regi à Papa Paulo Quarto, obiecta fuerant, absoluit, & insuper Marco Antonio Columnæ Paliannum restituit. Capti quoque & in mausæolum Adriani detrusi sunt Scipio Rebiba Cardinalis tamquam arcanorum Carafæ conscius, aç Innocentius Montanus, qui summa amplissimi Purpuratorum ordinis infamia, à Iulio Tertio, Pontifice, in numerum Cardinalium çooptatus fuerat, & accusatus, quod proximi interregni tempore, Patrem & filium caupones, vt illius vxore potiretur, interfecisset. Et ille quidem Constantinopolitano Patriarchatu cohonestatus, vt iniuriam sibi factam, vanæ dignitatis titulo placatus, obliuisceretur: hic vero (Montanus) opimorum sacerdotiorum abdicatione se meritæ seu sceleribus suis condignæ pœnæ exemit, qui etiam in summa egestate à corruptissima aç dissolutissima sua vita, ad saniorem mentem redire noluit, sed quamdiu heic superstes vixit, tamdiu Romanæ Curiæ summo dedecori esse non desiit. Papa interea omni metu iam liber, more prædecessorum suorum nepotes suos, filios nimirum ac sororum suarum filias ac se accersit, omnesque matrimoniis ditissimis ad amplissimis dignitatib⁹ auctos ad summa honorũ culmina euehit. Inde Carolum

Homicidii Cardinalis Montani relinquitur multum.

...a Nepotibus suis amplissimis matrimoniis prospicit.

Bor-

Borrhomæum & Marcum Sitichum in numerum Cardinalium cooptauit, & Borrhomæum quidem tamquam virum Eruditionis laude clarissimũ summis Ecclesiæ negotiis pertractandis præfecit. Fridericum vero ipsius fratrem, qui Guidibaldi Vrbinatum Ducis filiam in vxorem duxerat, Ecclesiæ gubernatorem creauit, eique etiam Camertium Principatum constituens, Borrhomæi sororum vnam Fabricio, Marci Antonij Columnæ filio adhuc puerulo, alteram Fabricio Gesualdo, Ludouici Consani Comitis filio, tertiam alterius sororis filiam Hannibali Altempsio matrimonio elocauit.

1561. Car. Borrhomæus & Mar. Sitichus fiũt Cardinales.

Eodem M. Martio D. IX. Wenceslaus Archidux Austriæ paulo post decimam vespertinam, sub cœlesti signo capricorni Maximiliano secundo Romanorum Imperatori: Neostadij in Austria natus & insequenti Die Lunæ à Reuerendissimo in Christo patre ac Domino, Domino Doctore Logo Episcopo Neostadiensi (qui serenissimi Caroli Archiducis Austriæ ante nactam dignitatem Episcopalem, præceptor fuerat, sacro fonte baptismatis tinctus, ex eodem autem ab Oratore Gallorum Regis, & Domino Christophoro ab Eytzing ac Domina Polyxena Lassa susceptus est, qui successu temporis in Hispania vitam cum morte commutauit. Interim Pontifex Maximus summopere verebatur, Nationalis istius Concilij in Gallia progressum sibi maxime obfuturum, maxima itaq; diligentia summoq; studio generale Concilium maturabat, huncque in finem potissimum Cardinalem Ferrariensem ad Regem Gallorum ablegat: Ille se Romæ Francicarum Eccles[...]um defenso-

VVenceslaus Archidux Austria nascitur.

Cardinalis Ferrariensis ad Regẽ Gallorum mittitur,

1561. *ſed re infecta cum ludibrio domum remittitur.*

rem iactitabat eoque titulo maximis reditibus annuis in Gallia fruebatur & familiæ ſuæ iampridem ibidem aliquod nomen cõſecutæ, priuilegiis confidebat: ad negotium iccirco iſtud procurandum admodum videbatur idoneus. Proxima autem illa conuocatione ordinum in Gallia decreta cautum ac proſpectum fuerat, ne poteſtas conferendorum ſacerdotiorum Gallicorum penes Pontificem remaneret. Cardinalis iccirco iſte priſtino poteſtatis ſuæ fulcro innitens, magnas excitauit controuerſias, quamuis nouum iſtud ordinum decretum ſibi è diametro aduerſaretur. Sed Cancellarius contra affirmabat, rem iſtam minime ferendam vt tam recens ordinum ſententia ſiue auctoritas infirmaretur: aſſiduis tamen Cardinalis apud Regem querelis, tamdem eo deuentum eſt, vt Rex obſignandi quædam Cardinalis diplomata Cancellario ſuo poteſtatem faceret. Licet autem Cancellarius id contra omne ius & æquitatem fieri palam proteſtaretur, nihilominus tamen cum id negotium Rex ſibi diſerte mandaſſet, tamdem diplomata iſta regio ſigillo muniuit, hac tamen adnexa cautela, quam ſua manu ſubſcripſit, *Me non conſentiente*. Ad confirmanda itaque iſta Cardinalis diplomata cum ex conſuetudine recepta & de more priſco, ad ſenatum deferrentur, atque verbis Cancellarij perlectis, ſenatus reſpondit: *Non poſſe nec debere ea recipi.* quæ verba in denotandis rebus omnino iniquis, vſurpare ſolent. Quapropter dum Ferrarienſis hoc pacto, ſpe ſua litterarum fruſtraretur, imminutam ſic Pontificis auctoritatem in Gallia, maximopere dolebat. Dicteriis poſtmodum ac

conui-

cōuitiis insuper Cardinalis petebatur, ac dum vbique Crucigero suo, de more legatorum Apostolicorum, comitaretur, à subsequente puerorum turba irridebatur, facetiarum libellis ad ludibrium onerabatur: & Alexandri quidem Pontificis, aui sui, imago cum ipsius scelerum luculenta, ex Pontani Poeta quondam Italici præstantissimi, descriptione, depicta in omnium manibus obuersabatur. Quæ omnia commoto intuens animo, indignabundus, Gallia discedit meliores siue commodiores rerum gerendarum occasiones, quas postmodum etiam non sine magno rerum Gallicarum detrimento ac incommodo cōsecutus est, indies expectans. Legato Pontificio hunc in modum excepto indies summi Præsulis auctoritas in Gallia passim conuellebatur ita vt vniuersus ferme populus palam dictitaret in Religionis negotio non iam amplius, vti hactenus factum & ad hodiernum vsque diem, magno malo Ecclesiæ, adhuc fieret, hominum, sed potius rationum ac veritatis pondus expendendum esse: siquidem iam errores maximos Episcoporum incuria inueteratos circumuagari, insatiabilem esse cleri auaritiam, luxus immodicos; ferocius illos sæuisse in eos, qui contrariam in Religione sententiam sequorentur. Itaque cum de hocce negotio tam frequentes ac tanti momenti sermones, inter se inuicem conferrentur, omnium ordinum cœtus detinebantur, inde factum, vt etiam quidam Pontificiæ Religioni addicti, templa consueta negligentius, Reformatorum autem cœtus diligentius inuiserent ac cum iisdem quotidianos sermones miscerent. 1561.

Qui

1561. Qui autem veteribus opinionibus tenacius adhærebant, intra priuatos parietes sese ita continebant vt vix plebi imposterum sese immiscere auderent: Ita multi viri Nobilissimi ac quidam etiam ex optimatibus Reformatæ Religionis studio indies accendebantur.

Caroli IX Regis Gallorum inauguratio & Eleonora Austriaca nuptiæ.

Vide Geneal. domus Aust. pag. 53.

Die IIXX. Maij Carolus eius nominis IX. more solenni Regio, ætatis suæ anno XI. in Regem, consuetis ceremoniis, inungitur: Paulo vero post Eleonora Ferdinandi Romanorum Imperatoris filia (quæ II. D. M. Nouembris Anno supra millesimum quingentesimum trigesimo quarto, circa quintam & sextam, horas matutinas sub cœlesti signo Libræ, Viennæ in Austria, nata, à Reuerendissimo Archiepiscopo Strigoniensi sacro baptismatis fonte tincta, ex eodem autem à Coniuge Georgij Marchionis Brandeburgici: vxore Gabrielis Comitis Ortenburgici Marchionissa Badensi, & à Polyxena Lassa, Domini Petri Lassi Romanorum Regis supremi Stabularij coniuge suscepta fuit) principibus, comitibus ac maximo nobilium numero stipata ad Guilielmum Principem Mantuanum sponsum suum deducitur, ibique nuptię magna ac Regali prorsus pompa ac summa festiuitate, oĩum cum applausu, celebrantur. Sub initium autem Iunij Illustrissimus ac potentissimus princeps Wirtembergicus, &c. misso Alberto Comite Hoyensi cum peditibus & centum aliquot equitibus, Elicurtum in Comitatu Burgũdiæ situm (quod oppidum vna cum arce Claudius Franciscus Ryensis proximo M. Maio actu interceperat) obsidet: Licet autem Wirtembergicus cum Comite Orten-

Christophorus Dux VVirtembergicus Elicurtum oppidum ac arcem expugnat.

burgico; totius dominij causa, in Consistorio iudiciali Burgundico dimicaret, nihilominus tamen Comes Hoyensis, iussu Wirtembergici, non expectata Iudicum Consistorialium definitiua sententia, vrbiculum ac arcem crebris tormentorum ictibus adeo infestat, vt obsessi paucis elapsis diebus ad deditionem coacti sint. 1561.

Colloquium Passiacense inter protestantes ac pontificios

Inter tot & tantas Religionis diuersitates, variæ, in Gallia, perturbationes ac diuersimodi tumultus, quos partim recensuimus, partim vero adhuc enumerandi nobis sunt, diuersis in locis excitati sunt. Quocirca vt tamdem isti malo occurreretur, Regis ac Reginæ iussu colloquium Possiacense indictum est. Quo cum vtriusq; partis Theologi se contulissent, capita de quibus in colloquio isto instuenda esset actio, proposuerunt, in quibus tamen tempus exiguo sane fructu atq; emolumento Ecclesiæ, consumptum est. Potissimum enim inter eos disputabatur. 1. de dignitate Ecclesiarum cathedralium. 2. de Collegiis & eorumdem exemptionibus. 3. de ordinatione sacerdotiorum & annuis iisdem impendentibus reditibus. 4. de numero presbyterorū coercendo. 5. de corrigendis Monasteriorum disciplinis. 6. de commendis (vti vocant) & beneficiis, quæ simul vna persona habere nequeat. 7. de litibus ob sacerdotia tollendis & denique de censuris Ecclesiasticis: Ex protestantium parte autem ad Colloquium accersiti iam venerat, Augustinus Marloratus, Franciscus à Pauli fano, Ioan. Raymondus Merlinus, Ioannes Malo, Franciscus Morellus, Nicolaus Tobias, Theodorus Beza, Vezelius, Claudius Bosserius, Ioannes Boquinus,

Protestantium colloquentium nomina.

1561. nus, Ioannes Viretus, Ioannes Turrius, Nicolaus Gallasius, quibus se tamdem, eierato ordine Dominicanorum, adsociauit Ioannes Spina & Protestantium religionem publice professus est: Paulo autem post ad hoc colloquium quoq; Tiguro euocabatur Petrus Martyr Vermilius, qui inter Theologos protestantes tum temporis locum obtinebat facile principem. Ex hisce autem Augustinus Marloratus & Franciscus à Pauli fano Regi, ad colloquium eo commodius promouendum, libellum porrexerunt, in quib. quatuor tantum petiere. 1. vt præsules siue Episcopi in colloquio isto non vt iudices, sed tamq̃ partes sederent. 2. vt Regia Maiestas ipsa cum sacri cõsistorij assessoribus colloquio isti præesset. 3. vt omnes sacræ scripturę cõtrouersi articuli, ex immota diuinæ veritatis regula, quæ sit purum Dei verbum, decideretur, & deniq; omnia decreta per Notarios publicos, vti alias in similibus conuentibus fieri consueuisset, protocollarentur scriptisque mandaretur, quibus tamdem integra fides haberetur. Illis autem aliquoties petitionem suam vrgentibus, Regina vicissim petiit vt sibi fidem haberent, nec amplius instarent vt id scripto comprehenderetur; neque enim ipsis expedire: &, pro vt nunc sint tempora, magnum Regis rebus præiudicium inde fieri. Sed hæc dum ad instans colloquium maturantur, multi ex Theologis Pontificiis intercedebãt & plurimis à Regina precibus contendebant, ne Theologis protestantibus patulæ aures præberentur, vel, si id fieret, Rex tamen isti colloquio non interesset: periculum enim esse vt protestantibus auditis, & ipsius tenellæ au-

res pestifero isto, vti nuncupabant, peruersæ do- 1561
ctrinæ veneno, inficerentur, sed responsum est à Regina nihil, nisi ex Concilij sententia in ea re actu-rum iri. Denique annuentibus Monlucio Valentino, & Valla Sagiensi, Episcopis, qui ad religionis illud negotium promouendum, Cardinalis Lotthareni ingenio caute ac prudenter admodum vtebantur, actioni factum est principium. Rex itaque cum Catharina matre Regia, Alexandro fratre Duce Aureliano & Margarita sorore, Regiæ stirpis principibus & S. Consistorij Assessoribus Possiacum venit, & in maiori conclaui, in throno sibi parato consedit. Penes quadraginta autem præsules, selectiores Theologos secum adducentes, aderat quoque Borbonius, Turnonius, Castellionæus, Lotaringus, Armeniacus & Guisius, Cardinales: cumque omnes ordine consedissent, Rex ad id instructus causam istiusmodi conuentus breuiter indicat, petens ab iisdem remedia, quib. tantis turbis, iam passim in suo Regno grassantibus commodissime obuiam iri queat: videant quoque, vt præcisa omni causa offensionis, ea quæ correctione potissimum indigerent, corrigerentur & publicæ tranquillitati hoc modo cõsuleretur: Proinde velle & iubere se vt non prius inuicem discederetur, quam compositis omnibus dissidiis, mutua inter maiestatis suæ subditos concordia sarciretur: quod si, vti confidat & plane sibi persuasum habeat, fecerint, minime sese commissurum, vt patrocinium, quo à maioribus suis olim protecti sint, à se suisque Magistratibus imposterum possint requirere. Hisce adiecit Cancellarius.

Rex cum suis Possiacum ad colloquium proficiscitur.

1561. *Hospitalij Regis Cancellarij oratio.*

Si Regi per ætatem ac ardens in Rempublicam desideriũ liceret, plenius explicaturus, & frequentior huic actioni interfuturus fuisset, more exempli Constantini Augusti, qui Concilio Niceno ipse interfuit. Hanc autem ob causam, vti ex ipsius Regiæ Maiestatis ore iam modo percepissent, conuenisse, vt illa quæ cum in disciplina, tum etiã in doctrina ipsa corrupta ac deprauata essent, corrigerentur. Illud ipsum enim ex intimis cordium suorum suspiriis, exoptasse Heinricum secundum & Frãciscum primum, quorum tamen laudatissimos conatus iniqua mors impediuisset: ad id enim vere Reges à Deo ordinati & constituti sunt, quorum corda, id est, voluntates, consilia & adfectus in manu sua habet, & prout erga populos suos affectus est, ita quoque eumdem moderatur, flectit & regit: Esse Regi aui & patris sui felicissimæ recordationis regum, mentem à Deo immissam, qua in re ipsum antistitum suorum consilio & opera indigere, orare tamen Regem videant, ne more imperitorum medicorum, remedia lenientia adhibeant, quæ solummodo ad tempus durent & dolorẽ sedent, non autem morbum perfecte curent: causa morbi cognoscenda, & instante necessitate ne longius vt Herpes serpat, præcidenda: nec à longinquo nec nimis tarde quærendum est remedium: quod vero à Concilio generali expectetur, nimis id esse serum, & exteris & rerum Gallicarum ignaris hominibus, vt plurimus cætus illos constare, quib. Gallorum ægritudo minus nota ac perspecta sit, & tamen Pontifici Maximo impositam esse necessitatem, vt eorũ vtatur opera: antistites, qui hic adsunt,

fratres

fratres cognatos & amicos eorum esse qui curatio- 1561.
ne egeant, ac proinde charitate propiore eos pro-
secuturos, & maiore peritia ac perspicuitate in eo
negotio versaturos. Quod autem quidam obiici-
ant dicentes: minime vno & eodem tempore duo
Concilia haberi possunt: iis respondendum est,
hoc alias quoque factitatum fuisse, nec rem istam
carere exemplo: siquidē id sub Carolo Magno nō
vna dumtaxat vice in synodis prouincialib. vsurpa-
tum est, vtpote Aurelianensi, Arelatensi & Aquen-
si, in quibus error ab vniuersali disseminatus ni-
hilominus à nationalibus plerumq; exstirpatus &
correctus est: exemplum si desideres, in promptu
erit: inspice enim Ariminense Concilium, in quo
virus Arrianum late sese diffunderat, an non id Hi-
larius Episcopus Pictauiensis p.m. clam coacto isto
Concilio è liminibus Galliæ prorsus profligauit &
exterminauit? Ad simile tale quidpiam patran-
dum summa flagitat necessitas Episcopos ac Theo-
logos, corde humili, vt corporibus præsentes, sic
animis concordes huic negotio interesse, & nemi-
nem se præ aliis æstimare doctrina præstantes, se
inferiores non contemnere, nec indoctiores do-
ctioribus maligne inuidere: inprimis autem subti-
les istæ ac curiosæ disputationes reiiciendæ sunt &
exemplum boni istius viri, potius imitandum, qui
tantum Deo cognito & filium ei⁹ Iesum Christum
Cruci affixum, ex scripturis sacris sibi perspectum
habens Philosophorum & acute disputantium er-
rores in Concilio Nicæno castigauit, nec id quidē
immerito; *nimium enim*, vt Varro loquitur, *altercan-
do veritas plerumque amittitur:* nec librorum copia

1561. ad negotium illud nostrum expediendum multum proderit, solum Dei verbum sufficit, secundum cuius normam, omnis nostra doctrina perpendenda & examinanda est: Itaq; erga præstantes non adeo maligno & inuidioso simus animo, fratres nostri sunt vno lauacro baptismatis nobiscum regenerati & eumdem ac vnum Christum nobiscum profitentur, colunt & adorant: nec condemnemus eos causa ipsorum inaudita atq; adhuc incognita nudo nostro dumtaxat præiudicio, sed econtra amplectamur & amice eosdem, absque vlla acerbitate vel animi contumacia, in viam reducamus, nimia siquidem atrocitate & crudeliter plerumque grauissime erratur: sic olim Arrius ab Alexandro Patriarcha Alexandrino prope ad insaniam adactus fuit: ita ob eandem causam Nestorius Constantinopolitanus, in grauissimum errorem incidit: Diligenter itaque videant, vt in dicendo iure sese irrepræhensibiles præbeant: siquidem quod ex præscripto Dei indicauerint id ratum fore, præcluso aduersariis ore, qui non violentia coacti, cessisse, sed amica disceptatione & familiari colloquio melius instructi, errorem agnouisse, apud populum conuincentur: Sin autem contrarium fecerint (quod tamen Deus clementer auertere velit) & vel ambitione vel auaritia corrupti, postposito Dei timore, iudicium peruerterint, illorum decreta omnia fore irrita. Quapropter immortales Deo gratias agere deberent qui ipsis ad resipiscentiam tempus adhuc concesserit, resipiscant ergo in tempore, & in vinea Domini sedulo laborent & de premiis labore suis condignis minime sint solliciti:

Secus

Secus autem si fecerint pro præmiis innumera mala ac infinitas calamitates à Deo, tamquam iusto iudice expectent. 1561.

His sic sapienter ab Hospitalio dictis, Cardinalis Turnonius Purpuratorum princeps, Regi, Reginæ ac Regiis consanguineis, pro honorificentissima ipsorum præsentia peractis gratiis, dixit se ad ea, à Rege vocatos, quæ Regiis mandatis continebantur, se parasse vtque de iis responderent confectis commentariis venisse: verum enimuero cum iam res multo maioris momenti à Cancellario in medium prolatæ sint, nec ad singula in puncto responsionem suam inconsulto collegarum suorum ordine adornare posse, ab Hospitalio petit, vt prolata sibi scripto comprehensa tradat vt de singulis eo melius deliberaretur: ast cum Cancellarius inferret, rem ab omnibus probe intellectam fuisse, ideo vberiorem explicationem scripto comprehendendam, minime esse necessariam: Licet vero Cardinalis Lotharenus acrius instaret & dictorum repetitionem scripto comprahendendam propter absentes & quotidie adhuc aduentantes Episcopos (qui quid rei in colloquio præsenti gestum si & prorsus adhuc ignorarent) necessariam esse, nihilominus tamen Cancellarius in proposito suo constans perstitit, & ambobus istis Cardinalibus (certas quasdam ob causas, quas prudentissimus iste virorum omnium Hospitalius iamdudum subolfecerat) petitionem eorum denegauit.

Turnonij sententia ac petitio.

1561. *Oratio Theodori Bezæ Vezelij.*

Post Turnonium, Theodorus Beza Vezelius, suam quoque sententiam dicere iussus est, qui prouolutus in genua & implorata diuini numinis auxilio & fidei suæ professione ad Deum facta, sermonem conuertit, & quamplurimis verbis testabatur inique prorsus secum & suis sociis agi. Sese enim ac ipsos omnes tamquam turbulentos, ambitiosos, seditiosos, ac publicæ pacis ac tranquillitatis perturbatores siue hostes in aula ac totius regni curiis traduci: cum tamen summis viribus in id solum incumberent, vt ad propagationem diuinæ gloriæ, saluti consulerent: nec hunc in finem liberam conueniendi facultatem sese suosque quærere, vt ea ad libertatem, omni spurcitie ac fœdissima fœditate commaculatam ad vitam vterentur, libertinos enim Anabaptistas & sectariorum istiusmodi sese detestari ex animo, sed tranquillis conscientiis Deo & Magistratibus ab ipso ordinatis debita cum subiectione corporis ac fortunarum omnium, læto animo ac promptissima parendi voluntate inseruirent. Postmodum exponit, qua nimirum in parte cum doctrina Papistarum conueniat, ac vicissim quibus in articulis ab iis dissentiat: differit insuper de ratione acquirendæ salutis, de fide ac bonis operibus, de verbo Dei & Conciliorum ac Patrum auctoritate, de sacramentis itidem, vero eorundem vsu & administratione: Sed cum transsubstatiationis & cõsubstantiationis opiniones prolixus refutasset, & nimia dicendi licentia longius euagatus, ab astantibus frementibus pæne disturbatus fuisset. Tamdem de ordine & disciplina Ecclesiastica & debita Magistratibus obedi-

entia præstanda agit, Regique, Gallicarum Ecclesiarum confessionem (cuius capita supplex examinari petebat) exhibet, quo facto dicendi finem fecit. Dumque vix sermonem suum clausisset, en è medio cætu Cardinalis Turnonius indignabundus prosiliit Regemque compellat, quod nimirum illi Antistites, qui adhuc præsentes adsint, contra animi sententiam fecerint, atque exinde conscientiis suis vim intulerint, quod hunc in congressum descendissent & vt nouæ Euangelistæ (protestantes innuens) audirentur, consensissent: verum id enixæ ipsius dedisse voluntati & de expresso regiæ maiestatis mandato huc se contulisse: Sed iam ante prouidisse, fore, vt si protestantes publico isto in colloquio audirentur, multa indigna & in Deum contumeliosa effutirent, quæ non solum Regis, sed piorum omnium aures offenderent, hac de causa motum ab initio intercessisse, vt Rex prædictas ob causas, non autem, quod absit, alias, excluderetur. Quocirca se nunc Maiestatem Regiam maiorem in modum orare, vt iam modo à Bezâ dictis, minime fidem habeat, nec falsis istis opinionibus animum suum præoccupari pateretur, donec aliter ab Episcopis institueretur, palam enim tum Regem vniuersumque consessum experturum, quænam inter veritatem ac mendacium fiet differentia, petere igitur diem, quo cauillationibus ac mendaciis Bezæ commode respondeat: Iracundo demum animo Cardinalis subiecit, quod nisi regiæ Maiestatis mandata Antistites animo suo melius voluissent, ad horrenda illa atque abominanda Bezæ verba, quæ iam mo-

1561.

Turnonius Bezæ sermonem interrumpit & Regem compellat.

1561. do euomuisset, fuisse consurrecturos, neque sermone vlterius protrahi passuros. Vltimis hisce verbis Regina perculsa, nihilque hac in re contra æquitatem factum fuisse demonstrat, præsertim cum Principes, sacrum consistorium & tamdem ipse Senatus Parisinus id ita fieri voluisset & mandasset: illud autem tam laudabile propositum non eam ob rem susceptum fuisse, vt quicquam in pietate aut mutaretur vel innouaretur, sed potissimum, vt turbæ istæ quæ in regno passim ob negotium religionis exortæ essent, componerentur, & illi qui à prisca maiorum religione desciuissent, amice rursum in viam reuocarentur, quod vt recto ac decente more perficeretur ad ipsorum maxime spectare prudentiam. Cum vero ab vtraque parte res disceptaretur, tamdem placuit vt de duobus tantum doctrinæ Christianæ capitibus, responsio adornaretur, de Ecclesia videlicet ac cœna Domini: Sententia autem quorumdam Pontificiorum (qui censuerant confessionem fidei perscribendam ac Reformatæ Religionis Theologis, ad subscribendam istam offerendam esse, quod si facere detrectarent, tum sine vlla vlteriori disceptatione pro hæreticis habendos ac colloquium soluendum esse dictitantes) tum temporis repudiata est.

Colloquij Possiacensis instauratio & Lotharingi Cardinalis oratio.

Hæc dum inter Bezam & Cardinalem Turnonium acta essent, colloquium denuo instauratur, præsentibus Rege, Catharina Regis matre, Nauarræo ac cæteris, non omnis tamen turba admissa fuit. Vbi Cardinalis Lotharenus multa de obseruantia erga Regem præfatus, quam vna cum collegis suis, ei ex Dei mandato non solummodo de-

bere,

bere, verum etiam, submisso cum obsequio, reddere velle, attestabatur: regem tamen non vt caput, sed vt membrum Ecclesiæ, illius defendendæ maximam curam debere in se recipere, præcipue vero illis in rebus, quæ ad doctrinam maxime spectarent, ipsi Ecclesiæ ipsiusq; ministris subiectum esse, quemadmodum illud sacrosanctæ scripturæ manifesta testimonia & veterum exempla satis superque ostenderent. Hoc se suis rationibus omnibus fundamentum substernere vti Regi debita omnino obedientia tribuatur. Cætum vero illum, cuius iam ipse vices ac partes obiret, ex Archiepiscoporum, Episcoporum recte legitimeque ordinatorum, presbyterorum, canonicorum alioqui magno numero constare. Illorum autem omnium legatum sese suæq; legationis hanc summam esse: Quod nonnulli, qui iam pridem ab Ecclesia magno sub dolore, desciuissent, diuersam Religionem profitentes, nec ipsorum constitutionis sese subiicientes, paucis ab hinc diebus, Regis mandato eo introducti, aliquam proficiendi voluntaté ostendissent: si in patriam antiquamq; patrum domum regredi vellent, omnino esse recipiédos, nec quicquid illis, quod hactenus egissent, exprobrandum, dummodo sese pœnitétes præstiterint, & filiorum Ecclesiæ obediétiam reddiderint. Itaq; illorum infirmitatibus sese velle accommodare: gaudere se maxime, communem symboli professioné eos perhibere, & optare maxime vt quemadmodũ in verbis, ita ẽt in sententia inter se consentiant. Ista itaq; charitatis & modestiæ spiritu se illis respondere, le Ecclesia nimirum ac de se sacra cœna Domini. 1561.

1561. *Card. Lotharoni de Ecclesia sententia.*

Primum articulum quod attineret, minime verum esse *Ecclesiam tantum esse electorum*: cum in area Domini palea cum tritico fere commisceri soleat, & in sagena Ecclesiæ boni ac mali pisces pariter concluderentur: Ecclesiam tamen errare non posse: quod si vero pars quædam istius erret, totum sane corpus vni membro putrido ac corrupto maxime esse præferendum: Si malum serpat, ad antiquitatem tum recurrendum, & primas & principales Ecclesias, quarum Romana ante alias semper excelluerit & in hodiernum vsque diem cæteris adhuc præeat, repetendas esse: Si vero aliquid perperam in quodam loco Ecclesiæ particulari inueniatur, opponenda esse antiquorum & vniuersalium Conciliorum decreta paucorum hominum ignorantiæ: quod si nec hoc quidem satis sit, diligenter inuestigandas esse antiquorum patrum, ab Ecclesia Romano-Catholica approbatorum sententias: imprimis tamen testimoniis scripturæ, recta Ecclesiæ voce & interpretatione explicatis dandum locum. Ecclesiam nimirum Catholicam verbo Dei auctoritatem attribuere. Quod vero Arriani istum ordinem minime tenuissent, ob id in mala maxima incidisse, quod præcipitium iis ipsis in hodiernum quoque diem pateret, qui propriam suam trabem non videntes in aliorum festucis esse perspicaces.

De sacramentis. Ad secundum vero nempe de cœna Domini, se minime dissimulare clerum vniuersum & seipsum quoque in magno dolore versari, quod sacrosanctum sacramentum Eucharistiæ, pro eo, quod à Domino nobis relictum esset, vt pacis suæ

&vnio-

& vnionis vinculum, nescio qua rerum perspicacius & altius inuestigandarum curiositate, occasio quodammodo esset non tantum infinitarum controuersiarum, sed veritatis plane amittendæ, quæ inter istas controuersias vix posset retineri. Porro in Eucharistia quatuor res spectari debere, primo, vnionem & concordiam, quæ inter fideles maximè esse debeat, secundum illud quod vulgo dicitur, *Nos vnum esse corpus, & eiusdem calicis participes:* Secundo, vnionem cum Iesu Christo sicut dictum est: *Qui edit carnem meam, & sanguinem meum bibit, in me manet, & ego in eo:* Tertio, Remissionem peccatorum, Christi nimirum sanguine in eum finem effuso: quarto, spem vitæ æternæ, secundum id quod scriptum est, *Qui hunc panem manducat viuet in æternum.* Contrarium vero in hac disputatione vsuuenire, nempe distractiones & diuisiones in Ecclesia, separationem à Deo: priuationem remissionis peccatorumq; & spei vitæ æternæ. Varias esse & controuersas hac de re aduersariorum sententias, quarum octo numerari possint. Melius profecto & tutius in recepta antiquæ Romano-Catholicæ Ecclesiæ sententia perseuerari, verum nimirum Dei & Domini nostri Iesu Christi corpus & verum ipsius sanguinem in hoc Sacramento & adesse & recipi, vti ex dicto illo manifestum sit, HOC EST CORPVS MEVM: quæ verba nisi tam valeant quam sonent, eccur ab omnibus Euangelistis & Paulo quidem, propriis atque iisdem verbis conceptaq; formula adeo diligenter repetantur? Eccur post Matthæum, qui primus scripsit historiam, tres alij Euangelistarum, non eo modo scripserunt, quo illi 1561.

1561. Sacramentarii scribere volunt? Præsertim cum in re etiam minoris momenti ipsi sese mutuo interpretentur: & quod ab vno obscurius, ab alio clarius exponatur? Hanc esse testatoris mentem, quæ nullo modo esset infringenda aut quoquo modo violanda: Eam omnium veterum sententiam & doctrinam, vt non tantum panis à presbytero exhibitus, sed verum etiam Christi corpus reuera sumatur. Hanc ergo solidam & firmam sententiam se retinere: à curiosis nouorum hominum opinionib9 & vocibus se penitus abhorrere, qui Christũ ita videantur repræsentare, quasi Tragœdia aut Comœdia quædam ageretur. Quasi vero, inquit, non fuisset satius simplices illas Domini voces retinere, quam Iudaicum illud *QVOMODO*, veræ interpretationi arroganter opponere? præsertim cũ ea sit omnis antiquitatis perspicua & constans sententia, Nos cum Christo non tantum fide coniungi, sed vi & efficacia Eucharistiæ rectè & dignè perceptæ, realiter & de facto, & vt nulla amplius relinquatur ambiguitas *SVBSTANTIALITER, NATVRALITER, CORPORALITER*: Inde vocabula illa definiens, vt ri se à carnali naturalique carnis Christi manducatione abhorrere significaret, sibique adeo à Ministris falso conflari eo nomine inuidiam, contexto prolixius sermone, quæ hic omnia edisserere nimis longum foret. Et eadem, ait Religione, Augustini verbis aduersarii isti nostri abutuntur, quasi illo in loco agatur de Sacramentis, vbi tamen de diuerso plane argumento sermo iste institutus est: atque eadem quidem illi simplicitate, hic, id est, longissimè è Germania & quidem

contra probatam legem, quæ surdis etiam ipsis vetat maledicere: impugnarunt q; haudquaquã vos tuemur, nimirum consubstantiationem q̃ profectò defendendam aduersus illos, Sacri Rom. Imperii Principibus & illorum concionatoribus relinquimus: cũ quibus quidẽ ad hodiernum vsq; diem, in isto capite de Christi in sua cœna præsentia, & quidẽ in ea se futurum, disertis verbis polliciti, conuenimus, aduersus illos quos & illi Sacramẽtarios vocant. Denique vt ad vestram hac de re sententiã propius accedam, ita habetote: Nisi existimetis Iesum Christum à suæ ascensionis tẽpore in hoc mũdo, quo ad carnem, esse, & quidem magis quã carnem induisset: nisi aliud corpus, quã visibile: Christum habere existimatis: nisi aliter in Sacramento esse, quam sit in verbi prædicatione: si res easdem esse existimatis esse; Christum in Baptismo induere & ipsius corpus edere & bibere: si denique arbitramini illum ita in cœlo esse, vt non sit in terra: & ita non plus in cœna quam in scena: nos qui edocti sumus cænam non in cœlo, sed in terra celebrari, nec tam curiosi sumus, vt à cæna Christum ingeniosis & acutis speculationibus auocemus: vt totidem verbis vobis respondeamus: Tam à vestra opinione absumus, quàm altius cœlum ab ima parte terræ abest: Videant ergo ij, qui Religionem nostram non Philosophia, sed Theologia æstimãt ac metiuntur, vter nostrum plus Dei potentiæ & Iesu Christo tribuat. Ita Deum precatus, vt periculosas exitiosasque opiniones extirparet, nec sineret istas controuersias in Ecclesia sua altas radices agere; hortatus Regem Reginamque 1561.

1561. que matrem, vti istius rei patrocinium susciperet; porrò de nomine Antistitum testatus est se in hac quam iam modo explicuisset, doctrina, viuere & mori destinasse. Postea omnes tum temporis præsentes Episcopi assurgunt & ad Regem propius accedunt: imprimis autem ex omnium ipsorum nomine, Cardinalis Turnonius testatur, eam ipsam esse ipsorum fidei doctrinam siue confessionem, quam etiam proprio suo sanguine obsignare vellent: eam esse Sanctæ matris Ecclesiæ indubitatam veritatem: Regem, de Maiorum suorum more & instituto, illam firmiter retinere debere. Si vero ij qui sese à Romana Ecclesia separassent, eidem cõfessioni vellent subscribere, tum nimirum reciperentur, & in alijs capitibus plenius audirentur, in quibus se institui velle dixerint: alioqui omnem audientiam illis denegari debere. Regis vero esse officium illos extra ditionem suam expellere: illum hac de re suorum omnium nomine se vehementer orare.

[P]rotestan[t]is petunt [c]ontinuationẽ Colloquii.

Cum vero Beza à Rege Cardinali Lothareno extempore respondendi facultatem peteret, minimè id ipsi, qua de causa nescio, concessum, sed Colloquium in alterum diem dilatum fuit. Verentibus autem protestantibus, ne hisce procrastinationibus totum istud rei negotium interrumperetur, ideo libellum supplicem Regi obferre instituunt: quandoquidem de suo mandato tam longinquis ac dissitis regionibus illuc venissent, vt re cum Episcopis atque Antistitibus pacate communicata atque collata, de extirpandis erroribus, qui tot annos Ecclesiam miseris adeo ac indignis modis

lace-

lacerassent, conueniretur, vti Colloquii illius, causæque suæ dicendæ atque explicandæ potestas fieret: Regis augusto illo Christianissimi nomine ornati omnino munus & officium esse, Religionis patrocinium suscipere: Hanc siquidem solam esse rationem regnum sibi Regnoque suo pacem atq; tranquillitatem conseruandi. Quem libellum supplicem cum aliquoties Regi obtulissent, tamdem impetrarunt, vt Colloquium priuatum non autem publicum imposterum continuaretur. Itaque cœtus istus, per aliquot dies interruptus, rursum instauratur perpauco quidem hominum numero, vtpote Catharina regia matre, Rex enim tum temporis Colloquio non intererat Nauarræo & eius Maiestatis coniuge, duodecim ad hoc negotium delectis ministris & perpaucis adhuc aliis præsentibus. Ibi Cardinalis Lotharenus paucis præfatus qua videlicet de causa cœtus iam rursum conuenerit, nimirum vt ea, quæ aduersus sermonem quem paucis diebus præterlapsis, publico isto in consessu Colloquii, habuisset, proferri possent in medium à ministris proponerentur. Inde Beza, implorato Dei auxilio, qui, inquit, velit nobis, in re tanti momenti sancto suo Spiritu adesse, vt hic cœtus conuenerit ad nominis sui gloriam, vestram, Clementissima Domina Regina, dignitatem vniuersæ Christianæ Reipublicæ & ad Regni huius potissimum pacem ac tranquillitatem: Respondebimus autem breuiter ad ea quæ nobis nomine Antistitum sunt proposita de *ECCLESIA* videlicet & de *COENA DOMINI*: Quod si vel ex tempore respondendi, recenti adhuc rerum propositarum memoria facultas

1561.

Beza ad Lotharini Card. sermonem responsio.

1561. cultas nobis fuisset tributa vel pronunciatæ orationis copia facta: potuissemus distinctius & fortassis accommodatius tum temporis respondere, quæ tamen Deus clementer concesserit, adferemus iam in medium, vti queat intelligi quibus in rebus vel conueniamus, vel in quibus rursum dissentiamus: de quibus vtinam firma queat iniri concordia. De Ecclesia itaque tamquam primo huius negotii capite tria explicabimus, nimirum *QVID SIT, QVAE EIVS NOTAE & QVAE DENIQVE EIVSDEM AVCTORITAS?*

Ecclesia vnde sit dicta. Minimè vero dubium est, quod nomen Ecclesiæ à græco isto vocabulo ἐκκαλεῖν (quod de loco aliquo in alium vocare significat,) deductum sit: at in Sacrosancta scriptura duo reperiuntur vocationum genera: Vnum est coniunctum cum efficacia Spiritus sancti, alterum quod ad rem dumtaxat externam attinet. Inde efficitur nomen Ecclesiæ quæ est hominum, Dei vocantis voce, congregatorum cœtus, duobus modis accipi. Si enim generaliter sumatur pro iis omnibus, qui externè profitentur se Deo vocanti respondere, minimè dubium est multos ita reprobos & hypocritas comprehendi. Quod si Ecclesiæ nomen magis strictè & propriè accipiatur, tunc dicimus illud tantum comprehendere cœtum electorum. Inde vero quæstio fortassis nascitur, An Ecclesia sit inuisibilis, quod sane videtur statuendum, cum Deus tantum Electos suos norit: & fateamur nos credere Sanctam Ecclesiam, quod vero creditur non videtur: at vero inde, si ita nudè sermo instituatur, magnum sequitur incommodum. Si enim

ita

ita est, in quem cætum nos aggregare poterimus? 1561
Ecquæ tandem erit salutis nostræ via nisi Ecclesia cognoscatur, vt ei adhæreamus, cum in vna Ecclesia Iesus Christus virtutem suam & vim salutarem exerat? Itaque dicimus etiamsi Ecclesia earum rerum ratione, quas iam commemorauimus, videri non possit ab hominibus: tamen cum de cœtu cui nos adiungere debemus, cognoscendo agatur, nos habere certas notas, quibus à nobis possit perspicuè animaduerti, nimirum *Purum Dei verbum & Sinceram Sacramentorum administrationem*; Quæ notæ ita sunt claræ & perspicuæ, vt quidem vbicunque illæ extiterint, minimè dubitare debeamus Ecclesiam Dei ibi esse: atque adeo ex charitatis regula eos omnes, qui easdem præseferunt, pro fidelibus habere, nisi aliter quidem Deus illorum hypocrisin reuelet. Atque hac de re Diuus Apostolus Paulus (1. Corinth. 3. vers. 12) illustre exemplum dedit, cum Corinthios & Galatas Sanctos & fideles vocat, eisque Ecclesiæ nomen attribuit: quamuis inter eos magni errores & in doctrinæ & morum corruptelis, obseruarentur: id quod & alio in loco demonstrat: Esse videlicet quosdam qui fundamentum quidem retineant, at non perstruant, vti deceret, aurum, argentum aut lapides pretiosos, sed etiam paleam & stramen. Hoc ergo modo de Ecclesia loquamur, nec eam in Phantasticas imaginationes transformemus: nec vero, vt quidem nobis videtur, vlli demus occasionem nos in phanaticorum numerum accensendi, cuiusmodi

Ecclesiæ nota.

61\. olim fuerunt Cathari & Donatistæ, & nostro etiam tempore furiosi illi Anabaptistæ, contra quos hoc argumentum sæpenumero à nostris fuit disceptatum. Iam vero accedo, inquit Beza, ad notas illas Ecclesiæ quas necesse est diligenter inspicere, cum extra eam nulla sit salus & nulla sit res, quam Sathã, antiquus noster hostis, ita conetur ementiri. Dixi autem duas esse notas, certas quidẽ illas & firmas, nimirum puram verbi Dei prædicationem, & sinceram Sacramentorum administrationem. Sunt nonnulli qui doctrinam addant Ecclesiasticam & fructus prædicationis, & certe necessum est omnes cœtus ad hoc vt se tueantur, aliquo ordine institui atque regi. Sed quoniam nostræ iniquitates impediunt, quo minus duce istæ notæ appareant, ideo duabus illis primis, hac in parte contenti erimus. Nam verbum Dei veram esse Ecclesiæ notam inde patet, quod verbum semini comparetur, ideo Paulus ait, se Corinthios genuisse in Domino, nimirũ prædicatione verbi diuini: hinc multis in locis vocatur cibus & alimentum, vt quidem dicat, oues suam non autem peregrini alterius pastoris vocem intelligere: adde & *Sacramenta*: quoniam Dominus non tantum per aures nos docere atque instituere voluit, verum etiam per oculos & alios sensus corporeos, atque adeo voluit Sacramenta esse testimonia seu sigilla & certas visibilesq; vnionis notas, quæ fidelibus est peculiaris: quæque intercedere debet, primum cum ipso, deinde inter sese: Ideo sub veteri fœdere dicebatur, incircumcisus de medio populi exterminator: & ideo oportebat singulos Patres familias ter quotannis comparere in Ie-

rusa-

rusalem, vt iisdem sacrificiis fidei & Religionis vnitatem testarentur. Post rupto illo pariete Gentiles & Israelitæ in idem corpus coaluerant, non tantũ verbi diuini prædicatione, sed etiam Baptismo sanctoque corporis & sanguinis Domini Sacramẽto. In hanc sententiam mãdat Christus Apostolis. *Ite & prædicate omni creaturæ,* (ita significatur verbum) *baptizantes in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti.* Nã cum Baptismo cõiungendum est, quod ait Paulus de cœna se tradidisse, quod accepisset à Domino. Illud etiam est quod alio loco dicitur, Ecclesiã fundatam esse sup Prophetarum & Apostolorum fundamẽto, id est, Iesu Christo q̃ est doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ materia & argumentũ. Ita alter eiusdẽ Apostoli locus intelligendus est Ecclesiã esse firmamentum & columnam veritatis, id est, verbũ Dei, & illa quidẽ (vt est apud D. Ioannẽ) Dei veritas sustinet & fulcit Ecclesiã, quẽadmodũ ẽt interpretatur Chrysostomus, vel q̃ in Ecclesiæ loco, q̃ppe firmo & cõspicuo, Deus potentiã suã, vti Paulus ait, exerat in oẽs credentes: Hæ sunt veræ & visibiles Ecclesiæ notæ, quæ q̃ fideles pariat & cœlesti illo & incorruptibili cibo nutriat, illorum mater & nutrix vocatur. Quod si existat verbi p̃dicatio & Sacramentorũ administratio, inde cõseq̃tur oportere, vt sint Pastores & doctores, quibus illa munera imponãtur, sicuti passim scriptura testatur & diserte Paulus, varijs in locis. Hinc fit vt nõnulli tertiam ẽt notã addant, nẽpè successionẽ à tẽpore Apostolorũ, ordinariã: ad q̃ respondemus huiusmodi successionẽ maximè esse æstimandã, dũmodo rectè cõsideretur & applicetur, quẽadmodũ ea, cõtra hereticos,

1561.

De successione in Ecclesia.

1561. ticos, vt Manichæos & Donatistas S. Patres vsi sūt, sicut è scriptis Tertulliani, Irenæi & Augustini liquido apparet: at quoniam is clypeus cōtra nos, tamq̃ rerum nouarum fabricatores, opponitur, omnino necesse, vt q d hac de re sentiamus perspicuè explicemus: Dicimus itaq; vnam esse doctrinæ successionem, alterā psonarum: Doctrinæ verò successionē agnoscimus pro vera & indubitata Ecclesiæ nota, earum rerum ratione, q̃ à nobis iā commemoratæ sunt. Quāuis n. doctrinæ Euangelicæ nihil dignitatis adferant longa antiquitatis tēpora, & iusto q dē Dei iudicio, propter iniquitates nostras ita cōtingat, vt illa tā noua hominibus aliquando sit, quantū deberet esse familiaris & cognita: tamen successio antiqua & continua multū valet apud homines, ad authoritatē nimirum illius magis confirmandam.

Successio personarū quatenus in Ecclesia agnoscatur.

Ad successionem autem personarum quod attinet, eamdem quoque agnoscimus, ea tamen lege ac cōditione, vt cū successione doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ, q saltem ad fidei capita substātialia & fundamentalia attinet cōiungatur, haud sanè aliter. Animaduertite verò me disertè loqui de doctrina, non de moribus. Quāuis enim vt aliquis pro bono ac vero pastore habeatur, doctrinæ & vitæ integritas reqratur: tamen pp ignorātiam aut diuersitatem opinionum, quę sint de capitibus doctrinæ non substantialibus, & propter mores nō reiicim' Pastorem, dummodo fundamentū ille retineat. Ita docemur à Christo, quatenus nimirū scribę & Pharisæi sederent sup cathedra Mosis, agendum quod docerent, non quod ipsi facerent: quem locum, ait Augustinus de mercenariis intelligendum, qui sa-

nam

nam doctrinam nihilominus retinent: non de falsis 1561.
pastoribus, de quibus Christus, *Cauete vobis à fermento Pharisæorum.* Quod, inquit ille, sedent super cathedrã Mosis, Dei legẽ docent, atq; ita Deus p eos, docet: sin velint suas doctrinas docere, ne q ipsi dixerint, audieritis aut feceritis. Itaque vt ad rẽ veniamus: Quoniã falsi Prophetæ veris Prophetis lupiq; veris pastoribus succedere possunt: hæc certè ratio solida & manifesta est, quare psonalem successionẽ non modo non recipiendã, sed ẽt omnino condemnandã existimemus, q mẽdacio locũ det, & speciosos colores ei ptexat, ni doctrinæ successio pro fundamento substernatur. Præterea si psonalis successio simpliciter haberetur pro vera Ecclesiæ nota, proferẽda esset atq; demõstrãda certa quędã Dei promissio, qua gratiã suam certis quibusdam ac definitis locis & regionibus obligasset: quod omnino non putamus demonstrari posse ex nouo quidẽ fœdere, cum potius hoc pspicuè ostẽdatur, esse Ecclesiam quandã Catholicã, id est, vniuersalẽ, quoniã particularia ipsius mẽbra p vniuersum mũdũ dispersa sunt, queadmodum Deo placet iudicia sua exercere in eos, quos penit[9] abscindit, aut quos ad tempus castigat, & beneficia sua augere in eos quos conseruat aut quos recenter ad sui cognitionẽ adducit. Quibusdã enim in locis Deus vindicta sua vtens, videtur omnia abolere, ita quidẽ vt nullũ Ecclesiæ vestigium aliquando relinquatur, quemadmodum in tota Africa, Græcia, totoque oriente accidit. Aliquando vero tantum ad tempus successio illa personalis intercidit, sicuti tempore Samosateni Antiochiæ accidit, & Alexãdriæ in ex-

1561. *Successio personalis quando interrupta sit.*

ilio Athanasii inque multis adhuc aliis Ecclesiis, dũ ibidẽ hęreses vigebãt. Et ne res lõgius repetamus, certe interrupta est ꝑsonalis successio, tẽpore Honorii, qui ꝑꝑ execrabilem doctrinã Eutychetis ad annũ D.LXXXI. & vigesimi secundi Ioannis tempore, qui hæreseos est cõdẽnatus, nisi dicamus manifestos hæreticos pastores esse posse: Mitto iam quæ Ioannæ Papissæ illius tempore & tot Antipaparum tumultus in historiis continentur. His ergo ita constitutis, concludo ad hoc, vt rectè Ecclesia cognoscatur, nullam habẽdam esse personalis successionis rationẽ, sed recurrẽdum ad doctrinæ puritatem & sinceram Sacramentorum administrationem, atque ita quidem vt illi pro veris Apostolorum successoribus habẽdi sint qui rectè vocati, sup illorũ fundamento ædificant, seu fuerit ꝑpetua ꝑsonarum successio, seu illa ad tẽpus interrupta, primi ipsi verbũ Dei quibusdã in locis annunciarint. Vt contra, ij qui vel nullo modo verbum Dei prædicant, aut ipsi Apostolorũ doctrinæ loco, suã doctrinã prædicant, q̃uis mille continuos successores repetant, non vt Pastores audiendos, sed vt lupos fugiendos de diserto Iesu Christi & Apostolorum mandato. Verũ excipiat aliquis: Omnibus ne licebit verbum ꝑdicare & Sacramenta administrare? Nullo modo. Oportet enim omnia fieri ordine in Ecclesia Dei, vt ait Apostolus. Qui nã sunt ergo veri Pastores? Qui legitimè sunt vocati: restat ergo videamus, quæ sit legitima vocatio, vt hoc caput etiã intelligatur. Dicimus iccirco vnam esse ordinariæ vocationis formam, & aliam vocationem extraordinariam. Illa ordinaria est, in qua ordo à Deo in

[V]ocatio [or]dinaria [&] extraordinaria [i]n Ecclesia [d]ifferunt.

Eccle-

Ecclesia sua constitutus, conseruatur. In hoc ordine primum est: Examen doctrinæ & morum: deinde, Electio legitima & impositio manuum. Hæc constant ex multis Scripturæ testimoniis in vnum collatis, vt ex electione Matthiæ & septem Diaconorum in Actis Apostolicis, (Act.1. & 16.) & ex iis quæ à Paulo in Epist. ad Timotheum (1. Tim. 3.1.) & Titum(cap.11.6.)perscribuntur: hæc est vocationis ordinariæ descriptio. Vnde colligi potest, illam esse extraordinariam, in qua, licet ex Dei auctoritate sit legitima, aut altera duarum istarum rerum, aut duæ aut omnes desunt. Deum vero huiusmodi vocationibus sæpe fuisse vsum, ex scriptura sacra apparet: Quis enim Mosi (Exodi 28.1.) ad dedicandum Aaronem manus imposuit? Quis Prophetas inaugurauit, Isaiam, (Isa. 6.9.) Danielem (Dan.1.17.) Amos, (Amos 7.14.) & complures adhuc alios? ecquando verò, id accidit? Tum cum potentia ordinariæ vocationis ij abutebantur, penes quos illa erat: tum, inquit, oportuit Deum extra ordinem agere, non ad confusionem adducendam, sed ad eos emendandos qui specie & prætextu ordinariæ successionis omnia in Ecclesia peruerterant ac profligarant. Et rem ita esse apertè ostendunt Prophetarum scripta sacerdotes præcipuè insectantium, vtpote: Esa.28.7. Ierem.7.4. & 23.11. Soph.3.4. Ezech.22.26. Si obiicitur illos saltem aliqua habuisse suæ vocationis testimonia extraordinariæ, & miraculis quibusdam confirmata: Respondebimus, Hoc hactenus in quibusdam verum esse, vt in omnibus minimè sit verum: nisi de his rebus diuinandum sit, de quibus nullum extat 1561.

1561. testimonium. Et quidem nescio an multi reperiãtur Prophetæ ex Aaronis progenie, quibus manus, ratione ordinaria fuerint impositæ. Si itẽ excipiatur, illos arguendi & reprehendendi munere cõtentos, non sacrificandi munus exercuisse: Respondemus, primũ, hoc non vbiq; verũ reperiri: Samuel n. qui non ex Aaronis, sed tantum ex Choræ familia erat, sacrificauit in Mispa, & Elias Galaatides in Carmel. Secundo minime mirũ videri debere, Prophetas eo tẽpore, munus illud extraordinarium ad ceremonias vsque non extendisse, cum illud officium hæreditarium esset familiæ Leuiticæ, quod hodie locum habere non potest.

De auctoritate Ecclesiæ. Hactenus ergo de his capitibus, q̃d sit Ecclesia, quæ sint illius notæ, quę sit pastorum vocatio, quid sentiremus diximus: quarum rerum si periculum vultis facere aut in nostris Ecclesiis, aut in nostris personis, speramus (Deo adiuuante) tam certas rationes nos prolaturos, vt nemo dubitare possit, & penes nos veram Ecclesiam & nostram vocationẽ esse legitimam. Nunc veniamus ad tertium caput, quod est de auctoritate Ecclesiæ, perspicuum est ex iis, quæ iam commemorauimus, nos nihil detrahere pretiosis & magnificis titulis, quibus illa insignitur: at profecto dicimus illam ita esse corpus Domini, vt adhuc in hoc mundo pegrinetur, perfectum capitis sui complementum expectans: huiusmodi est domus Dei quæ quotidie ædificatur, & paulatim erigitur: gubernatur à Spiritu sancto, sed contra carnem adhuc militans: Purificata est, sed vt sensim ad pulchritudinis illius, in qua nulla sit macula, nulla ruga, perfectionem sensim adduca-

Heb. 12. 13. 1. Cor. 14. 5. Eph. 4. 13. Gal. 5. 17. Eph. 5. 27.

tur:

tur: Deum cognoscit, sed in parte. Puto autem vos propria Apostoli verba agnoscere. In summa fatemur extra Ecclesiam nullam esse salutem, cum vita non alibi sit quam in Iesu Christo, & ipse vitam illam suam viuificam non alibi, quam in membris suis exerat: quorum vnio & coagmentatio Ecclesia vocatur. Sed in eo tota controuersia vertitur. Num in hoc mũdo errare possit, an scripturæ subiiciatur vel scriptura ipsi. Ad hoc respondeo extra dubium esse, mẽbra ipsius particularia errare posse, & quotidie quidem errare cum in doctrina, tũ in moribus, secundum id quod Paulus ait 1. Cor. 13. 9. *Nouimus in parte*: & Ioannes. 1. Ioan. 1. 8. *Si dicamus nos peccatum non habere, &c.* Si quis ex eo numero antiquos Patres eximere velit, dabit nobis veniã si eius verbis fidem non habeamus: facile enim esset multos & in maximis quidẽ & antiquissimis, næuos notare (q tamen eorum pace ac reuerentia dictum velimus,) sed in iis commemorandis nolumus immorari, honoris causa quo illos, & merito quidẽ, prosequimur. Hæc de Ecclesiæ membris singulatim sentimus, quorũ tamen imperfectio nõ efficit, quo minus ex illis Ecclesia cõponatur atque constituatur, paulatim enim & in Dei cognitione & in morum emẽdatione fideles proficiunt: Sin vero Ecclesiæ membra generalius considerentur, prout in diœceses & prouincias distributa sunt: an dicemus illa errare posse? Errare posse tã lõga experiẽtia confirmatum est, vt nõ existimem quenquã sanæ mentis hoc negare. Reliquũ ergo est, vt totam Ecclesiã vniuersim consideremus. Quomodo vero? Si enim illã in cõcilii cuiusdã vniuersalis, repræsentatione intueamur, pri

1561.

1. Cor. 13

Ecclesia an errei

 mum

1561. mum minimè verisimile est, vim omnem quam Spiritus Sanctus in Ecclesiam effundit, ad certum quendam Antistitum numerum restringi, qui sæpius nec doctiores, nec meliores sunt: quamuis omnes eos à quibus missi sunt, repræsentent. Quoties enim cõtinget singularẽ quendam & non eruditissimũ hominẽ plus consilii & prudentiæ semel habiturũ, quam ex vniuerso cœtu doctissimos quosq;? Ideo iam pridẽ in glossa scriptũ est, cap. *Significasti*, de Electionibus, priuato homini & fideli, qui meliores rationes adferat, potius credẽdũ quam toti cõcilio & Papæ. Quinimo, in maximo illo cõcilio Nicæno, quis impediit, ne lex cœlibatus, quæ ex illo tẽpore tot corruptelas in Ecclesiam inuexit, cõstitueretur? VNVS PAPHNVTIVS, vt historia cõmemorat, nec magnoperè litteratus. Deinde, ecquando tandem tã vniuersale vnquam conciliũ cõgregatum fuit, quin maxima nõ doctorum tantũ & piorũ hominum, sed prælatorum etiam pars relicta sit? Quis vero neget, absentes sæpe melius & sanius, quam præsentes sensisse? Præter hæc, vos quoq; Domini nostis, ex quo tempore, quam magna confusio regnet in Ecclesia, & præcipuè in maximis Prælaturæ muneribus: vt quidem dicere possimus maximam corruptionem in eam partem incidisse, quæ integrior & sanior esse debuerat. Omnino iãpridem exẽpla apparuere & Sancti Episcopi tantos gemitus his de rebus emisere, vt sonitus adhuc audiantur. Et certè quod scribit Bernardus in libro de cõsideration. & serm. 33. in cantica: & rursus in serm. de cõuers. Pauli, non minus cognitum est, quàm verum. *Heu*, inquit, *Domine, qui primas sedes amant, & Principatum affectant, primi sunt, qui te persequun-*

sequuntur: occuparunt arcem Sionis, arcam fœderis ceperunt, & vi totam ciuitatem incenderunt. Hoc vero, Domini, dictum esto, non quidem vt quemquam vestrum perstringam, sed tantum vt demonstrem, cum vocationes principales in Ecclesia ita fœde sint corruptæ, fieri non posse, vniuersalia Concilia post tam longum tempus ab huiusmodi hominum ita deprauatorum multitudine constituta, à Spiritu sancto ita gubernata, vt errare non potuerint. Antiquus quidam sacerdos (cuius nomen appellare nolim, nisi ipsius exemplum in hanc sententiam proferretur) etiam prophetauit licet impius esset & nequam. Adde Spiritum sanctum prophetasse eo in loco, illum vero nescire quid diceret & loqui spiritu contrario impulsum, id est, diabolico: cum statueret innocentem occidendum, nempe Iesum Christum Dei filium. Prçterea si Concilium vniuersale, hoc priuilegio donatum est, quod non possit errare, nec in doctrinæ regula nec in forma morum, quærimus quoto anno priuilegium illud censeatur. Nusquam enim vmquam nisi vna fuit fides & vna Ecclesia. Errasse autem antiquam Ecclesiam sub veteri fœdere, Prophetæ perspicue demonstrant, & historiæ huius rei fidem faciunt. *Omnes speculatores illius*, inquit Isaias, *sunt cæsi, nihil sciunt, omnes sunt canes muti.* & Ieremias ait, *A Propheta ad sacerdotem omnes faciunt mendacium*, & ne hoc ad singularium hominum vitam restringatur, expresse ab eodem dicitur, *prophetare illos res falsas & visionem mendacem.* & ab Isaia, *sapientiam sapientum perituram, & intelligentiam intelligentum: Deum Prophetarum oculos effossurum.* & ab Ezechiele, *Legem pe-*

1561.

Vna semper fuit Ecclesia & vna fides.

1561. *riturum à sacerdote.* Quis vero condemnauit Prophetas, quis filium Dei, quis Apostolos, nisi Israeliticorum Antistitum cœtus? Si excipiatur, hæc veteris fœderis temporibus accidisse: dicemus, non valere hanc responsionem, siquidem semper firma erit conclusio cœtum Antistitum Ecclesiæ quantumuis tandem vniuersalē, spiritu erroris potius quam sancto Spiritu gubernatum. Secundo, si ad nouum fœd9 veniamus, nonne diserte Paulus omnem Ecclesiam in Ephesiorum persona (Act. 20. 29.) admonuit, lupos ex medio pastorū exituros & filium perditionis (2. Thess. 4.) sessurum in templo Dei? Et certe si Concilia mutuo inter se conferantur, multæ in iis contrarietates comperientur, vt necesse sit fateri, Spiritui sancto non semper in iis fuisse auscultatum, sed iam pridem Satanam transfigurasse se in lucem Conciliorum vniuersalium, ad mendacium & errorem suum tegendum. Extat & alius inlustris Augustini locus (de baptis. lib. 2. c. 13.) Epistolas Episcoporum particularium à Conciliis prouincialibus emendari, & prouincialium Conciliorum Epistolas ab Vniuersalibus: & primorum vniuersaliū à postremis: cum experientiæ id quod latebat, emergit & cognoscitur. Responsum est hoc intelligi debere de rebus externis, quæ possunt & debent, pro vt fert necessitas, commutari, at re tota attentius perpensa comperietur illud *EMENDARI*, significare peccatum aliquod, atque illud quidem postea emendatum, quandoquidem, si hoc verum esset, idem foret, de Episcoporum & Conciliorum prouincialium Epistolis statuēdum. Quod aperte repugnat consilio Augustini, qui eo

in

in loco non de disciplina externa, sed de doctrinæ vno capite, nempe de sententia Cypriani & Concilij Africani, quod ad rebaptizationem attinet, agat. Si etiam peruulgatum argumentum adferatur, nimirum, quum Dominus Iesus Christus promiserit *se fore in medio duorum aut trium in ipsius nomine congregatorum*, hoc potius ad Concilium vniuersale, quam ad paucos homines pertinere: Respondemus, hoc ita esse quidem opinandum, sed magnum esse discrimen, inter opinationem aliquam & firmam certamque scientiam. Cum enim hominum malitia eo euadat, vt Dei nomine ad mendacium abutatur: extare possunt, qui Dei nomen ore gerentes, corde aduersarium ipsius circumferunt, & in tanta humani ingenij infirmitate, & tot perturbatarum cupiditatum æstibus affirmamus eum, qui tantum innititur hominum iudiciis & externæ Concilij speciei, in magno periculo esse, vt fallatur. Quid ergo? An Ecclesiæ doctrinam, cum illa possit errare, incertam esse dicemus? Nihil minus. Fatemur enim, quamuis in parte (vt ait Paulus) videamus, atque ita error fere veritati immisceatur: nihilominus tamen Deum minime pati cognitionem fundamentorum de nostra salute ita sepeliri, quin aliquis semper extet suorum numerus (nunc quidē maior, nunc minor) qui q. cognoscendum sit cognoscat, & q. sequendum sit, sequatur: vt Heliæ, captiuitatis Babylonicæ & Christi aduentus temporib. in Israele videmus accidisse: cum vix superesset vnus Zacharias, vna Elisabetha, vnus Iosephus, vna virgo Maria, vna Anna Prophetissa, 1561.

qui

1561. qui inter tot Pharisæorum, Sadducæorum, scribarum corruptelas, veram Prophetiarum de aduentu Christi sententiam retinerent. Istæ igitur interruptiones, quę in Dei Ecclesiam incidunt, sunt veluti tempestates quædã aut nubes, quas Deus dispellit aduentu solis sui, id est, verbi, prout iudiciorum suorum & misericordiarum suarum secreta dispensat.

Concilia peruetusta minime cõdemnanda.

Antiqua ergo Concilia condemnamus? absit. Vos enim scitis, si ex ipsorum præscripto aliqua emendatio sit instituenda, vos longe plura, quam nos mutaturos: & superioribus diebus in eo elaborabatis. Hoc tamen postulamus vt verbum Dei sit tamquam lapis Lydius, vt quicquid in Ecclesia fiat aut dicatur, ad eumdem examinetur. Si hoc vobis mirum videatur, quæso, inspicite nobilem illum Augustini locum, cum disertis verbis scribit, *Num approbatius vllum est Concilium, primo illo Nicano? nullum credo. Quodnam Ariminense? reiectum fuit & condemnatum & recte quidem.* Qua de re vero agit eo in loco Augustinus? De præcipuo vno fidei capite tam sæpe statuto atq; confirmato, nempe de consubstantiatione filij Dei. Interea fatetur Augustinus suam partem non obligari Concilio Nicæno: nec se Ariminensi: sed se velle pugnare ex scripturis, quas communes vtriusque testes vocat. Hic vero si scripturæ obscuritas proferatur, fatendũ quidem est quod ait Paulus *Hominem* ψυχικὸν *non cognoscere ea quæ sunt Dei* 1. Cor. 2. 14. & quod Petrus ait: *Scripturas non esse particularis explicationis*- 2. Pet. 1. 20. Sin vero huiusmodi est illa obscuritas, vt se ipsa nõ possit nobis patefacere, cur Christus non alio nos

reuocat?

reuocat? cum ait *scrutamini scripturas*. Pręterea, quid illi fecissent qui solis Apostolorum scriptis vtebantur antequam vlli Doctorum commentarij extitissent. Memini & nuper dictum, firmam illam interpretationem tenendam, quæ in Ecclesia semper fuerit vbique & ab omnibus recepta. Ecquis vero nos de tribus illis capitibus certiores reddet? Deinde, si deueniendum est ad hoc vocabulum *SEMPER* & *OMNIBVS*. à quo tandem tempore incipiemus, nisi ab Ecclesia Apostolica? Quinam vero primi censebuntur, nisi Apostoli ipsi, quorum historia tam fideliter descripta est à Luca & ex eorum scriptis perspici potest? Itaque quoniā omnis veritas ex Deo est, qui Prophetas & Apostolos nostræ salutis interpretes effecit, semper ad istud scripturarum fundamentum redimus. Non interea Conciliorum aut patrum iudicia reiicimus, dummodo scripturæ innitātur: quæ, vt Augustinus ait, ita sunt à Spiritu sancto temperata, vt quod vno loco obscure, in alio perspicue dicatur. Hic tamen restat dubium quoddam explicandum. Sunt enim nonnulli qui existiment voluntatem Dei, quod attinet ad nostram salutem, non plene Apostolorum scriptis contineri. At obsecro, vobiscum considerate, si hoc concedatur, quis aditus omnibus erroribus pateat? hoc certe aditu in vineam Domini potenter olim perrupit Sathan. Non negamus tamen Deum ante Moysis tempora Ecclesiam suam visionibus atque reuelationibus instituisse, & Apostolos Ecclesias viua voce fundasse, antequā quicquam scripsissent. Sed eccur tandem crescēte hominum numero & malitia, Deus voluit hanc do-

ctrinam

1561.

1561. ctrinam, sermone peruulgato & omnibus cognito describi? ideo certe vt illorum astutiis obueniret, qui omnia sua commenta traditionis, reuelationis aut consuetudinis nominibus prætexunt: Sin vero hæc doctrina partim tantum scripta sit, quid tamdem proderit hoc remedium? Certe Ioannes non ita loquitur de scripturis, cum ait: Quæ scripsisset, ideo se scripsisse, vt eis credendo vitam æternam consequamur. Ioan. 20. 31. quod procul dubio falsum esset, si alia esset doctrina ad salutem necessaria. Paulus item dum doctrinæ vsum explicat & in Timothei persona (2. ad Tim. 3. 16.) omnes Ecclesiæ ministros instruere vult, non dixisset, scripturas hominem Dei (id est ministrum vel quosuis fideles) reddere perfectum & plene ad omne bonum opus instructum, si ad aliud aliquid esset adiungendum. Non tamen dubitamus ab omni tempore semper extitisse ἀγράφους, id est, non scriptas traditiones, quod quidem attinet ad ordinem & modum agendi. Sed quoniam iam pridem, eo vocabulo nonnulli abutuntur, ostendendum est, quænam traditiones recipiendæ sint. Quod facile fiet, si duæ istæ res considerentur, nimirum si conformes fuerint doctrinæ & accommodatæ ad ædificationem. Ratum enim illud est, Apostolos & veros pastores numquam statuisse ritus vel directe vel oblique contrarios sanæ doctrinæ: nec huiusmodi, vt homines vel minimum à spirituali Dei cultu auocarent. Cum ergo ista regula obseruabitur, facile erit & ipsam doctrinam à traditionibus, & veras traditiones à falsis discernere. Vos item meminisse potestis, quam maxime

Ter-

Tertullianus eos damnet, qui dicebant Apostolos aliquid reliquisse non explicatum, quod faceret ad nostram salutem. Dicam amplius, nempe quod hic Apostoli fecerint, non esse perpetuum: non quasi non sint testes omni exceptione maiores, sed quoniam aliquid Iudæorum infirmitati ex charitatis regula condonarunt: vt & illæ sunt prohibitiones de Idolothytorum & suffocati esu: & in eo etiam quod Paulus in Timotheo & in sese fecit: quæ res hodie locum non haberent, nisi ex generali rerum indifferentium & mediarum regula, in quibus fratrum infirmitati nos accommodare possumus. 1561.

Possunt & ista colligi ex ritibus qui illorum temporibus conueniebant: vt mos ille sese exosculandi, caput aperiendi in signum auctoritatis, qui repugnat vulgaræ inter multos populos consuetudini. Hæ omnes ergo res considerandæ sunt antequam consuetudo quasi Apostolica constituatur, ne auctoritatis aut consuetudinis Apostolicæ abusus fiat ad Ecclesias perturbandas, vt accidit post tempora Apostolorum propter festum Paschatis, & Apostolorum etiam tempore, propter auctoritatem Ecclesiæ Hierosolymitanæ, vt refertur à Luca Act. 15. 1. Quomodo ergo existimabimus tot Apostolos & tantas ceremonias inuenisse, in quibus postea posita fuit remissio peccatorum, cum diserte contrarium sint testati? Iam olim illud conquestus est Augustinus, & minime dubium est, si in eadem tempora, cuiusmodi ista iam nostra sunt, incidisset, quin grauiorem conquerendi occasionem habens, maiora fuisset conquestus.

In

1561.

Scriptura Ecclesia superior.

In summma ergo optamus vt scriptura, quæ omnino istis in rebus perspicua est, discernat inter traditiones bonas & malas, sanctas & profanas, vtiles & noxias, necessarias & superfluas. His ita constitutis, facile est hanc quæstionem videre, *An Ecclesia sit scripturæ superior*: quæ mihi quæstio tam absurda videtur, quam si quis quæreret, num pater sit infra filium, aut num vxor supra maritum, imo homo supra Deum sit. Et certe numquam vera Ecclesia de Deo hac in re conquereretur, sed ipsi sese semper modeste subiiciet. Nec quicquã ad rem facit quod Ecclesia sit ante scripturas: Etenim verbum illud quod postea perscriptum fuit, Ecclesia antiquius est, cum ab eo illa Ecclesia concepta, genita, educata fuerit, & ab eo Ecclesia nominetur. In hanc sententiam profertur dictum Augustini, *Non crederem scripturæ nisi auctoritas Ecclesiæ eo me impelleret.* At considerandum erat, Augustinum de seipso loqui, vt Manichæum. Cum enim duo homines de instrumenti cuiusdam veritate disceptant, ad quem tamdem recurretur, nisi ad Notarium qui ei⁹ commentarium seruat? Non tamen inde consequitur, authoritatem instrumenti à Notarij persona pendere, quod non minus ratum esset & authenticum etiamsi ipse Notarius superstes de ipso testimoniũ non perhiberet. Idem est respõdendum iis qui existimant librorum canonicorũ auctoritatem ab Ecclesiæ determinatione pendere, cum alioqui contrariæ Conciliorum determinationes hac in parte reperiantur, quod particularius in nostra collatione examinari poterit. Mihi porro satis erit vnicum argumentum superioribus addere, quorundã pro-

batorum

batorum patrum auctoritate confirmatum: Quod nimirum huiusmodi est: Christus ipse tanti Prophetarum doctrinam fecit, vt ipsorum testimoniis suam ipsius doctrinam confirmare voluerit. Idem voluit Paulus Thessal. de sua doctrina statuere, vt scribitur Act.17. Petrus item hanc intelligendi rationem probat. Non ergo eos qui se Christi vicarios & Petri & Pauli successores gerunt, eandem conditionem detrectare conuenit. Præterea hæc ait Hieronymus, *Non patrum maiorumue error sequendus est, sed ipsa scripturarum auctoritas*: Et Chrysostomus: *Qui nam voluerit cognoscere quanam sit vera Ecclesia Christi, qui illam cognoscat in tanta similitudinis confusione nisi per scripturas?* Item eodē loco, *Qui sunt in Iudæa fugiant in montes*, id est, *Qui sunt in Christianismo recipiant se ad scripturas*. Quare vero eo tēpore omnes Christiani debent se recipere ad scripturas? Quoniam ex quo hæresis Ecclesias occupauit non potuit certa veri Christianismi probatio haberi, nec potest aliud refugium reperiri iis, qui volunt cognoscere fidei veritatem, quam sanctæ scripturæ. Quicunque ergo voluerit cognoscere veram Ecclesiam Christi, quomodo illam cognoscet, nisi per scripturas? Item Dominus cognoscens tantam extremis temporibus confusionem venturam, iubet Christianos qui veræ fidei firmitatem accipere velint, nullum aliud perfugium habere quam sacram scripturam: alioqui si ad alias res attēdant, offendentur & peribunt, non intelligentes quid sit vera Ecclesia: & ita præcipites ruent in abominationem desolationis, quę sita est in sancto loco Ecclesiæ. Et Basilius, si quicquid non est ex fide pec-

1561.

Cap. 6. lib 2. in Hieremiam.

In Math. 24. Homil. 49.

1561. catum est, vt inquit Apostol⁹ & fides ex auditu est, auditus vero ex verbo Dei: quicquid est extra verbum diuinitus inspiratum, peccatum est. Item & alibi, si Deus in omnibus suis sermonibus fidelis est, & omnia ipsius mandata firma sunt & certa in æternum, in veritate & rectitudine facta, omnino à fide aberratur, & crimen est arrogantiæ aliquid eorum quæ scripta fuerint reiicere, aut aliquid non scriptum introducere.

Beza Orationẽ suam concludit.

Hactenus, Regina, copiose & pro modulo cognitionis nobis tributæ primo, orationis Antistitum nomine habitæ, capiti nimirum, quod ad Ecclesiæ auctoritatem attinet, respondimus: parati quæcunque ex verbo Dei contra ea quæ diximus, demonstrabuntur, patiẽter & dociliter audire. Restat caput de cœna Domini, quod, si ita Maiestati tuæ videatur, nunc prætermittam: tum quod diutius te cætumque vniuersum tenui: tum quod cupiamus collationem istam meliori posthac ordine, institui: verendum etiam est in tam obscuro atq; controuerso argumento, ne multa, quantumuis vera, excidant, quę in multorum animis pariant offensiones. Si tamen iubes nos vlterius progredi, parati sumus ea dicere quæ Dominus dederit. Nos vero iis rebus semper submittimus, quæ nobis fuerunt à scripturis demonstratæ. Tuam vero Maiestatem, Regina, etiam atque etiam oramus atque obtestamur, hoc vnum habeas persuasum, nos post gloriam Dei nostri, nihil studiosius neq; vehementius exoptare quam vestrarum Maiestatum dignitatem & regni istius tranquillitatem.

Hæc

Hæc cum Beza, satis quidem copiose, prolocutus fuisset, tum Claudius Espenzæus; iussu Cardinalis Lothareni, suam quoque ad hæc sententiam dicere iussus est, qui postquam pauca fuisset præfatus, quod videlicet crudelissimas istas ob Religionem persecutiones, quibus miseri homines passim locorum hactenus adfecti fuissent, palam semper detestatus esset, aliquoties; sese admodum mirari, aiebat, qua videlicet auctoritate Protestantes muniti vel à quo vmquam vocati; ministerio sese immiscerent, cùm tamen neminem citarent, à quo manus impositionem suscepissent: omnibus enim probe notum atque perspectum esse, eos ordinaria vocatione minime esse institutos: verum cum ad vocationem extraordinariam miraculis opus sit, illa ipsa autem à protestantium partibus minime ederentur, necessario exinde sequi eos; neque secundum ordinem neque etiam extra ordinem in domum Dei fuisse ingressos: ad traditiones autem quod attineret, si quando de interpretatione sacræ scripturæ exoriatur controuersia, nec de eadem conueniri possit, absque vllo dubio ad sanctos Patres esse recurrendum, quibus auctoritas à legitima & ordinaria successione conciliatur: nam in legitimæ Ecclesiæ præsidentes Spiritus sancti dona conciliari, quemadmodum de Leuitis scriptum est, quorum responsa in dubium vocari nefas habebatur; multa in traditionibus inualuisse & rata esse, q̃ in sacris litteris minime perscripta sunt, vtpote ꝙ pater non sit genitus, ꝙ filius patri sit consubstantialis, ꝙ infantes baptizandi sint, & ꝙ sanctissima Dei mater virgo Maria et post partũ virgo

1561. *Claudij Espenzæi sententia.*

 reman-

1561. remanserit: esse itidem rata quæ ab vniuersalibus Conciliis decreta sunt, neque ea in doctrina errare posse; nec vsquam in iis reperiri quæ doctrinam spectant, vt posteriora prioribus aliquid derogent vel quidpiam in iisdem emendent: ad quæ Beza, quo ad legitimam vocationem respondit, quod impositio manuum non sit necessaria legitimæ vocationis nota, verum principales atque adeo substantiales notas esse morum doctrinæque inquisitionem atque electionem, minime quoq; cuiquam mirum videri debeat si manuum impositio ordinatibus, vti vocant, Theologiæ Candidatis nō tributa sit, nec miracula ad vocationē extraordinariam esse necessaria exemplo Isaiæ, Amosi, Zachariæ, Danielis & Pauli. Cum autem diuersimodi sermones hinc atque illinc spargerentur, Lotharenus suorum inciuilitati metuens, ne forsitan à Regina obiurgarentur, finem quæstioni isti imposuit & de sacra cœna Domini quæstionem mouit, præsulumque nomine testabatur, se non vlterius progressuros, nisi illam quæstionem rite determinassent, esse siquidem istam caput controuersiarum omnium. Petit itaque à ministris protestantibus, num videlicet confessionem Augustanam recipere velint, qui illud ipsum quoque à Pontificiis rursum postularunt: Dissimulantibus autem istis, Cardinalis Germanicorum aliquot ministrorum hac de re sententiam in medium protulit & subscriptionem eiusdem à protestantibus vehementer admodum efflagitabat, quod hac potissimum de causa fecit, vt si hoc aperte denegassent, illos cum Germanis ita sentientibus committeret, sin

Beza ad Espencai sermonem responsio.

vero

vero eamdem amplecterentur, tunc, quasi victoria parta de iisdem triumpharet. Id ad euitandum Beza respondet, se vna cum collegis suis eo potissimum conuenisse, vt Ecclesiarum suarum confessionem strenue defenderent nec amplius aliquid ab Ecclesiis suis in mandatis habere, quocirca æquitati maxime esse consentaneum vt ex suæ confessionis ordine disputatio quæpiam institueretur, vt inde eo maior fructus colligeretur & concordia eo facilius iniretur: nihilominus tamen cum Lotharenus rem tamtam vehementer premeret, protestantes interruptionem colloquij verentes, petunt vt Augustanæ illius confessionis exemplar quoddam sibi exhiberetur, vt quid facto opus esset, inter se inuicem deliberarent: tum prolata formula capitis de sacra cœna Domini ex confessione Augustana exscripta, quæ verba sic habebant: *Fatemur verum corpus & verum Iesu Christi sanguinem vere, realiter & sacramentaliter adesse in cœna Domini, ita exhiberi & ita ab iis recipi qui communicant.* Prolatæ quoque nonnullæ Theologorum Wittembergensium, Anno supra millesimum quingentesimum, quinquagesimo nono scriptæ. Nunciabatur autem interim quod scriptum istud per Franciscum Balduinum Lothareno Cardinali fuisset exhibitum, cum litteris se quamprimum ac ministros aliquot Germanicos adfuturum & cum Beza congressurum, significantibus. Eo ipso autem, quo colloquium habebatur, tempore, Possiacum venit, quo citius libellum suum latinum, cui titulum fecerat DE PII HOMINIS INTER RELIGIONIS CONTROVERSIAS OFFICIO, of-

1561.

Franciscus Balduinus frustra se Colloquio Possiacensi immiscere nititur.

1561. ferret & colloquio se hoc pacto immisceret. Sed inanis ista spes hominem fefellit, neutra enim pars illum ad colloquium inuitauit, sed omnes ipsius leuitatem atque inconstantiam admirati sunt. Omne vero odium in ministros reformatarum Ecclesiarum conuertebat, scriptisque publicis Bezam ac Caluinum insectabatur, qui tamen ad ista paulo post responderunt. Simulauerat autem iste Balduinus iam pridem Euangelium, quod scriptis non solum publicis testatus fuerat, verum etiam apud bonos viros aliquam nominis sui famam concitauerat: Sæpius tamen Religionis studio commutato certa impij ac inconstantis animi testimonia apud plærosque postmodum reliquit. Ille ergo postquam diuersarum Religionum ab vna in aliam sæpius & varie emigrando, periculum fecisset, certam quampiam Religionis formam se tamdem inuenisse autumabat, veramque sedandarum pro Religione controuersiarum omnium rationem nosse jactitabat. Introductus arte Cardinalis Lothareni ad Nauarræum, ingentesque spes de sese apud illum fecerat. Dumque Nauarræus magnis ac ingentibus promissis à Romano Pontifice interpellaretur, accedebant assiduæ hominis istius voces, qui prolatis ex antiquarum quarumdam notarum, quas se reperisse dictitabat, argumentis, Nauarræum in illa spe adipiscendi Regni maxime confirmabat, & quidem adeo, vt paulatim refrigescente purioris doctrinæ studio, ad nouas illius voces, tamdem penitus, magno & Ecclesiarum reformatarum & vniuersi Regni

Gallici

Gallici, suo vero ipsius detrimento maximo Nauarræus Euangelio postmodum abrenunciauerit. Pro istis autem officiis & laboribus Balduinus ingenti pecunia donatus & spurio Nauarræi tamquam Pædagogus præfectus est. Tamdem cum de propositis sacrosanctæ scripturæ controuersis articulis Theologi inter se inuicem conuenire non potuissent, sed vtraque pars suam de Religione opinionem mordicus quasi tenuisset, à colloquio vtrimque discessum est, & Reformatarum Ecclesiarum ministri honorifice (imprimis autem Vermilius à Regina per litteras ad colloquium inuitatus) dimissi sunt. Soluto itaque colloquio præsules Possiaci ad explicandum rei numariæ negotium, quod Rex vehementer admodum vrgebat, aliquandiu commorabantur, & paulatim ad Concilium Tridentinum se præparabant, & denique quisque ad sua se recepit. 1561.

Rex Hispaniarū propter habitum colloquium vehementer exasperatur.

Interea cum de hocce colloquio Possiacensi varij rumores cum in Italia, tum in Hispania spargerentur, Philippus Rex Hispaniarum mirum in modum excanduit: Quod cum Catharina Regis Gallorum mater cognouisset, Iacobum Monberonium Ausentium virum Nobilissimum & prudentissimum ad Hispanum ablegauit, non solum vt colloquij istius causam Regi indicaret, verum etiam à præconceptis de se suspicionibus aliquo modo rursum purgaret: Cum vero Ausentius iamiam in Hispaniam appulisset, vix præ nimia indignatione ac iracundia

1561. à Rege aditum impetrauit; postquam autem vna cum Sebastiano Albaspineo Episcopo Lemouicensi Regis Gallorum in aula Hispanica oratore, Philippo necessitatem istius colloquij ostendissent, quod videlicet non in gratiam protestantium Religionis illud negotium susceptum fuisset, sed paratum esse Regem Episcopos ac Theologos suos ad Concilium Tridentinum mittere. Rex ingentem Religionis suæ zelum præ se ferens legatos, præmissis verbis beniuolentia plenissimis, ad ducem Albanum remisit; qui postquam eos audiuisset præfractis verbis indignabundo similis respondit; Regem suum non sine ingenti cordolio experiri, quod Religio in tam vicino ac fœderibus & adfinitatibus sibi coniunctissimo regno, adeo frigide ac ieiune tractetur: itaque cupere vt exemplo Henrici soceri & Francisci, eadem seueritate hæretici, absque vllo personarum, honorum ac dignitatum respectu, puniantur, nec admittatur vt malum istud serpat vlterius: obnixe quoque & per amice Reginam socrum orare, vt non solum sui ipsius, verum etiam totius Regni paruorumque fidei suæ commissorum curam habeat, ni faciat periculum Galliæ, quod ad se spectet, Philippum numquam neglecturum, sed matura inter Regni sui consiliarios ponderata deliberatione, tamdem statuisse non solummodo omnes suas opes, sed proprium etiam sanguinem, necessitate id vrgente, ad pestem istam vniuersalem funditus exstirpandam impendere, imprimis vero quod id ipsum optimates ac populi Gallici

Reli-

Religioni Romano-Catholicæ addicti serio multisque precibus ab ipso exposcerent. Hoc superbo ac contumelioso Albani responso, Ausentius in Galliam reuersus & Albaspinæi Episcopi Lemouicensis consignato testimonio fulcitus, commemorat, quod videlicet aulæ Gallicæ Magnates cum primatibus Hispanicis cõsilia communicent, nec vanam fuisse de Artaro Desiderio Sacrificulo paullo ante examinatam quæstionem: Is enim dũ Colloquium Possiacense adhuc celebraretur, libellum supplicem exarauerat, quo ille contra protestantium potentiam indies sese latius diffundentem, à Rege Hispaniarum, sub nomine sacri ordinis, auxilium & opem implorabat: ast cum impostor cum libello isto & aliis arcanis quibusdam mãdatis Sorbonistarum & (vt quidam liquido testabãtur) Cardinalis Lothareni, in Hispaniam tenderet à Nicolao ordinum Ductore circa Aurelianum captus, & ad Reginam adductus est. Cum vero res ad Senatum delata fuisset, & is totum rei negotium cum Regina cõmunicasset, Desiderium multam ignominiosam commisisse pronunciauit censuitque, vt frequenti Senatu, die tribunalitio, Desiderius capite pedibusque nudis, cum candela ardenti in genua procumberet, præmissis verbis apparitoris publicè fateretur, quod videlicet libellum istum maligno ac frauduléto consilio scripserit, & eumdem ad Philippum Regem Hispaniarum perferre voluerit, quocirca hoc sibi ex animo dolere & Regis ac Senatus clementiam ac veniam lamentabili prorsus voce implorare. Quod cum iste edixisset libellus coram ipso publicè dilaceratus, is vero ad

1561.

Artusi Desiderii cum arcanis litteris interceptio & pœna.

1561. Carthusianorum Monasterium ad captiuitatem perpetuam damnatus est: qui tamen postmodum fuga elapsus saluti suæ melius consuluit.

Ericus, Stocolmiæ, in Regem Suecia coronatur.

Mēse Iunio D.XXIV. Eric⁹, eius nominis XIV. anno ætatis suæ IIXXX. Stocolmiæ in præsentia vrbium legatorum magna ac sumptuosissima pōpa in Regem Sueciæ coronatus est: vbi Baltici littoris vrbium legatis Priuilegia, quibus Mercatores illarum vrbium in Suecia, beneficio Regum antecessorum suorum fruebantur, satis superq; confirmauit. Reualiam vero (quæ vrbs Liuoniæ nup ad Regis patrocinium cōfugerat,) maiori q̃ antea gratia, pecunia itidē largissima cōmeatu ac omnibus denique rebus ad bellū necessariis liberalissimè adiuuit. Pacem q̃ Gustauus parens eius cum Moscouiæ Duce multis annis inuiolatā seruarat, imposterum quoq; continuari petebat, ita tamen, vt sub ea etiā Reualienses cōprehenderentur, ast cū cōditiones istæ nouæ cū prioribus Gustaui pactis minimè cōuenirent, sed potius ab Erico augerētur, rē indignè Moscus tulit, ac Sueco vix biennii inducias cōcessit. Interim dum Erici præfectus Reualiensis cœnobiū Padense, q illè ad Magni Holsatiæ Ducis diœcesim pertinere asserebat, & anno subsequenti Parnouiam arcemque Vitensteniam, ad Regis Poloniæ ditiones ptinentes, p vim occupat, nō solūmodo Poloniæ ac Daniæ Reges cōtra Suecū insurgunt, verum etiam Lubecēses ac reliquos Mercatores ob prohibitionē nauigationis Naruicæ sibi infestos reddidit. Quod diuturnū ac maximè noxium bellum postmodū multas mutationes in Liuonia peperit. Nam Sigismundus Augustus Rex

Poloniæ cũ Liuoniam in diuersas partes distrahi, 1561.
Suecumque vniuersam Reualiam sibi subiecisse, quasdam etiam Prouincias Magnum Holsatiæ Ducem possidere videret, prætendebat se iam ad pacta ista de defensione non amplius esse obligatum, & iccirco vtrique aduersum Ducem Moscouię auxilia denegauit, nec aliam cum iis initi fœderis confirmandi rationem esse demonstrauit, q̃ si Archiepiscopus Rigẽsis & ordinis Teutonici Magister sese vna cum omnibus subditis Poloniæ ac Lithuaniæ Regno præstito prius fidei iuramento subderent. Qui in has redacti angustias veriti ne & reliquæ Liuoniæ Prouinciæ à Moscouiæ Duce occuparentur, consenserunt, & elapsis aliquot mensibus, Nicolaum Ratzeuilium Palatinum Pilnensem, virum inter primarios nobiles inlustrem, ablegarunt, qui tamdem in has conditiones cũ Poloniæ Rege transegit. I. Mutatio Principis Liuoniæ apud Cæsaream Maiestatẽ & reliquos Sacri Rom. Imperii ordines absque vllo damno sit. II. Quod religionem Augustanæ confessionis liberè absque vlla remora siue obstaculo profiterentur. III. Priuilegia Nobilitatis Liuonicæ denuo confirmarentur. IV. Omnis iurisdictio secundum veteres leges ac priscas consuetudines, saluo iure prouocationis, sarta tectaue conseruaretur, & quod eadem penes Magistratum Germanicum maneret. V. Magister Teutonici ordinis in Ducem crearetur nouæque ditiones eidem iure hęreditario attribuerẽtur. VI. Prouincia Transduinana Regi cederet, Riga quoque cum omni iurisdictione atque territorio, prout Imperio suberat, in eaque Gotardus

Liuonia quibus cõ ditionibus Regi Poloniæ subiecta sit.

Magi-

1561. Magister ordinis nouus Dux crearetur, qui tamquam Poloni partes Legati obtineret: & denique alia quoque, quæ ad Iuris compensationem, quod Magno Duci Holsatiæ competebat, pertinebant vtpote: de immunitate à bello, debitis, moneta, eodem instrumento comprehensa, quod Vilnæ III. Kal. Decembr. factum: post triduum vero Priuilegia Nobilitatis altero instrumento à Rege confirmata sunt.

Pacta inter Liuonos & Regem Poloniæ iureiurando confirmantur.

Hisce sic peractis Sigismundus Augustus Rex Poloniæ, Guilielmus Marchio Brãdeburgicus Archiepiscopus Rigensis & Gotardus ordinis Magister solemni iuramento præstito, fidem suam interponunt, eaque de re acta publica conficiuntur, in quibus Rex promittit, quod omnia illicitè à Liuonia auulsa siue per vltimos bellorum motus à Moscis abalienata, recuperare in id omnes suas opes conuertere, & denique postquam ablata recuperasset eadem veteribus suis Dominis, ad quæ ista iure pertinerent, restituere velit. Christophorus autem Dux Megapolitanus fidus Archiepiscopi adiutor peregrini huius iugi impatiens nullum alium, nisi Romanorum Imperatorem, summum Magistratum agnoscebat: Quamprimum itaq; nauem conscendit & in Germaniam traiecit, vbi, cũ ad liberandam Liuoniam neque à Cæsare neque à reliquis Romani Imperii ordinibus, auxilia contra Moscos impetrare posset, ad turbida consilia cum Sueciæ Rege ineunda animum adiecit. Vt autem istam transactionem exequerentur, Gotardus Magister ordinis præsente Nicolao Ratzeuilio, ordinem solemni ritum eierat, eidemque crucem, sigil-

1561.

hum, litteras ac diplomata omnia, quibus ordo à Cæsare & Romano Pontifice donatus fuerat, claues itidem arcis & portarum ciuitatis Rigēsis, porrexit ac tradidit, Commendatorisque officio, iuri cudendæ monetæ, vectigalibus piscium & aliis iurisdictionibus ad Liuonicum ordinem pertinentibus, renunciauit: Quod omnibus Germanici nominis studiosis tristissimum, Polonis autem lætissimum fuit spectaculum: Quamprimum autem iure suo Gotardus cessisset, illico quoque, vti ab vtraq; parte conuentum erat, à Ratzeuilio, iussu ac nomine Regis Polonorum in Ducem Curlandiæ ac Semigalliæ publicè proclamatus est, cui, tamquam nunc Domino hæreditario, omnis Curlandica ac Semigallica nobilitas solemni iuramento præstito sese obstrinxit; Postridie vero idem Ratzeuilius Gotardum nouum Ducem summum Regis Polonici Legatum ac Liuoniæ gubernatorem, sub nomine Regio, renunciauit, clauesque arcis ac ciuitatis, quas pridie ab eodem acceperat, eidem reddidit.

Magister ordinis Liuonici in Ducē Curlandiæ ac Semigalliæ creatur.

Circa finem huius anni magna quoque in Moldauia ac Valachia mutatio subsecuta est. Albertus enim Lascus Polonus, Iacobum Basilicum Principem quendam Græcum, qui Carolo V. Cæsari in bello contra Regem Franciæ strenuam operam ante hac nauarat; hominem liberali facie & Græcæ, Latinæ, Gallicæ ac Italicæ linguarum callentissimum, Philipponium itidem & Lassocium; secum in Moldauiam, ad faciendum impetum, assumpsit, sociisque armis ingentem Alexandri Vaivodæ exercitum adoritur, fundit, in fugam vertit, ac tandē

Moldauia ac Valachia ab Alberto Lasco occupantur.

crude-

1561. crudelissimum istum tyrannum Regno exuit, vniuersamque Moldauiæ ac Valachiæ ditionem Ioanni isti Basilico possidendam tradidit, qui postquam inter Purpuratos, de more, pecuniam ingẽtem distribuisset, tandem Constantinopolim profectus ac à Turcorum Imperatore Solimanno in occupato principatu confirmationem, prisco ac recepto more impetrauit.

Tumultus Parisini descriptio.

Dum hæc in Moldauia ac Valachia geruntur grauissima Parisiis seditio, exeunte hocce anno excitata est. Cum enim Reformatorum cœtus in suburbio Sammarcelliano è regione D. Medardi fani in loco ipsis destinato ad audiendam concionẽ cõuenissent, curio, æditui & sui similes ad interturbãdam istam Reformatorum concionem tintinnabula tanto fragore pulsarunt, vt concionator eorũdẽ vix exauditus fuerit. Quocirca cœtus iste duos ad curionem ablegauit, qui eumdem rogarent, vt vna cum suis asseclis à pulsatione ista tintinnabulorum sibi perquam molestissima, abstineret, qui non solummodo à curionis & suorum sociorum rabie non exauditi, sed vnus horum (alter enim ex imminenti periculo celeri fuga se ex ipsorum manibus subduxerat,) ab ipsis comprehensus, templo inclusus, ac denique, cum cultello stricto sibi fugam parare conaretur, iteratis contorum ictibus confossus est. Homicidio hoc peracto campanarũ pulsationes denuo repetunt, ob id vicissim apparitor armatus ad tumultuantes istos sedandos, mittitur, qui tamen ex superiori templi occlusi contignatione eiaculatione saxorum ita exceptus est, vt inclamatione nominis regii frustra inclamauerit &

retro ad suos se recipere necessum habuerit. Qua 1561.
occasione quidam ex infima fœce hominũ accẽsi, qui magis licentiæ quàm pietatis causa cœtui isti sese immiscuerant, qui non ferẽdam istam tumultuantium ferociam contendentes, templum istud expugnare conantur: nec mora istud vndique circumuallant, ianuas effringunt & magno impetu irruunt, vbi conspecto isto iam modo ex cœtu cõfosso homine, ad iram & vltionem multo magis accẽduntur & obuios quosuis verberibus malè admodũ excipiunt: In quo certamine non aris, nõ imaginibus affabrè sculptis & splendidissimè amictis, pepercere: Sacerdotes vero qui illic remanserant, nec cum cæteris in turrim se recipere potuerant, vt vitam suã liberarẽt, deiectas imagines in aduersarios suos coniiciunt, cumq; adhuc inter sè inuicem tumultuarentur Gabastonus vigilum p̃fectus, equo insidens templum ingreditur, & seditiosos istos ad pacem ac tranquillitatem publicam adhortatur, irrito tamen conatu, maiori enim numero illi multo audaciores facti, nullum petulantiæ modum p̃termittebant, quinquaginta enim hominum grauissimè vulnerati, quatuordecim autem captiui tãq̃ in triumphum in vrbe prius, funibus bini ac bini colligati, circũducti, postmodũ publico carceri inclusi sunt, non sine multorũ indignatione maxima, qui tamẽ protestantiũ causæ alioqui, in occulto tamẽ, maximè fauebant. Postero die protestantes armis instructiores, quasi ad p̃liũ profecturi, rediere & finita cõcione ordine fermè militari domum se recipiunt, verum hanc protestantium nimiã licentiam, plebs irrequieta minimè passa est: nã à pran-

dio

1561. dio multi tumultuaria armatorum manu præmuniti, in locum illum tum temporis vacuum, irrumpunt, & confractis prius omnibus sedilibus & ipsa etiam pastoris cathedra, locum ac vicina aliquot domicilia circumiacentia incendio absumunt, cũque ad opprimendam & sedandam istam tumultuantium lasciuiam Magistratus lictoribus stipatus iam iam accurreret, omnes fuga dilapsi & incendium tamdem restinctum est. Qua re non infimæ sortis homines, sed primates aulæ admodum permoti sunt, ita vt Ægidius Burdinus cognitor Regius, omnem rei gestæ seriem ad Regem, ad Sangermani fanum tum degentem, perferret, & multis modis factum istud per se indignum, augeret. Quibus cognitis Rex Giganti & Antonio Fumæo imperauit, vt de tumultu isto sedulam inquisitionem instituerent, cum vero inter ipsos priuatæ quædam suspiciones exortæ essent, (hic enim causæ patrocinari, ille aduersari vulgo credebatur,) separatim testes examinare iussi sunt. Fumæus itaque illos, qui seditionem istam à Curione, æditu is & sui similibus excitatam fuisse, testabantur audiit, à Gigante vero testes contrarium dicẽtes, examinati sunt, cumque vtraque pars eius rei causam à se remoueret & in alteram reiiceret, dolus tamdem dolo detectus est: dum enim Gigas Genouefæ fanum venisset & testes omnes à Fumæo productos tumultui isti interfuisse, cognouisset, non immerito testium istorum testimonia reiecta, ipsi vero decreto Senatus carceri mancipati sunt: in quo cum diuturno tempore fuissent detenti, tamdem, quamuis

ægrè,

ægrè, intercessione Regis Nauarræi, pristinæ libertati restituti sunt. 1561.

Licet autem omnis istius intestini motus culpa protestantibus imputaretur, nihilominus per plateas libellos affigebant, in quibus non solum obiecti criminis causam diluere, verum etiam in Senatores ac curiæ quosdam præsides eius rei auctores insimulare conabantur: Prætendebant enim quod initio tumultus trecenti armatorum virorum ex vicinis domiciliis impetum in sese fecerint, verum numero impares, illos ipsos retrocessisse: Sacerdotes quoque paucis ante diebus, omnem ornatum auream que & argenteam templi supellectilem absportasse, denique illos qui ex cœtu ad se missi fuissent, vt ab insolita nimirum campanarum pulsatione ipsos dehortarentur, vi repulisse ac miserũ quendam ac innocentem hominem in ipso templi limine crudeliter mactasse, quæ omnia eosdem rei iam pridem conscios seditionisque ipsissimos auctores arguerent. Quod autem cuneus, vt trito dici solet prouerbio, cuneum vrserit & vis vi repulsa esset, sibi id iure naturali licuisse: insuper suis hunc potissimum in finem præsto fuisse, quod pars aduersa regiis mandatis obtemperare noluerit ob id itaque minimè sese in iudiciũ vocandos esse, quippe cum constet si Magistratus quispiam contra, parere detrectantem violentius aliquid fecerit, id ei nequaquam imputetur: cur iccirco in hoc ipso negotio illi non eodem iure censerentur, qui Magistratui operam suam collocarint, vt mandata Regia exequerentur, ad consilium itaque, minimè vero ad factum eiusque esse respiciendum: nam in se-

Protestãt[es] culpam ex[...] citati tumultus libellis pub[li]ce affixis [a] se remoue[re] conantur.

1561. ditione, cum aliis vim inferre conantibus, aliis indignatione resistentibus, verbera & cædes committuntur, constitutionibus Imperatoriis sancitum & constitutum esse, vt in eum qui primus vim facere attentasset & alteri parti aduersæ causam præbuisset, supplicium exerceatur. His & similibus rationibus Protestãtes facinus istud magis excusabant quam defendebant: fremente autem adhuc plebe & ad contrariam seditionem inclinante duo ex cœtu isto dumtaxat ad supplicium rapti sunt, Gabastonus videlicet vigilum præfectus & apparitor quidam vir strenuus, qui pręaliis in conflictu isto se conspiciendum præbuerat. Quamuis autem isti Senatus decreto patibulo suffixi essent: nihilominus tamen ex manibus carnificis à furente plebe rapti, per vicos tracti ac demum in profluentem proiecti sunt. Quo facto cantilenæ ea de re confectæ & noctu, & interdiu à malè feriatis decantatæ sunt.

CON-

1562

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER TERTIVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Dictum Ianuarij in Gallia cur promulgatum sit, ubi pariter edicti istius summa recensetur: Senatus Parisinus ad promulgandum edictum Ianuarii, quasi cogitur: Christophorus Dux VVirtembergicus cũ Cardinali Lothareno de confessione Augustana colloquitur: Vassiacenæ cladis ab Guisio factæ descriptio: Horrenda militum Guisianorum blasphemia: Condæus Lutetiam ingreditur & paulo post à Guisiis rursum expellitur: Controuersia inter Regem Daniæ & Hamburgenses quo pacto sublata sit: Lubecẽses & ciuitates fœderatæ confirmationẽ suorum Priuilegiorũ in Regno Sueciæ non approbant: Fœdera inter Suecũ & Daniæ Regẽ per Suecorũ Regis Legatos renouãtur: Lutetia à Guisiis validissimo munitur præsidio & Regem Reginamque in captiuitatem abducunt: Bellum aduersus Condæum suscipiendum ab Hospitalio dissuadetur: Condæus Aurelianum occupat, cuius con-

1562. iunx gemellos vno eodemque partu excludit: Litteræ Condæi ad Reformatorum Ecclesias: Protestantium aduersus Guisios fœdus istiusque fœderis explicatio: Protestantes Agendici Senonum grauissimè ac crudelissimè persequuntur, qua de re Condæus apud Reginam conqueritur & belli istius suscepti causam scripto exponit publico: Consilia Guisiorum & sociorum quo tendant: Condæi ad Cæsarem Sabaudum & Palatinum litteræ, quibus Palatinus illico respondet. Edictorum Regiorum finis quis? Altera Condæi declaratio de belli suscepti causis & Guisianorum actionibus, in qua se motuum Gallicorum minimè auctorem esse, multis argumentis & in medium productis rationibus, attestatur: Franciscus Rex Galliæ ingeniosissimus: Guisii turbarum Gallicarum auctores: Diuinæ prouidentiæ exemplum singulare: Condæi de domum ablegandis Guisiis consilium: Armati ab aula Gallica cur excludantur: Fidelium subditorum officium: Condæus fidelitatem & obseruantiam suam erga Regem ad posteritatem propagare nititur: Bellum inter Catholicos Pontificios ac protestantes, horumque disciplina ac modestia militaris: Condæus in Reginæ sententiam cur non consentiat: Castris Guisii frustra struit insidias: Triumuiratus Blæsas protestantibus rursum eripit: Aumalius Rothomagum frustra oppugnat: Santandreanus expugnat Pictauium: Germani & Heluetij Guisio tramittunt auxilia: Arestum Senatus Parisini contra Aurelianos: Scriptum Condæi publicum contra Guisiorum iniurias ac calumnias: Protestantium cum primitiua Ecclesia in Religione consensus: Condæus ad Senatus Parisini aduersus Aurelianos Arestum respondet & crimen rebellionis in aduersarios suos retorquet, innocentiamque suam ex suis ad Reginam datis litteris testatur: Argumenti siue obiectionis Triumuiratus dilutio: Germani & imprimis Heluetii à Con-

1562.

deouorantur vt ab armis contra protestantes ferendis absti-neant Auaricum à Guisianis expugnatur: Crudele Itali cu-iusdam immanitatis exemplum: Bibliotheca Cluniacensis Nobilissima interitus & Matisconis expugnatio: Scriptum Reginæ Angliæ ob tributa Condæo auxilia seque ad pacem maximopere esse inclinatam exemplis commonstrat, simul-que de interceptis & interfectis suis Mercatoribus conque-ritur: Tauanius nomine Guisianorum Lugdunum obsidet: Italorum militum Sodomia detestanda reprehenditur: Ma-ximilianus Secundus in Romanorum Imperatorem eligi-tur: Ebraimus Stroschenius Imperatoris Turcici Legatus cum Ferdinando Cæsare paciscitur: Munera à Solimanno Ferdinando Cæsari tramissa: Protestantes Condæo mittunt auxilia & Condæi per scriptum publicum, repetita purga-tio: Carolus V. cur liberum in Germania Religionis exerci-tium permiserit? Antiquæ Leges ac probatæ constitutiones Regni Gallici: Causa Condæi impulsiua, cur nimirum nolit migrare in exilium: Eiusdem Condæi æquanimitas & in-tegritas: Rothomagum à Guisiis denuo obsidetur, in cuius obsidione Nobilis quidam mirabiliter ac diuinitus mortis periculo præsentissimo eripitur: Rex Nauarræus sclopeti ictu lethaliter vulneratur, ex cuius lethali vulnere paulo post decessit: Rothomagi expugnatio & direptio: Genlius à Con-dæo ad Guisium rursumque mutato consilio, ad Condæum deficit: Condæi de pugna cum Guisio ineunda, cõsilium eius-demue aciei descriptio: Guisianæ aciei descriptio: Mare-scallus Santandreanus in prælio interficitur: Tan-dem quoque Condæus capitur & à Guisio liberali tractatione exci-pitur.

1562. Edictum Ianuarii promulgatum.



Ebus ita in Gallia constitutis, tumultus iste Parisinus proximus, de quo sub finem præcedentis nostri libri diximus, indies maiorum seditionum metum iniiciebat. Ecclesiæ siquidem Reformatæ, magnis vbique rumoribus quotidie augebātur, cōciones vbique locorum, concessa vel in concessa Regis potestate, habebantur: atque ita incerta illius volūtatem maximæ perturbationes haud vbique propediem euenturæ demonstrabātur. Quocirca Regina rerum euentum verita, subito remedio opus esse animaduertebat. Nauarræus verò etiam inter ambigua cōsilia huc illuc fluctuans, quotidianis tamen rumoribus consternatus maturè prouidendum videbat, nec res illas, sine liberioris edicti beneficio explicari posse dictitabat. Itaque Regis Reginæque atq; Nauarræi, per omnes Gallici nominis Prouincias Legati, Regis authoritate & mandatum, deque principum, Regiique priuati consilii sententia Sangermanum conuentus ad XVII. Ianuarii indicitur, vt tamdem hoc de negotiò planè constitueretur. Ex omnibus insuper & vniuersis Regni Parlamentis Regiis litteris, viri iudicio rerumque cognitione præstantissimi, ad rem istam componendam accersuntur. Cōuocato isto cœtu Rex in præsentia principum & consanguineorum Regiorum demonstrat, quāti nimirum sit momenti, rebus ita perturbatis prouidere, imprimis cum singulis ferme diebus grauissimi seditionum rumores orirentur, orat, vt illarum sedandarum rationes, quæ ex suo regnique vsu essent, puro

integro-

integroque animo demonstrarent, se tum illorum iudicia, quantum quidem opus fuerit secuturum. Rebus itaque de veteri more à Cancellario ordine ac copiose propositis, rerumque necessitate demõstrata à singulis sententiæ dictæ sunt nouumq; edictum, quod Ianuarii vocatur, conditur huiusmodi. 1562.

Quod Regni sui initia variis perturbationibus occupata reperisset, se maturo Reginæ matris suæ principumque consanguineorum & aliorum optimorum virorum consilio, conatum fuisse illis prouidere, latis hâc ob causam quamplurimis edictis quibus omnes ritus doctrinæ ad Religionis (excepta vnica ista Religione Romano-Catholica) vetati sint, quorum tamen efficaciam non modo impeditam, sed multas inde perturbationes, populorum peruicacia, edictorum istorum acerbitatem causantium, fuisse consecutas. Quapropter vt paci tranquillitatique suorum melius consuleret, se de Reginæ matris, Regisque Nauarræi patrui, per omnes sui Regni prouincias Legati generalis, deque principum suorum, consanguineorum priuati sui consilii virum, complurimorumque lectissimorum virorum hac de causa, suo mandatu, ex omnibus Regni Gallici euocatorum sententia, hæc statuisse ac statuere, *vt reformatæ, quæ vocatur, Religionis viri, qui Ecclesiasticorum hominum templa, ædes, agros, reditus decimasque occuparint, iisdem quam primum restituant, illisque vti frui, pacate permittant: nec illos directè aut indirectè, palam vel clam impediant: Nec tamen illis reformatæ Religionis viris intra aut extra vrbes, templa locaque ad capiendos cœtus, concionesque habendas accõmodata, exædificare fas esto. Ne*

Summa istius edicti.

1562. cruces imaginesque profligentur, aliudue scandalosum imposterum fiat: qui fecisse compertus fuerit, ei capitis pœnam, sine ulla spe venia, indictam cognoscat. Ne illis intra vrbes cœtus habere, ad conciones Sacramentorumque administrationes ullo modo nec palam vel clam nec diu noctuque, fas esto. At suorum subiectorum pacis atque commodi, cui unicè studeat, gratia, voluisse ac mandasse, velle ac mãdare, ad generalis nimirũ vsq; concilij determinationẽ, ne quod supplicium superiorũ edictorum obtẽtu, in eos statuatur, qui conciones aliasq; Reformatæ, quæ vocatur, Religionis administrationes, dummodo extra vrbes habeantur, fecerint aut adierint frequentarintq;: grauiter omnibus Magistratibus, officiariisq; suis prohibere ac vetare, ne quid grauius in illius Religionis homines, his de causis, quod conciones aliaq; ipsorũ exercitia adierint, faciant: imo iisdem illis Magistratibus publicaq; munera gerentibus, mandare ac iubere, vti illos protegant ac tueantur, ab omniq; iniuria arceant: si armis opus fuerit, arma adhibeant: seditiosos quamlibet Religionem sequi se, dicant, seuerissimè ex edictorum præscripto coerceant & plectant: Mandare ac iubere, vt vtriusque Religionis homines, nullo conditionũ discrimine vniuersi, cœtus cum armis minime habeant: ne quẽquã pro causa Religionis lacessant, neue contumeliosa factionum verba vsurpent: Omnes verò vna pacate & concorditer viuant. Mandare insuper Reformatæ, quæ dicitur, Religionis ministris, ne quẽquã in cœtus suos recipiãt, nisi illorũ vita moribusq; probè examinatis: vt si quis criminis cuiusquã reus extiterit, in Magistratus manus tradatur: sin verò ipsius officiarij illorum cœtus adire velint, explorandæ doctrinæ, quæ ibi prædicatur, gratia, honorificè recipiantur, habita dignitatum ac munerum, quæ ipsi gerant, ratione: Ne quos nouos inter se Magistratus creent ciuiles: Ne synodos, collo-

quia,

quia, consistoriaue habeãt, nisi vno aliquo ex officiariis præsente. Quod si ipsis necesse esset aliquid ad ipsorum Religionis vsus constituere, rem ad suos officiarios deferant, vt ipsius auctoritate omnia confirmentur: Ne quid hominum delectus ad mutuas iniurias depellendas vtrimque fiant, aut fœdera ineantur: Ne pecuniarum contributiones fiant: quod si ad Eleemosynas fieri oporteat, ea, re ad Magistratus declarata, voluntarie exigantur: Mandare etiam vt illi Reformatæ Religionis viri, politicas leges obseruent, easque diserte quæ sunt de diebus festis, ne quid perturbationis hac de causa incidat: atque item eas quæ de matrimoniorum vinculis ad consanguinitatis gradus conseruandos cauent: vti etiã Religionis istius ministri ad Magistratus accedant, vt coram illis iureiurando se obstringant ad edicti huius obseruationem, polliceanturque se vnicum Dei verbum pure & germane populum edocturos: nihil denique quod sit cõtrarium Concilio Nicano, librisque veteris & noui Testamenti canonis: Ne conuiciis agant, aut quemquam ad se audiendos fidemque sibi adhibendam vi cogant: Quod omnibus vtriusque Religionis concionatoribus dictum esset: Ne quis seditionis reum, cuiuslibet sit Religionis aut conditionis, foueat aut celet, qui secus fecerit, ei mille aureorum mulcta in pauperum commodum indicta esto: Si non sit soluendo, flagris cæsus in exilium mittatur. Ne quis infames libellos ad quenquam traducendum, faciat, diuendat aut diuendendos curet: qui secus faxit, primum fustigium: secundum, capitalis pœna indicta esto: Magistratus officium faciant, inque suarum præfecturarum locis permaneant: alioqui, suis muneribus se amouendos cognorint. Si quæ seditiones inciderint, de reis inquirant, eosque grauiter puniant: reque bene perspecta vltimam sententiam statuant: alioqui seipsos grauiter puniendos intelligant, si præ- 1562.

1562. *uaricati aut negligentes, seditionibus non mature occurrerint. Vt & hoc Edictum per vniuersum Regnum constanter obseruetur, nullaque exceptio apponatur, omnibusq; Regni Parlamentis solemniter promulgetur.*

[...]matus [...]risimum [...]promul[...]ndum [...]nuarij e[...] [...]is quaesi[...]gitur.

Quamuis autem hoc edictum Regium, quod vt diximus, à Ianuario nomen traxit, per vniuersa Regni Parlamenta, publicatum sit, nihilomin⁹ tamen senatus, Parisinus, tamquã maximæ dignitatis atq; auctoritatis Parlamentum, in istius publicationem grauissimis de causis minime cõsentire voluit. Sed cum Rex triplici mandato senatũ ad publicandum edictum istud serio adhortaret̃, tamdem instinctu potissimũ C. Borbonij Rupisurionij, paruit. Quod cum publicaret senatus causam siue excusationem adiecit, quod videlicet, habita ratione temporum, Regi in hisce obtemperasset. Eodem tempore ministri ac delegati ꝓuinciales, qui tum temporis in aula adhuc versabantur ad socios suos scribunt, vt pro isto beneficio, quod ab optimo Principe ꝓfectũ esset, Deo Ter. Opt. Max. grates cõdignas persoluerẽt, & omissis omnib. templa ac reliqua bona, Ecclesiasticis hominib. antehac adempta, restituerent, idq; eo libentius quoniã priuata auctoritate, nõ alia, fulti alienas possessiones inuasissent & ad se pertraxissent, neq; expectassent dum De⁹ Religionis causæ director, ipsis præiuisset. Vtrimq; quoque postea de cultu imaginũ deliberatio instituta fuit, Reginæq; iussu, ex Valẽtiniani & Sagiensis Episcoporum, Butillerij, Espencæi & Picherelli Theologorum cõsilio, hæc capita proposita fuerant, nimirũ, cum de Augustini sentẽtia, errores poti⁹ ex hominũ animis eradicandi, q̃ imagines ex templis &

aliis locis sacris exterminandi sint: ideo Episcopi, 1562.
per curiones dēt operam vt plebs de recto earumdē vsu sedulo admoneatur, & ita oīs offensionū occasio, regia cōstitutione accedente Ecclesię auctoritate, præcidatur: qui secus fecerit tamq̃ publicæ tranquillitatis hostis, regiorumq; edictorū violator puniatur, imprimis vero ex omnib. templis & locis publicis ac priuatis, imago S. Triadis tollat̃, quippe cum in S. scriptura, cōciliis & patrū testimoniis res ista sit prohibita & dumtaxat dissimulatione, p̃sulumq; ac pastorū ignauia in Ecclesiis tolerata. Idē de aliis profanarū personarū, aliorumque, de quib. Martyrologiorū in Ecclesia receptorū fide minime constat, lasciuiæq; & minus honestæ formę ac brutorū imaginibus, dictū intelligatur: iisdē nullæ coronæ, non serta, non vestes imponantur, nec thura incendantur, neq; candelę accendantur, in supplicationib, siue Diuorum processionib. minime gestentur, nulla vota & oblationes ad eas fiant aut genu flexo colãtur, sed in parietib. aut pro valuis templorū statuantur, ita vt deinceps neq; salutentur, nec osculo impresso votisue aut donariis colantur: feretra item humeris per vicos ac templa circum ferri solita, & vt baculi, omnino tollantur. His conditionib. cum Beza (qui vna cum sociis, vt iam modo dictū, in aula adhuc versabatur) tam suo q̃ collegarum suorū nomine subscribere, separatū ostenderet; tantum de signo crucis, q primū ab Imperatore Constantino ad cultū propositū aiebat, cū Ecclesia diu antea eo caruisset, nō assentiret, in eoq; pniciosissime peccari cōtēderet, tū Nicola⁹ Mallard⁹, Parisiēsis Collegij Theologici Decan⁹ intercessit

1562. ſit & quamuis quædam prauo more irrepſiſſe non diffiteretur, tamen omnem illum imaginum cultum retinendum contrario ſcripto propoſito præfracte aſſeruit. Et ſic re infecta Sangermani fano diſceſſum eſt.

Christophorus Dux Virtembergicus cum Card. Lotharenο de Augustana confessione colloquitur.

Sub finem Poſſiacenſis colloquij Cardinalis Lotharenus & Franciſcus Guiſius frater eius Germanus, cum multorum & quidem Inluſtriſſimorum virorum Aulicorum odia ac inimicitias aduerſus ſeſe concitaſſent, ex aula ſe in Lotharingiam ad tempus receperant indeque ambo ad Tabernas, Alſatiæ oppidum ſub ditione Epiſcopi Argentinenſis, progreſſi erant. Cumq; eodem Chriſtophorus Dux Wirtembergicus, ſub ſpecie inuiſendi agnatum Montiſpeligardi, cum profundiſſimis iſtis ſuis Theologis Ioanne Brentzio & Iacobo Andrea, ſeſe contuliſſet, à fratribus Lotaringicis honorificentiſſime inuitatus fuit: dum autem triduo poſt inuicem colloquerentur, Guiſij ſimulantes ſeſe Auguſtanæ confeſſioni maximopere fauere, apud Wirtembergicum fatentur ſe potiſſimum eam ob cauſam, extra limites Galliæ proceſſiſſe, vt de Republica cum ipſo capita conferrent & quod vtrique genti vtile ac ſalutare eſſet, conſilium caperent: Hoc autem imprimis ſibi, infit Cardinalis, admodum videri tam vtile quam neceſſarium, ſi nimirum Zuinglianorum doctrinæ diſſeminatores, communibus auxiliis impedirentur, id quod negotium ſuſcipere ſeſe eſſe paratiſſimos, non tamen eo conſilio vt hoc pacto emendatio Religionis & puri ab erroribus vindicati cultus promulgatio, quam ex intimis ſui cordis penetralibus mi-

rum

rum in modum exoptent, impediatur, sed duntaxat vt grassanti atq; indies sese, tum in Gallia cum in Germania, latius diffundenti Nouariorum istorum Zuinglianorum pesti frenum iniiceretur & malo isti in tempore occurreretur: Quocirca sese Wirtembergicum peramanter rogare, vt hoc in negotio partes suas interponeret. Qui postquam totius rei seriem cum Theologis suis Brentzio & Andrea communicasset, Guisiis respondit, sibi admodum gratum esse illorum erga Romanum imperium egregium affectum, proinde se probare eorumdem consilium, vt videlicet confessionis Geneuensis promulgatio, quæ procul dubio magnas turbas in Ecclesiam ac Rempublicam inuectura sit, impediatur; hac tamen lege ac conditione ne emendatio Religionis emitteretur & interim à mulctis, proscriptionibus ac diris suppliciis (quibus illi qui à Romano Pontifice defecissent, hactenus persecuti fuissent & adhuc in dies eiusmodi calamitatibus essent obnoxij) abstineretur. Sed Cardinalem potissimum hac de causa talia Wirtembergico insusurasse autumant vt cum res ad arma spectare cerneret, si auxiliis externis opus esset, ad ea Germanos Principes æquiores haberet, aut si id minus vellent, saltem eosdem ad suppetias Condæo ac protestantibus ferendas segniores redderet. Cumque ita Guisij Principum Germanorum conciliandorum & in partes suas pertrahendorum prouinciam sumpsissent, Itaque ad nonnullos litteras frequẽtes scribũt, Roltzendolfio & Rheingrauio iis præcipue hac in causa inseruiẽtibus. Qui cum Guisio aliquot Duces militares conciliassent,

1562.

Vassiacensis cladis à Guisio fa-

Iinuil-

1562. Iinuillam processit ibique ac vicinis locis Equitum suorum cataphractorum delectum habet: verum dum à Nauarræo per litteras in aulam euocaretur, armata manu illuc properat, reque maturius deliberata, initio suæ expeditionis luctuosissimam stragem committit. Est enim ad Campaniæ fines prope Iinuillam Guisiorum ditionis, oppidum Vassiacum nomine, Gallici nominis & iuri prouinciæ illi per inferiores præsides dicundo attributum. Ibi aliquis Religiosorum erat numerus, sed propter viciniatatem Guisiorum reformatæ Religionis vsum non adeo libere testari audebant. A vicinis tamen Trecensibus, qui nobili quapiam Ecclesia fruebantur, incitati, Regiorum edictorum beneficio vti sibi in animum inducunt & à iam modo dicta Ecclesia Trecensi ministrum siue pastorum Euangelij impetrant, atque ita post Possiacense colloquium, Ecclesiam constituunt, Religiosorum numero mirum in modum indies accrescente. Quod cum Guisij cognouissent, vehementer ob id indignabantur, illisque, hanc licentiam videlicet male sibi cessuram, aperte significabant. Dumque Tabernis Alsatiæ oppido, de quo paulo antea verba fecimus, in Galliam rursum properaret, Vassiacenses religionem suam multo quam ante hac acrius propagantes, armis adoriri statuit. Itaque suis qui ad vicinos pagos distributi erant partim vero Vassiaci subsistebant, edicit, vt Vassiacenses omnes sibi præsto sint, ac secum expedito in Galliam itinere properent. Ille igitur primo die Martis & quidem Dominico, quo nouerat cœtus istos reformatorum haberi fre-

Stragis Vassiacæ descriptio.

quen-

quentiores, audita prius Missa, ad Dammartinum 1562.
pagum prima luce Vassiacum pergit. Vrbem ingressus audit Reformatos concioni interesse; itaque ad eum locum se recepit. Iamque cœtu, ad mille quingenta capita, congregato, Pastor præmissis precibus concionem suam iamiam inchoauerat. Ergo Dux Cardinali Guisio comitante nonnullos oppidanorum vtpote priorem (quem vocant) sacrificulum vrbis ad se accersi iubet & cum illis templum Pontificiorum, non longè à Reformatorum cœtu dissitum ingreditur: atque inde, re cum illis communicata, egressus suos iubet ad eorum concionem properare. Quo cum milites peruenissent, catapultas egerere inceperunt, quo facto nonnullos continuo occidunt, tum milites magno agmine in cœtum irruunt, obstructoque vndiquaque aditu Guisius ipse stricto ense ad fores minabundus adstat, omnia clamoribus replet, & ad cædem milites suos hortatur. Cui illico impressione facta in pauidam atque inermem turbam impetum faciunt: varie per locum illum discurrentes persequuntur & obtruncant: alij in spissiorem turbam catapultas egerunt, & in editiorem locum, per tectum effugientes catapultis eiaculantur: omnesque obuios, nullo sexus, ætatisque discrimine viros pariter ac mulieres crudelissime absque vlla misericordia, trucidant: cumque aditus omnis vndiq; illis præclusus esset, omnis quoque spes salutis illis ipsis præcisa fuit: Interea fugitantium clamores lamentabiles, morientiumque diri eiulatus tubæ clangor incendebat,

quæ

1562. quæ dum cædes perpetrarentur, intentissime personabat. Forte autẽ fortuna ad vrbis mœnia transibat Guisij coniunx & tanto clamore consternata, maritum per nuncium orat atque obtestatur, vt à miserabili ista miserorum hominum laniena desisteret, ne fortassis etiam grauidis mulieribus vis inferretur. Itaque ille tanti facinoris audacia etiam perturbatior, signum receptus dari iussit. Ad quem postea adducitur pastor variis cædibus perfœdatus, qui contumeliosis verbis ab eo primum varie insectatus, eiusdem mandato militi cuidam in custodiam traditur. Nihilominus tamen miles à cædibus in vrbe sibi minime temperabat, ita vt viæ ædesque multis cadaueribus abunde sternerentur. Quæ sane singulatim recẽsere animus horret. Cæde perpetrata, locus ille peruestigatur subsellia effringuntur: Bibliorum libri proscinduntur, dictitante blasphemo ore milite, *se nihil æstimare verbum illud Dei quod non posset venundari, malle se vestes & pecuniam:* Haud dici potest quibus blasphemiis miles ferox desæuiret. Cardinalis Guisius præ manibus habebat sacra Biblia in suggestu reperta, illum rogat Guisius ecquis ille liber esset? respõdebat Cardinalis? Esse sanctam scripturam. Ec quæ tamdem sancta scriptura? (excipit Guisius iniectis in primam libri paginam oculis) vix tamen à duobus annis factus est ille liber: ita militari imperitia ostendebat, quid de verbo Dei nosset. Itaque tamquam hostili vrbe expugnata, pedissequi vestes, pileos, mundum muliebrem cadaueribus etiam spoliatis, præconis vocem simulantes, passim venundabant oppidanis Pontificiis, qui nihil non contumeliarum

Horrenda militum Guisianorum blasphemia.

rum

rum quoque Reformatæ Religionis cultoribus ingerebant: vicinæ domus dispoliatæ, plurimi per vias trucidati sunt. Guisius interea arcis custodem ad se venire iussit, quem vehementissime obiurgabat, quod conciones istas Reformatorum in vrbe non prohibuisset, cumque eidem pœnas minatus esse se sequi imperauit: Nonnulli quoq; oppidanorum ligati adducũtur, pastor verò multis vulneribus saucius, scalæ cernuus recumbens, vehebatur, variis pedissequorum contumeliis impetitus, qui Guisij tamdem iussu Sandisserium exportatus est. Tanti autem facinoris fama ad vicinas Ecclesias mox perlata fuit, indeque variis collecta rumoribus in aula diuersimode referebatur, subitoq; motu omnium animos percellebat: donec paucis illinc diebus certi nuntij Vassiaco veniunt, & ex vicinis Ecclesiis delegati, indignissimam rem à Guisio factam conquerentes, obtestantesq; vti tanti rei indignitati ac lanienæ crudelissimæ decẽtia remedia adhiberentur: veros Regis subditos peregrinorum in Regno Gallico Guisiorum iniuriis & crudelitati haud æque condonari. Et quidem res audacissima non immerito videbatur, ad eamq; Condæus, Castellionæi & Cancellarius pariter clamabant: Rem nimirũ istam à Guisio factam esse præter bonum & æquum, contra certa quoq; edicti Regij imperia. Quocirca demonstrabant vlterius, præsentissimo remedio opus esse. Guisiorũ tamen aduentantium quotidianus rumor Lutetiam perlatus, omnium animos cõsternabat, præsagientium futuram grauissimarum calamitatũ tempestatem. Erat tum temporis Carolus Rex Franciæ Moncelli vna 1562.

1562. cum Regina matre & Principe Condæo: Nauarræus vero Santandræanus & Brissac⁹ Lutetiæ, quo etiam illico se contulit Connestabilis: Guisius interea Nantueillium, suæ ditionis oppidum, illuùmq; propediẽ Lutetiam iturũ fama spargebatur. Quod cum Condęo innotuisset insperatam istam Guisiorum festinationem, post tam audax factum, contra Edictum Regium, perpetratum, admirabatur, Regem itaq; Reginamq; adit, demonstrãs Rem huiusmodi à Guisiis agi, cui nisi mature ac in tẽpore prouideatur, grauissimum impendere vniuerso Regno exitiũ, quare ocyus dent operã ne tantum incommodum vlterius grassetur: Si enim (Condæus porro aiebat) Guisius ad vrbem accedat instare præsentissimum grauissimarum calamitatum periculum. Qua in re Regina Duci Condæo facile assensum suum præbuit, & quamprimũ datis ad Nauarræum litteris eumdem serio ac peramanter hortatur, vt pro ratione sui officij, vnice in id incumbat, ne vel ipsa Regia Maiestas vel toti⁹ Regni stat⁹ minimo quopiã afficiatur periculo, sed datis ad Guisium mandatis, illũ summopére ab vrbe prohibeat. Sed incassum Nauarręus laborauit: vicesimo enim die Martij Guisius, postq̃ totius rei negotium varie perpendisset, maxima manu armatorũ equitũ vrbẽ ingressus est, vbi penes mercatorũ prȩfectum, summæ auctoritatis virũ, obuios quoq; habuit, tres Parisinos cõsules maximãq; populi frequentiã acclamãtem *VIVAT DOMINVS GVISIVS*: q tñ honos, p more veteri, solis dũtaxat Galliæ Regib. solẽnis est.

Condæus ... Guisio Parisiis tam honorifice excepto, Condæus quoq; illico nobilissimis aliquot hominib stipatus,

patus, se Lutetiam recepit, vbi ab oppidanis Reformatorũ partes sequentibus, vehemẽter admodum rogatꝰ est ne sese in tanto ceruicib. suis iamiam imminenti periculo deserere velit. Quamobrẽ Guisij ob istũ Condæi aduentũ vehementer admodũ doluere, imprimis aũt ꝙ istum sibi summopere obfuturum verebantur, ob id itaq; potissimum vrbs aliquãtulũ recreata est. Hanc aũt plebis lætitiã vt aliquo modo interturbarent Guisij, summis enitẽt virib. vt Condæus Lutetia excederet: Quocirca per Regem Nauarrçum agunt vt Momorantius Marescallus vrbis præfectus reuocetur. Cardinalis Borbonius ad ipsorũ obsequia futurus in Momorantij locũ mittatur, tẽporum necessitates hoc efflagitare. Connestabilis, ne hoc Momorãtius filius vehemẽtius renuat, efficit: qui si fortiter recusasset magnas sine vllo dubio difficultates obiecisset. Interim Guisij conuocatis ex senatu Parisino viris idoneis p̃sente Nauarræo summo Prorege maiorẽ sibi auctoritatẽ comparant publicumq; consiliũ (quod Regiũ appellitant) habere instituunt, ad illud autẽ Condæũ numq̃ inuitant. Quocirca Nauarræus ex decreto dicti iam consilij Reginã litteris hortatur, necesse esse videlicet vt Condæus Lutetia discedat ni, ꝑpter illius præsentiã, præsentissimũ seditionis periculũ in manifestas perturbationes velit erũpere. Regina interea Mercatorũ præfecti quotidianis sollicitata querelis, Cõdæo significat magis è re fore si relicta Lutetia ad Regẽ veniat. Cũ itaq; à Borbonio Cardinali fratre (qui non ita pridem ad vrbem custodiendam missus fuerat) indies ad id faciundũ interpellaretur, Cõdæus tãdẽ vrbe excedit &

1562. ingreditu & paulo post à Guisiis rursu expell

1562. Fertæam suæ ditionis domum se recepit, potissimum autem hunc in finem, vt Reginæ mandatis non solummodo obtemperaret, verum etiam eo commodius ad Regem perueniret. Quid autem inter Condæum & Guisios vlterius gestum sit, paulo lectorem beniuolum minime celabimus: Ex Gallia iccirco in Germaniam nos recipimus.

Controuersia inter Regem Daniæ & Hamburgenses quo pacto sublata sit.

In littore Balthico Hamburgenses in Albi excubitores anno superiore nauim quamdã Frisiam in littore Ditmarsiæ ancoris firmatam frumentoq; Ditmarsico onustã religatis ancoris sursum Hamburgum versus cursum tenere, istoque in loco frumentum quod à Frisiis in Ditmarsia emptum fuerat distrahere coegerant. Quapropter cum hac de re Hamburgenses à Rege literis admonerentur, illi vero vicissim possessionem ac iurisdictionẽ suam in Albi (viuente adhuc Christiano Regis parente) prætenderent, præscriptionem insuper longissimi temporis allegarent, seq; ordinarij iuris cognitioni offerrent, Fridericus Rex Daniæ eodem iure se vsurum & violentam abductionem nauium ex suæ Maiestatis littore Ditmarsico, vicissim vi detentis, in suis portubus, nauibus Hamburgicis, depulsurũ esse ostendit. Cumq; non multo post, propter sulphuris copiam, quæ ẽt cõtra Regis Edictum, clanculũ ex Islandia abducta fuerat, nouæ offensiones subortæ essent: Fridericus naues aliquot Hamburgicas in Hellesponto Danico & aliis, regnorũ suorum, portubus captiuas detinet iisdemq; omnium commerciorum vsum in vniuerso suo regno interdicit. Tamdem tamen intercedentib. aliquot Electorib. & aliis principibus, controuersia ista I V. D.

Martij Hafniæ, cõsentiente Rege, sequentibus hisce conditionibus transigitur: Hamburgenses ob illatam Regi Daniæ iniuriam decem Ioachimicorum millibus mulctentur: Controuersia aũt de iure restringendi seu impediendi euectionis frumẽti in Albi cum ad Holsatię Duces quoq; pertineat, ad aliam amicam trãsactionem in Holsatia reiiciatur, vbi si amice nõ componi posset, vtraq; pars totum rei negotium ad certos quosdã arbitros, Electores, Principes, ciuitates vel ad imperialis Camerę iudicium deferat, q̃ intra spatium biennij causam decidat: Pendẽte vero adhuc lite Rex Danię nullas naues Hamburgenses in regnis suis detineat, saluo tamen vtriusq; partis iure in Albi & libertate incorrupta: econtra Hamburgenses ex Islandia nullum sulphur euehant & subditos regios qui ob dilatam Iustitiam & alias sibi illatas iniurias, quererentur, ante transactionem in Holsatia instituendã, legitime placent, vel causas Iuri & æquitati cõsentaneas cur iisdẽ gratificari nequeãt, Regi & reliquis ducibus Holsaticis significẽt. Omnes deniq; Hamburgenses ita erga Regem ac Holsatiæ Duces, principes suos, se gerant, ne vt antehac Regi ansam ad inclementiam præbeant. Quod sese sedulo facturos Hamburgenses sunt polliciti; Rex quoq; omnem indignationem tum temporis clementer remisit, nauesq; ac mercatores omnes aresto, vti diximus, in Hellesponto Danico ac reliquis regnorum suorum portubus, detentos libertati pristinæ restituit. 1562.

Transactionem hanc Regis Daniæ cum Hamburgensibus bellum inter Ericum Sueciæ & Fridericum Daniæ, Reges, mox subsecutum est, cui im- *Lubecenses & ciuitates fœderatæ cõfirmant*

 plicatis

1562. plicatis Danis integrum per decenniũ nulla de hisce rebus actio instituta est: Ab Erico autem Rege Suecorum Lubecensibus & fœderatis ciuitatibus, confirmationem suorum in regno Sueciæ priuilegiorum veterum expectantibus, tamdem formula confirmationis missa est. Quam nimium pleonecticam ad Suecorũ regni & regis vtilitates & commoda, cum ciuitatũ detrimento augenda & amplificanda solummodo directã Hansæ societati prorsus præiudicialem & incommodam esse, Lubecenses iudicabant: quod priuilegia legibus & statutis Regni, quæ quotidie condi priuilegiis derogantia possent, subiecta esse, ac vt gratia specialiter cõcessa haberi vellet. Deinde paucas ciuitates priuilegiorũ in Suecia participes futuras, expresse nominari, cum quoscunq; vellent ex societate Hansica Lubecenses, vigore contractus cum Gostauo initi, adsciscere possent. Postea si controuersiæ de priuilegiis inter ciuitates, Regem ac Regnũ existãt, nullã, iuxta veteres recessus, componẽdæ rei rationem monstrari, verũ ad lites cum regiis subditis exortas solummodo restringi: Imprimis vero mutuæ obligationis sibi à Rege ꝓpositæ articulos, vt domum regi propriã in singulis vrbibus concedant & militẽ, contra quoscunq; colligendi potestatẽ tribuant pecuniamq; Regi quando ac quantam velit, dent mutuo: merces belli tẽpore vsui futuras quocunq; tempore in regnũ importent, ac Suecis mercatoribus eamdem cõmerciorum libertatem, q̃ societas Hansica sumptib. & sanguine pro Regibus profuso sibi peperissent, in vrbibus suis permittãt ac negotiationẽ Russicam Neruæ prorsus intermittant,

[margin:] ...mem suo ...m Priui-legiorum Regni ...ecia non ...probant.

plane

plane sibi intolerabiles esse nec vlla ratione à se posse excusari. Quare communicato cum cæteris Hansæ ciuitatibus consilio, datis ad Ericum litteris nouos hosce articulos, quorũ nulla vmquam inter Reges Sueciæ & ciuitates in priorib. litterarũ monumentis aut conuentionib. mentio facta sit, omitti, & antiqua priuilegia, quę nõ à Rege Gostauo peculiariter impetrauerint, sed ab Antecessoribus acceptatranquille nõ multo ante possederint, cõfirmari orant. His ad regem Ericum perlatis, cũ nihil ille responderet, ac nihilominus naues Lubecẽses, Nerua redeũtes hostiliter captas, Reualiã & Stockholmiã duci, ac merces oẽs in fiscum redigi curasset, ad Cæsarẽ quoq; Ferdinandum & Electores, ex comitiis Frãcofordensib. ad Mœnũ per literas pro Lubecensib. intercedẽtes, ꝓlixe expositis causis & prætextib. speciosis, factũ suum defenderet, & nulla in re gratificari aut cedere Lubecensibus, decreuisset, causam Lubecẽsibus, de aliis rationib. priuilegia & iura sua defendendi & Daniæ Regi bellum Sueco inferenti fœdere cõiungendi præbuerunt: Quod sequenti mox anno geri cœpit. Venerãt eodẽ fere tempore in Daniã Erici Suecorũ Regis Legati, quorũ princeps erat Steno Erici auunculus, q pacem, amicitiã & fœdera inter vtriusq; Regis parentes, laudatissimæ memoriæ, inita toto Regũ horum vitæ tempore duratura renouarũt. Hos vix digressos magni Moscouiæ tyranni *Ioannis* legatio q̃ ex ducentis constabat hominibus, post ẽt Poloniæ Regis nuncij cõiunctionẽ & fœdus aduersus Ericũ Suecum petẽtes secuti sunt. Rex tum ex cœnobio veteri ducat⁹ Lunæburgẽsis, ꝓpe Vlyssẽã, vbi cum

1562.

Fœdera inter Suecum & Daniæ Regem per Suecorum Regis legatos renouantur.

62. Augusto Saxone adfine suo ad comitia Electorum Francofordiæ indicta properante, collocutus erat, in Daniam redierat. Sequenti autem hyeme Steno Erici & Gabriel Christiani in Hassiā ablegati sunt, vt negotiū de coniugio filiæ Landgrauij, Erico Regi in matrimonium dandæ, conficerent; Cumque Hafniam transire cogitassent & egrediētes saluum conductum non petiissent ab vrbis custodib. exire sunt prohibiti: cum autem in quosdam liberiorib. verbis inueherentur, à Ioanne Frisio Cancellario Regis, qui tum temporis aberat, in hospitia sua reduci & illinc arresto detineri iussi sunt: id cum Ericus indignissime tulisset, animi vtrimq; magis exacerbati sunt, ita vt res ad arma iam spectaret: Ioannes interea, Dux Finlādiæ, frater Regis Sueciæ, ducta Vilnæ Catharina Sigismūdi Poloniæ Regis sorore, per Liuoniā profectus ex vrbe Reualia rediit. Cum autem illis ipsis nuptiarum diebus Poloniæ Rex, fœdus cum Dano, aduersus Ericum Ioannis fratrem iniisset, & Ioachimicorum centum viginti millia à Ioanne sororio mutuo accepisset, pro quibus arces & præfecturas Liuoniæ aliquot pignoris loco ipsi tradiderat: Ericus postea moto bello fratrem conscium aut etiam socium fœderis aduersus se initi fuisse suspicans, cum quidem pecuniam tantam Polono hosti suo dedisse sciret, primum belli impetum in eum conuertit, vt postmodum anno sequenti annotabimus,

...tia à ...su va ...ssima ...tur ...sidia a. Rebus in Gallia ita constitutis & Condæo, vti paulo ante dictum est, tam artificiose Guisiorum opera expulso, validissimum militum præsidium, Guisij Lutetiam, ad custodiendam vrbem trans-

ferunt,

ferunt, & Condæo, ne vrbem ingrederetur, omnes aditus fortiter præcludunt: cumque insuper se Condæi viribus longè impares cognoscerent, illum ipsum à Regis aditu callidissimè arcent. Quocirca ne in mora, qua plerique, (vt quidam ait Comicus) mori visi sunt, esset periculum, per Regem Nauarræum (cuius ingenio mirè admodum ad libidinem abutebantur,) Reginam, satis pro imperio, hortantur, fratrem Condæum eo potissimum consilio aduentare, vt nõ solummodo ipsam, verum etiam Regem suæ potestati subiiceret, proinde operæ pretium esse, vt Rex Lutetiam abduceretur & Regina, si vellet, ipsum sequèretur. Itaque cum tempus longius ad consultandum minimè daretur, sarcinas subito colligunt & Melodunum vna se conferunt, vbi à custodibus in arce, quod hospitii loco ipsis attribuebatur, tam arctè custodiebantur, vt aufugii locus nulli minimè superesset reliquus: & quamuis nauigium ad elabendum, si necessitas requireret, clam ad custodes fallendos paratum esset: nihilominus tamẽ fœderati, ne Rex ac Regina sibi ex manibus quasi eriperentur, maximopere inuigilabant. Postero die cum ex metu nimio, omnium animi neutiquam adhuc confirmati essent & Regina fœderatis omnia prolixè polliceretur, tamen spe sua, redeundi Fontembellaqueum & colloquendi cum Condæo, frustrata fuit: Nauarræus enim Reginam denuo hortàbatur absque vlla cunctatione Lutetiam eundum esse, atque vt rei maiorem fidem faceret Marlæi proferebat literas, in quibus significabatur extremum Regi imminere periculum, nisi ocyus ad vrbem se conferret:

1562. *Regem Reginamque in captiuitatem abducunt.*

1562. itaque non sine ingenti dolore, quem puerilibus etiam lachrymis Rex testatus est cum matre, fratre & Alexandro Duce Aurelianensium, praecedente A. Momorantio Lutetiam sub vesperam ingressus est, Summo autem mane armatorum manu vrbem discurrens & Ruzæum celeberrimum in foro Parisino patronum carceri mancipari iubet: hinc quasi per instructam aciem extra S. Iacobi portas proficiscitur, & templi, (quod vulgo Hierosolymitanum Protestantes nuncupabant,) ministri cathedram ac sedilia omnia in aceruum quasi congeri iubet, illaque omnia non sine adstantium applausu, succendi iubet. Peracto prandio Poppincuriam (qui locus extra S. Antonii portam Protestantibus ad peragenda sacra concessus erat) contendit, locumque ac vicinas simul ædes incendio consumpsit. Quo facto plebi, non sine Summorum virorum, Reformatorum confessionem ac doctrinam profitentium, iniuria, permisit vt optimos quosque per vicos sibi obuios malè mulctarent, quocirca omnes, ob Religionem suspectos contumeliosissimis verberibus exceperunt, ita tamen vt à cædibus sibi temperarent: quamuis quidam contrariam opinionem sequentes, manifestè testentur in tumultuosa populi Parisini grassatione, etiam ædes, vias ac flumina Huguenottorum cadaueribus fuisse consternata. Cum autem Regia Maiestas extra vrbem non satis tuta esse videbatur, mox in vrbem indeque Luparam deductus est, vbi de bello aduersus Condæum eiusdemque asseclas, suscipiendo delibera tum fuit, ad quod impediendum Michael Hospi-

[B]ellum ad[u]ersus Cō[dæ]um suscipiendum [Mic]h. Hospita[liu]s dissuadet.

taliu[s]

talius Regis Cancellarius, quamuis in cassum, multum desudauit: Nam cum Momorantius contenderet, illum tamquam virum togatum consiliis bellicis minimè interesse debere: admodum cordate Hospitalius respondit, verum esse quod gerendi belli rationes non intelligat, verum *se suique similes, an & quando bellum gerendum sit, optimè cognoscere*: violentia tamen fœderatorum peruincente Cancellarius tamquam suspectus à deliberatione ista exclusus est, extemplo vero in Consistorium Regium electi sunt Claudius Gusierius Prosius Marchio Hipparchus & Honoratus Sabaudus Villarii Comes Momorantio proxima cognatione cõiũcti, Ludouicus Preuotius Sansacus & postremo, ex cõmẽdatione Nauarræi, Philippus Lenõcurius Altisiodorensis Episcopus & Franciscus Scarsius. 1562.

Interim dum Condæus intellexisset aduersarios suos Regẽ ac Reginã Fontambellaqueo Lutetiam abduxisse & hoc pacto sibi omnẽ ad Regẽ aditũ p̃clusisse, Colinium maris præfectum Andeloti fratrem, vt se sequeretur, in itinere adhortatus est. Ex re nata itaque consilium capiens Condæus Aurelianum, vrbem Galliæ Celticæ nobilissimã ac munitissimam, (quæ Anno Christi ducentesimo septuagesimo sexto structa & ab Aureliano Imperatore sic denominata perhibetur,) occupauit, postquam Antelotium cum armatis aliquot militibus illuc præmisisset. Quamprimum autem vrbẽ occupasset, publico edicto sanciuit ne quis vllum, sub p̃textu Religionis, tumultum exciret, sed omnia edicta Regia antehac publicè adfixa ab vtraque parte sedulo obseruẽtur, Regios oppidanosq; Magistra- *Condæus Aurelianũ occupat.*

tus

1562. tus postmodum ad se accersi curat illisque, se non propria, sed auctoritate Regia illuc se contulisse significat, ac demum, vt imperata Regiæ Maiestatis summa cum diligentia exequantur, illis summopere iniungit. Ante occupatum autem Aurelianum, sub Carolo Borbonio, Rupisurionio, vrbi præerat Innocentius Triperius Monterudius, qui cum à principio res adhuc nutarent, (incertum enim adhuc erat quam ad partem se Regina inclinaret,) à Reformatæ Religionis cultoribus non admodum dissentiebat, iccirco eorumdem consilio, in custodienda vrbe, libenter admodum vtebatur, verum vbi Regem Lutetiam abductum Reginamque, III. virorum suasu, se ipsorum partibus adiunxisse, animaduertisset, mutato consilio hostes, quos Marsilius Sipetra ad subleuandam ac defendendam vrbem ei summiserat, paulatim intromisit, sed irrito conatu, succrescentibus enim Condæi viribus, vrbs in ipsius manus, vti iam modo diximus, peruenit, & Monterudium, petita tamen prius ab se licentia, benignè dimisit. Hæc igitur dum geruntur Condæus vxorem vna cum liberis Meldis oppido ad Matronam amnem reliquerat, quæ cum iam septem mensibus grauida fuisset, ipso die Paschatis quo maritus discesserat, Muretum versus proficisci statuerat. Cum vero iuxta Lizium ad Vrcum amnem, rustici per agros, pro more Romano-Catholicæ Ecclesiæ, hinc inde discurrerent & supplicationes celebrarent, pueri nobiles, quos in comitatu suo habebat, insalutata cruce cõuitiis agricolas istos exceperunt, quo facto irritati rustici, nullo habito respectu personarum, vniuersum Princi-

[...]nuux [...]ndæi [...] [...]llos vno [...]lemque [...]rtu ex[...]dit.

pissæ

pissæ comitatum lapidibus obruunt, igitur & ipsa saxo in lectica sua sedens petita est, ex quo iactu adeo consternata fuit, vt vix Gandalucium perferri potuerit, quo cum peruenisset, præcipitato partu gemellos enixa est: Carolum videlicet & Ludouicum, quorum quidem hic vltimus paulo post fatis concessit, Carolus vero ad trigesimum secundum ætatis annum peruenit & galerum rubrum à Pontifice Max. meruit, post huncce gemellorum partum se Muretum contulit, & postea cum Henrico Marchione Concii nouem annorum puero Aurelianum se recepit. Per has turbas Magdalena Mallia eius parens cũ Francisco, duobus gemellis & filia vnica Argentinam tamquam ad portum, se recepit, ibiq; certũ quoddam domicilium elegit vsque dum hæ bellorum tempestates aliquo modo desiissent, vbi ab Episcopo & Senatu oppidano perquam honorificè excepta fuit & genero suo, vtilem admodum operam in sollicitandis promissis auxiliis nauauit. 1562.

Mense Aprili Condæus ad Ecclesias Reformatas dat litteras, & varias per Regni Prouincias, cum eodem litterarum exemplari, nuntios ablegat, in quibus omnibus ac vniuersis testatum facit, quod nimirum eo ipso tẽpore talis inciderit necessitas, vt omnino etiam necessum sit violentiæ ac tyrannidi aduersariorum Christianæ Religionis resistere, qui Regem Reginamque non solummodo in captiuitatem abduxissent, verum etiam regiis nominibus abuterentur illum potissimum in finem, vt omnia pro innata sua libidine & spontaneo arbitratu permiscerent, hoc est, veram Religionem

Litera Condæi ad Reformatorum Ecclesias.

cum

1562. cum Regni libertate & priscis consuetudinibus prorsus abolerent, imprimis vero summa diligentia sibi prospicerēt, quo pacto, se ad seditiosas istas turbas sustinendas compararent, totisq; viribus in id solum incumberent, ne quid occasionis ad rem suam benè gerendam, omitterent. Quoniam vero illo ipso tempore bellum omnino, suscipiendum esset darent operam, vt vires, arma, pecuniam quā celerrimè fieri posset, expedirent, deq; omnibus illos, quos ad eos cum mandatis mitterent, certiores facerent ac imprimis curarēt vt omnia, quātū possent, pacatè agerentur. Deum vero suæ veritatis iustarumq; causarum vindicem & auspicem studiose inuocarent. His ita compositis Condæus officij sui tam pspicuè demonstrati conscientia motus cum nobilissimis aliquot viris Protestantium Religionē amplectentibus fœdus de causæ illius defensione iniit, totiusque rei seriem XI. D. Aprilis scripto publico comprehendit, ex cuius tenore sequentia descripsimus:

Protestātes aduersus Guisios fœdus faciūt istiusque fœderis explicatio.

» Primum testamur, aiunt
» post Dei gloriam nihil nobis esse prius vel anti-
» quius Regis nostri obsequio, & in hoc quidē mino-
» ri ipsius ætati potissimum Regnique ipsius conser-
» uatione, sub auctoritate Reginæ Comitiorū decre-
» to stabilita. Quo fit vt cum videamus quorumdam
» eam esse audaciam ac temeritatem, vt non solum
» ausi fuerint arma sumere contra ipsius edicta, ad
» eius subiectos delendos, atque exterminandos,
» ea tantum de causa, quod ex edictorum beneficio,
» vna conueniant diuini verbi audiendi, Deique in-
» uocandi causa: sed etiam omnibus legibus diuinis
» atque humanis penitus violatis, Regē Reginamq;

eiusque filios occuparint: nec istorum facinorum " 1562
alias causas perspicientes, quam vt Regiæ auctori- "
tatis prætextu & veram Religionẽ & maximã sub- "
iectorum Regiorum partem deleant: quæ via esset "
& iter Regni diripiendi. Nos inquam his de causis, "
vt, quantum in nobis situm est, Maiestatem pri "
mum Regiam suæ dignitati, Reginamque suæ au- "
ctoritati, restituamus: fidelesque Regis subiectos "
in ea Religionis ac conscientiarum libertate con "
seruemus, quæ eis est regio edicto tributa ex Prin- "
cipum consanguineorum, Regiorumque consilia- "
riorum & Comitiorum Regni omniumque Parla- "
mentorum iudiciis ac sententiis condito: quod in "
hac tenera Regis ætate ratum fixumque esse debet "
pro nostro officio (vti nimirum legitimi Regis cu "
stodes) coacti sumus arma sumere, quod scilicet v- "
nicum est medium à Deo nobis hoc tempore da- "
tum ad istas intemperies, quãtum poterimus, coer- "
cendas. Nunc vero Dei nomine inuocato, rebus o- "
mnibus rectè perpensis atq; consideratis cõmuni "
& vnanimi consensu, Dei viuentis nomine iurati "
fœdus ac societatem iniuimus, q̃ pollicemur corã "
Deo & Angelis suis *inuiolate & sanctè* ipsius gratia "
& misericordia freti conseruaturos ad has condi- "
tiones. Primo testamur, nos nullam in hoc fœdus "
præposteram cupiditatem, nostrarumq; persona- "
rum, fortunarum, dignitatum, particularem ra- "
tionem adferre. Ista tantum ob oculos habere, "
Dei honorem, Regis Reginæque Maiestatum li- "
berationem, edictorum ab ipsis mandatorum con- "
seruationem, sanam denique rebellium & Regiæ "
Maiestatis contemptorum coercendorum volun- "
tatem.

1562. „ tatem. Et istis tantum de causis iureiurando singu-
„ li pollicemur nos fortunasq; omnes nostras ad vl-
„ timam sanguinis nostri guttam impensuros. Hoc
„ verò fœdus perstabit inuiolabile, donec Regia Ma-
„ iestas ad legitimam ætatem progressa, ipsa Regni
„ administrationem susceperit: vt tunc ipsius volun-
„ tatis mandata, voluntaria obsequētia suscipiamus.
„ Ad quod tempus speramus nos tam bonas nostri
„ istius fœderis rationes reddituros, (quod etiam fa-
„ ciemus Reginæ suam libertatem consecutæ quan-
„ do voluerit,) vt perspicuum sit non fuisse hanc cō-
„ iurationem aut conspirationem, sed verę obedien-
„ tiæ officium ad ipsorum Maiestates, difficilimis et-
„ iam hisce temporibus, conseruandas. Secundo vt
„ omnes intelligant hoc fœdus ad hos fines iniri, pu-
„ raque conscientia & cum timore nominis Dei,
„ quem nostræ istius societatis Ducem & protecto-
„ rem inuocamus, iureiurando pollicemur. Nos mi-
„ nimè in nostro cœtu passuros, quicquam contra
„ honorem Dei Regiaque edicta committi, vt idolo-
„ latrias & superstitiones, blasphemias, scortationes,
„ rapinas templorum priuata authoritate violatio-
„ nes, & reliquas omnes res Lege diuina & vltimo Ia-
„ nuarii edicto prohibitas: quæ si inciderint, suppli-
„ cia & pœnas expetemus. Et vt omnia ex præscripto
„ verbi Dei gerantur, volumus in nostris cætibus ad-
„ esse fideles Dei ministros, qui nos voluntatem Dei
„ edoceant, & quos, vt æquum est, audiemus vt vo-
„ luntati Dei obtemperemus. Tertio nostri totius
„ cætus Ducem nominamus Condæum, Regis con-
„ sanguineum & consiliarium natum, & legitimum
„ coronæ Gallicæ protectorem ac vindicem: quem

polli-

pollicemur omnibus viribus nostris adiuturos, 1562
eique omnem obedientiam præstituros; in omnibus iis rebus quæ ad hoc fœdus attinent: & si qua in re officio nostro defuerimus, omni nos supplicio ex ipsius voluntate & arbitrio, submittimus. Quod si ita euenerit Condæum non posse hoc munus exequi, valetudine aut alia quapiam de causa sontica, pollicemur nos obtemperaturos, moremque ei gesturos, quem ille sibi Vicarium ac legatum nominarit. Condæus pro suo, erga gloriam Dei Regisque obsequium studio, hoc munus hasque conditiones suscipit: omni isti confœderato cœtui iureiurando promittens, se omni diligentia & alacritate, Dei auxilio fretum, omnia veri Ducis munera, ex concepta conditionum formula, constanter obiturum. Quarto in hoc fœdere comprehendimus omnes Regis Consiliarios, iis exceptis qui arma ad Regis Reginæque voluntates sibi addicendas contra officium suum gerunt: quæ arma nisi deponant & actionum suarum rationes, omni obedientia & subiectione, quando ita Reginæ visum fuerit, reddant: testamur nos illos iustis his de causis, vt reos Maiestatis publicæque tranquillitatis perturbatores habere. Atque vt ad fœderis nostri fines perueniamus, (quod rursus testamur tantum iniri ad gloriam Dei, Regis dignitatem ac libertatem, regnique istius tranquillitatem sub Reginæ matris auctoritate conseruandam) testamur ac pollicemur, imprimis autem pro se vnusquisque, iureiurandoque coram Deo & Sanctis Angelis confirmamus, omnia quæ in nostra erunt facultate paraturos ac

1562. » expedituros, vtpote: Pecuniam, arma, equos, alia
» que omnia ad bellum necessaria, vt ad primum
» Condæi, aut eius mandatum legati, imperium ad-
» simus instructi, vt illum quo mandauerit, sequa-
» mur, & illi omnibus rebus ad hoc fœdus huiusque
» fœderis fines pertinentibus obsequamur, & omnẽ
» ei obedientiam, pro officio nostro, ad vltimum vi-
» tæ nostræ articulum fideliter reddamus. Quod si
» euenerit vt aliquis huius nostri fœderis sociorum,
» damnum detrimentumue aliquod propter hoc
» fœdus capiat, iuramus ac pollicemur nos ei opem
» auxiliumque laturos, ex Condæi quidem aut lega-
» torum eius mandatu & imperio. Quod si vero eue-
» nerit, (quod Deus auertat,) vt nostrum aliquis of-
» ficii sui iurisiurandique oblitus, cum hostibus no-
» stris conspiret turpique aliquo proditionis facino-
» re hoc fœdus deserat violetue, aut conditionibus
» non obtemperet: iuramus & testamur omni reli-
» gione & fide, nos huiusmodi hominem Condæo
» delaturos, aut alij quem oportuerit admonituros,
» illumque pro hoste ac proditore habituros ac tra-
» ctaturos. Ita vero inter nos libero & irreuocabili
» consensu ratum esto.

Condæi literæ ad Reginam & Reg. Nauarræum fratrem.

Postquam Protestantes hunc in modum fœdus iniissent, scriptoque publico illius causas explicassent & diuulgassent, Condæus datis ad Reginam Regemque Nauarræum fratrem frequentibus litteris, idem argumẽtum illis sæpius rursus inculcat, viderent nimirum ac serio sibi prospicerent, quomodo præsens rerum status esset comparatus, quantæque calamitates ac miseriæ toti Regno imminerent, ni habita ratione sui officii, res in melius

con-

constituerent. Si vero edicta in tam splendido ac celeberrimo cœtu hacque ætate Regis adeo sanctè condita æque obseruentur, omnibus rebus æquis se obtemperare esse paratissimos, sin minus & res contra omnem tamen spem ac fiduciam ad arma deueniant, nulla licet incerti euentus sese reformidaturos pericula, imprimis vero dum propter assertionem diuinæ gloriæ, vendicationem Regiæ auctoritatis & retentionem libertatis suarum conscientiarum vires suas impendant. Breui huic epistolio Condæi breuibus quoque Regina respondet, & inter alia ægerrimè ac molestissimè ferre videbatur captiuamque suam voluntatem seque planè captiuam Condæo renunciabat, imprimis vero illum ad causæ istius patrocinium suscipiendum manifestis litteris admonebat, missisque internunciis suam videlicet voluntatem à Guisianorum opinione eo tempore esse alienissimam, quarum litterarum copiã ex ipsissimo autographo apud Condæũ repto, hic cõmunicabimus: 1562.

Accepi mi cognate, per Baronem Guardium, quæ ei mandasti ad me referenda, de quibus, mihi crede, ita sum persuasa vt mihimet non magis fidam: nec vmquam obliuiscar eorum quæ in Regis filij mei gratiam facis. Et quoniam ille reuertitur propter eas res quas tibi significabit, non ero longior: tantum orabo, vt ei fidem adhibeas iis in rebus quas tibi eius nomine dicet, quæ non minus tui est studiosa, quã si tua mater esset: nimirũ tua optima cognata CATHARINÆ. *Altera sunt huiusmodi: Allocuta sum Yuoyum, non minus ac teipsum, illius fidelitate freta: Nec rem alij cuiquam quam tibi dicet, nec tu rem meo nomine deferes: tantum memineris liberos, Matrẽ Regnumq;* Reginæ Responsio.

1562. *conseruare, vt is nimirum, ad quem hoc maximè spectat & qui potes certò tibi persuadere, oblivioni numquam traditum iri: comburendam statim volo hanc epistolam.*

Tua optima cognata CATHARINA.

Protestantes Agendici Senonũ grauissimè ac crudelissimè persequuntur, qua de re Condæus apud Reginam conqueritur.

Circa idem tempus Agendici (quod Senonensium inter Celtas oppidum est,) in Reformatæ Religionis cultores crudelissimè sæuitum est, ex instinctu potissimum Æmari capitalium causarum quæsitoris, & vti perhibent, Cardinalis Guisii vrbis Archiepiscopi, qui lanienæ Vassiacenæ, quam supra commemorauimus, interfuisse ad maiorem inuidiam arguebatur. Causa autem istius lanienæ, quod videlicet Protestantes inuadendorum ac diripiendorum templorum clandestinum ceperint consilium, falso illis imputatur. Sed vt vt sit nullum inibi crudelitatis genus intermissum fuit, centum enim plus vltra vtriusque sexus miseri homines citra omnem spem & fiduciam imparati (ne tale quidpiam ab hoste subolfacerent,) adoriuntur, crudelissimè obtruncantur, & partim in Igonna fluuio demerguntur. Imo (quod dictu audituque horrendum) passim nec pro incerto ferebatur, grauidas etiam mulieres ab efferatis & rabidis quibusdam militibus (potius dixerim canibus, cum veri militis nomen minimè mereantur) cæsas fœtusque ex vteris ad prophanos ac veneficos vsus fuisse exclusos: ac ita in laniena ista, vel si ad cædes respicias vel rapinas si consideres, nihil ad diabolicam intemperiem factum est reliqui.

Quæ

Quæ res cum in aulam perlata fuisset, primum omnium animos consternatiores reddidit, euentu ipso illorum etiam opiniones superante, qui hoc fieri imperassent. Obfirmata tamen est audacibus istis initiis secundisque, post Vassiacensem stragem, tentamentis, ad ciuile bellum peruicacia. 1562.
Quocirca immanissima hac de crudelitate Condæus apud Reginam vehementer admodum scriptis litteris conqueritur, se nimirum in ea fuisse sententia, vt existimaret eos ipsos, qui publicam tranquillitatem odio plus quam Vatiniano prosequerentur, indignitate facinorum præteritorum reuocatum iri, vt tamdem mandata ac edicta Regiæ Maiestatis ea qua par est debita reuerentia prosequi discerent: nihilominus tamen malitiam illorum ita excreuisse, vt immania eorum scelera ac flagitia non amplius cohiberi possent, planeque iure omni violato, diuinæ iustitiæ supplicium omnino expectandum sit. Immanis istius audaciæ, (multis tam veteribus tragicis exemplis iam posthabitis,) nouam apparere in luctuosissima ista laniena aduersus complures libertatem Euangelicam (etiam ex edicti Regii beneficio) profitentes, cuius tragœdiæ descriptionem ad eam mitteret. Nec se dubitare, quin ipsa ex naturali & ingenita bonitate ad horrendarum illarum carnificinarum auditionem cohorrescat, vnde quid ab illis expectandum sit, qui mollibus & blandis sermonibus hominibus imponunt, statuere possit, vt quidem non queat apud illam de tam atrocissimis sceleribus querimoniam instituere: equidem non sine ingenti cordolio palam se profiteri, si de-

1562. licta ista plus quam crudelia impunè relinquantur, clamorem tam iniustè profusi sanguinis per nubes ad Deum penetraturum, & iusto Dei iudicio regni istius pertimescendam esse propediem. Ideo orare se eam, vt repræsentato tantorum facinorum spectaculo, suaque patientia quam in illum vsque diem Regis ipsiusque Maiestatum reuerentiæ præstitisset, videret etiã vt sua auctoritate ad illa coercenda vteretur, nec tam manifestum Regiarum Maiestatum contemptum impunè grassari pateretur, ne vis & furor, rationis & æqui luminibus officiat: Et hoc pacto Maiestatem Regiam, Regnique tranquillitatem conseruari posse alioqui maximarum tantarum calamitatum luctuosissimos & tragicos imminere exitus.

Condæus belli causam scripto publice exponit.

Rebus ita in peius indies ruentibus, res ad bellum maximè spectare videbatur, verum antequam quicquam Condæus eiusdemue fœderati assec læ hostiliter aggrederentur, edito scripto alio, causæ institutique sui rationes reddũt, cur videlicet arma sumere cogerentur: scripti autem istiusmodi tenorem ad Regem, Reginam & Nauarræum tramissum huic pagellæ inserere placuit: Quamuis, aiunt, ij qui priuata auctoritate primi arma sumunt debeant sui facti rationes reddere: tamen Condæus cum videat hunc motum, propter varias rationes atque circumstantias, varijs iudiciis esse obnoxium, præterquam quod ad omnes rei istius cognitio pertineat, voluit ad omnes calũnias euitandas, perspicuè omnibus exponere rationes quę videlicet illum compulerint sese cum magno amicorum ac clientum suorum numero coniungere

ad ob-

ad obsequium Regi Reginæque exhibendum Regnique pacẽ ac tranquillitatem procurandam. Omnibus vulgo notum est, post varias ob Religionis causam perturbationes, cum etiam multo grauiores impendere metuerentur, ad illas impediendas tandem M. Ianuario proximè præterito, conditum esse Regis imperio edictum ad vtramque partem reconciliandam ac sedandam, de nobilissimi & ex omnibus Parlamentis delecti cœtus sententia ac iudicio. Istius tam necessarii edicti variis impedimentis dilata publicatio, non sine maximis de causis iniecit suspiciones hæc non fieri sine coitione quæ vlterius spectaret. Quæ suspiciones frequentibus Connestabilis, Parisinorum præsidum ac Senatorum sermonibus præfectique Mercatorum, crebris ac quotidianis fermè concursationibus augebantur; quod tamen minimè effecit, vt Condæus aut quisquam ex Reformatis Ecclesiis quidpiam diceret aut faceret, quod paci vel tranquillitati publicæ vllo modo obesset, imo summa animorum demissione ac modestia edicti illius publicationem in Senatu Parisino, expectarunt. Postquam autem dicta ista publicatio tamdem Parisiis in effectum producta Regisque ac Reginæ precibus potius, quam mandatis extorta esset, Condæus post perpessos grauissimi morbi dolores, Rege Reginaque salutatis, recreationis gratia domum sese recipere sibi in animum induxit. Verum interim afferuntur nuntii de horrenda ac crudelissima laniena Vassiacensi in præsentia Guisiorum & suorum immanẽ prorsus in modum perpetrata, vbi nõ exiguus Regiorũ 1562.

1561. subditorum numerus, tam virorum quam mulierum, absque vllo respectu personarum ac ætatis crudeliter interfectus fuit, qui tamen non ob rem aliam nisi ad audiendum verbum diuinum ex concesso sibi per edictum istud beneficio, pro more suo, conuenerat. Cum itaque tragicum istud factū Lutetiam perlatum fuisset, vtraque pars, tam Pontificii quam Protestantes vehementer ob id commoti & contristati sunt; ita vt non immerito grauissimorum impendentium malorum exitus quasi digito præmonstrarentur; imprimis vero cum insuper pro certo spargeretur, quod Guisius copiosissima armatorum militum manu stipatus iam iam aduentaret tantum ad delendum Reformatarum Ecclesiarum manipulum. Quocirca non pauci homines Religionem Reformatorum profitentes in aulam properarunt, & Regis Reginæq; implorato auxilio, vindictam de tam atrocissimis iniuriis petentes. Et hæc causa fuit, cur videlicet Condæus, dum domum proficisceretur, Lutetiæ Parisiorum substiterit, Regemque ac Reginam, à præcauendis sibi Guisiorum technis adhortatus sit, vnicumque istud auertendarum calamitatum remedium suaserit, quod nimirum Guisius, qui, vt dictum, iam magnis copiis aduentaret, vrbe excluderetur, quod etiam consilium Regi Reginæque tum temporis placuisset. Idipsum Regina ipsi etiam Guisio per literas expresse significauit, & vt ad Regem Moncellum, (vbi illo ipso tempore Rex degebat,) veniret, adhortata fuit; verum Guisius ad primas ad se datas litteras respondit, se in excipiendis amicis, qui illum

inuisissent, esse occupatum: ad alteras vero ne verbulum quidem responsionis loco addidit: Sed Lutetiam multis cum militib. ingressus est, vbi Conestabilem, Santandreum & alios clandestinorum suorum consiliorum conscios siue participes, obuios habuit: inde à Parisinis ingenti applausu & lætitia, Mercatorum Præfecto Ductore more prorsus Regio & acclamationibus soli Regi reseruatis exceptus est; Condæus Moncello redux, vt instituto itinere domum proficisceretur, de Guisij sociorum suorum factus certior, cōsilium mutat, statuitque pro ratione sui officij, ad tutandos siue defendendos Regios subditos, Lutetiæ aliquamdiu subsistere, certo sibi persuadens plebem Parisinam, iam propter Guisij aduentum elatiorem, sua præsentia continere in officio ne quid noui moliretur. Sed omnes iamdudum sciūt quamdiu Condæus ibi fuerit, nullum maiorem tumultum ac seditionem Parisiis fuisse excitatam, quamobrem non contemnendas omnino rationes habuit Condæus, vt vna cum nonnullis Magnatibus & nobilibus merito ob id indignaretur.

1562.

Condæus cur Lutetiæ subsistere voluerit.

Etenim Guisius quamprimum vrbem ingressus fuisset, ex senatu Parisino, delectum (quem suę causæ patrocinari iudicabat) instituit, & consilium, quod Regium appellauit, celebrauit: quæ res sane ipsi Condæo & nobilissimis suis consortibus, admodum mira videbatur: sed plane nescio, an aliud consilium, quam illud quod penes Regem Reginamque est, Regium appellitare liceat? Quod sane manifesta coniuratio & quidem iampridem inchoata, esse animaduertebatur, vnde non possent

1562. non grauissima aduersus Regem Regnumque incommoda proficisci, si enim in illo Guisiorum cõsilio, eæ res, quæ ad Regis auctoritatem, vtilitatemque publicam conseruandam pertinerent, agitarentur: quid causæ erat cur Regis Reginæque præsentiam & Regiorum consiliariorum euitarent? Nec obscure tulisse offensum contra Reginam animum, Guisium, dum aula discederet, constat: dum quæreretur in Nemorosij causa, qui fratrem Regis abducere conatus esse insimulabatur, se inuolutum esse. Connestabilis ita odiose Reginam nuper interfatus, & cum ad Sandionisyanam, Regis comitatui obuius esset, etiam Regem adesse, admonitus, tam irreuerẽter pertransiit, ac si aliam incognitam quandam turmam preteruolasset, Lutetiæq; sæpe insolenter locutus, consilia noua agitari, plane odiosis istis verbis demonstrauit. Nam de Santandræo, (præterquam quod aperte Reginæ negauit se ad prouinciæ eius administrationem, quæ Regis mandato ei attributa erat, proficisci velle) illud etiam indignissimum, quod coram tam splendidissimo Regiorum consiliariorum ordine, ita cum Regina verbis contendit vt vel cæco appareret illum maiori aliqua fiducia fulciri. Ex hoc ergo consilio quod indignabundi homines seorsim, à legitimo Regis consilio, suis tantum ad hoc vocatis, armatique insuper agitarent Condæus tristissimum istius rei exitum expectare minime poterat. Huc accessit quod postquam Regina mater voluntatem suam aperte demonstrasset, vt Lutetia vtrinque discederetur princepsq; Condæus (vbi primum hoc Reginæ mandatum per fra-

trem

trem Cardinalem Borbonium accepisset) Lutetiam reliquisset, tantum abest vt ex vrbe Guisius discesserit, vt etiam adhibitis nouis militum supplementis firmius illam munierit, atq; ad Regem Reginamque, etiam contra expressa ipsius mandata, venerit armata manu, eosq; Fontambellaqueo, nolentes ac repugnantes, abduxerit; quā vim manifestam indignam esse Regis Reginæq; captiuitatem, tum Reginæ manifestę querelę, tum Regis lachrymæ manifeste testantur. Et quoniam Guisius, Connestabilis & Santandræus suorum ministeriorũ dignitates ita opponunt, quasi ipsis arma sumere liceat quando & quantũ ex Regis Reginæq; vsu esse, eis videbitur: præterquam q̄ Regis Nauarræi summi Regis legati, auctoritatē manifeste ita irridēt, oēs vident q̄ indignę suis muneribus ac officiis illi abutantur. Oportuisset primum de Reginæ voluntate ista fieri, quæ illis ipsorum cōsiliis apertę semper repugnauit. Demonstrent igit' illi se maiorem aliquā in hoc regno auctoritatē habere. Debebat etiam tam grauis & tanti momenti res in legitimo Regis consilio, legitimisq; institutis pertractari, vel dicant se etiam ipsis Regibus superiores, qui de bellis ad suum consilium referunt, priusquam illa suscipiant. Quod si excipiunt, Reginæ voluntatem sibi nunc manifestissime fauere, age illa libere loquatur: meminerintque non iam primum ab eis bellum institui, consiliorum suorum tentamenta esse cladem Vessiacenam, quæ Regi, Reginæ ac omnibus bonis viris displicuerit. Iam vero, vt tamdem omnis tergiuersationis ansa præcidatur, ecquis ignorat, antequam Guisius Lutetiam

1562.

Consilia Guisiorum & sociorū quo[illegible]

venis-

1562. venisset, crudelique illo Vassiacensis laniena facinore, omnium ferme hominum animos permouisset, per vniuersum Regnum beneficio Edicti, maximam pacem ac tranquillitatem extitisse? Si quid vero interim praeposteri inciderit, eorum, Parlamentorum (inprimis Parisini) causa accidit, quae Edicti auctoritatem, non vti decebat, conseruabant, suoque exemplo inquietiores animos permouebant. Testis est prouinciae motus, qui nonnullorum ex Parlamento illo praeuaricatione concitatus, à Crusolensi, Regio mandato, sedatus est Ecclesiarum Reformatarum auxiliis, quae Regi ipsiusque Edictis quam vellent obedientiam reddere, semper sunt testatae.

Denique omnes perspiciant, quis tandem consiliorum istorum, quae illi agitant, sit futurus exitus, nisi ad Regis dedecus Regnique totius Gallici exitium. Regem captiuum tenent, eiusq; nomine ad arbitratus suos, omnibus abutuntur, &, quo tandem Regem euertant, Regis nomen magnifice opponunt: nimirum vt Condaeo inuidiam quantam poterint maximam, illo nomine & praetextu conflent, & Regiorum edictorum auctoritate pessundata, quiduis pro libidine sua statuant: & qui Regni ruinis suas familias exaedificarint, eiusdem Regni autoritatem & facultates totas ad se côuertant, exturbatisq; legitimis & fidelibus Regis vindicibus, ipsi soli imperent, ordinumque Regni statuta & decreta pro arbitrio suo moderentur. Ecquis tandem hanc illorum voluntatem, in istis motibus concitandis, esse non animaduertat? Nam quod ad negotium Religionis attinet, nemo non

potest

potest perspicere illos eius internecionē cum publicæ libertatis exitio coniunxisse. Impudenter sane causantur Condæum alias quasdam causas habere querelarum. Testatur Condæus se vnico Regis Regnique tuendi Edictorumq; Regiorum conseruandorum studio, in hac Regis ætate, pro suo officio, ad hæc suscipienda impelli: indignari veræ Religionis exercendæ beneficium Regiis subditis, contra manifestā Regiæ voluntatis mandata eripi: Subiectis Regis pacem & cum conscientiarum suarum libertate corporum quoque tranquillitatem tolli. De Vassiacena clade, cuius memoria non potest non horribiliter recrudescere, meminerit Guisius: meminerit quæ nuper horrēda barbaries in Senonum vrbe fuerit patrata. Recordetur Connestabilis, quidnam Lutetiæ ipsius auspiciis euenerit & ad huc quotidie eueniat: nisi ipsius omnia expressis mandatis, at certe & nutu & voluntate. Quorum scelerum contra manifestas Regis Reginæque voluntates patratorum, pœnas illos tandem aliquando daturos sperat: Si homines officio desint, Deū certe iusto suo iudicio animaduersurum. Hoc vero perspicue declarat Condæus; istorum cōsiliorum & conatuum has esse occasiones. Existimant isti se Regnum ad suos arbitratus moderaturos. Ideo Reginę liberam administrationem, fidorumque consiliariorū libertatem & integritatem pati non possunt, arbitrantur opportuna incidisse tempora ad sua scelera, quorum rationes reddere non possent, impune non solum tegenda, sed etiam ad suas res inter turbulentos istos motus, augendas & amplificandas: Ex qua audacia,

1562.

Consiliorum Guisiorum quæ occasiones

non

1562. non queant existere non grauissima mala, rerumque turbulentissima mutatio, omnium offensiones ordinum & maxime Nobilitatis: inde diuulsiones & distractiones, inde simultates & odia sempiterna. Obtendunt Religionis studium quasi nolint pati antiquam & Catholicam, quam vocant, Religionem venire in contemptum, eoque nomine complures in nos armant. At cur impediũt Regij Edicti beneficium, sinentis nos vti eius religionis beneficio, quam bonam & veram credimus? fruantur illi sane sua opinione, at qui fas illis sit Edicta Regia hostiliter oppugnare? Nemo nostrum est, qui illos in Religione sua interturbarit, hominesque Ecclesiasticos vllo modo impedierit; si quis hoc fecisse nostrum, aut quauis ratione in Edicta Regia immoderate se gessisse comperiatur, adsunt Leges & supplicia, puniatur. At sane Religionis obtentu aliud quærunt. Illos quidem veram Dei Religionem summo odio habere, non negamus: quod iam pridem ferro & flammis, satis superque ostenderunt. Sed hoc vnum nimirum volunt, vt qui ex eorum manibus mirabiliter fuerũt liberati, regnorum ac Imperiorum suorum temporibus, eosdem rursus in laqueos suos induant: de aliis, quos oderunt, vindictam sumant: aliorum denique spoliis se opiment: atque hoc vt consequantur, nulla eis est Religio, Regem in hac tenera sua ætate in has difficultates coniicere & miseros illius subditos, horrenda belli ciuilis vastitate inuoluere: Eosque nimirum qui istis illorum conatibus repugnant, publicos Regis Regnique hostes ac perduelles vocant: Itaque hisce rebus multis-

que

que aliis perpensis atq; consideratis Condæus hæc coram Rege Reginaq; testatur, & cupit omnes Reges, Principes, Optimates, amicos & confœderatos Regni Gallici, vniuersasque adeo totius Christianitatis nationes ac gentes rerum istarum vere & perspicue fieri certiores. 1562.

Dehinc postquam Condæus ex Friderici Electoris Palatini literis intellexisset, quod plerique imprimis vero Romano-Catholici in Germania, sumptorum in Gallia armorum causam aliter interpretarentur XII. Kal. Maij ad Ferdinandum Romanorum Imperatorē dat litteras & nuper exortorū per Gallias tumultuum causam & culpam omnem in Guisios tamquam eorumdem auctores reiicit cum appendice, quod Regem ac Reginam miseram in captiuitatem secum abduxissent, quocirca enixe se rogare, vt regij nominis vindicibus ac defensoribus æquum ac propitium se præbeat & hoc pacto Cæsaream Maiestatem rem sua dignitate ac splendore familiæ Austriacæ dignissimam facturum: Eodem M. Maio eiusdem argumenti litteras ad Philibertum Ducem Sabaudiæ perscripsit, in quibus eumdem peramice rogat, ne videlicet se aduersariorum calumniis præoccupari permittat, sed de totius rei negotio sincere ac dextre, seposito omni priuato adfectu iudicet. Similiter in eamdem ferme sententiam ad Fridericum Electorem Palatinum M. Iunio scribit, eidemue exemplar scriptorum illorum tramittit, ad quem iam antea IV. Non. Maij Ministri litteras dederant, pro insito erga Ecclesias Gallicas amore enixe rogātes,

Condæi ad Cæsarem, Sabaudum & Palatinum literæ.

vt

1562. vt coniuratorum tela in se directa, quantum in ipso esset, auerteret, & ne auxiliares copiæ è Germania, non solum in suorum, sed Regis ac Regni hostium gratiam subministrentur, impediret, & partes suas apud Regem ac Reginam, quo libertate edictis cõcessa libere vti possent, interponeret: Acceptis & perlectis hisce litteris, Elector Palatinus VI. Kal. Iun: Condæo per litteras respondet tristemque omnium rerum faciem ac turbulentum Galliæ statum deplorat, post ad promouendam Dei gloriam, vt pergat, & ad illam omnes suas vires conuertat peramice, hortatur, rogatque vt Regis in pupillari ætate adhuc constituti causam Reginæque matris dignitatem conseruatam habeat; quod si faciat, futurum sperare, vt citra armorum fragorem & effusionem sanguinis religioni prospiciatur & quies ac tranquillitas in toto Regno constituatur, de cætero omnem suam operam ac industriam ac omnia quæ ab amico Principe requirantur officia se vltro deferre.

Palatinus Condæo respondet.

Paulo post senatus quoq; Parisinus ad Condæi litteras hisce sequentibus, respondit: *Tuas*, inquit, *accepimus litteras cum tuæ declarationis scripto, quod sine summo dolore audire non potuimus, cum agnoscamus te principem esse Regis consanguineum, ex Illustrissima Regiarum omnium familiarum, quæcunque sunt in vniuerso terrarum orbe, familia oriundum: nec dubitemus, naturam tuam atque indolem generi illi tuo respondere nihil (quod optimis principibus euenire solet) malis consiliis doceatur: Et quamuis munus nostrum in eo tantum versetur, vt summam iudiciorum regiorum sedem moderemur, nihilominus tamen cum tuas querelas nobis peculiariter expo-*

Responsio senatus Parisini.

fueris, noluimus committere vt nostrum hac in parte officium desiderares, quin libere & fere sententiam nostram ex collegij nostri dignitate & instituto, exponeremus: quo agnoscas, quam te, pro eo ac debemus, colamus ac reuereamur. Tuas querelas duobus maxime capitibus contineri, videmur animaduertisse: præcipuum est, quod delatum tibi fuit, Regem Reginamq; captiuos inter insigniorum quorundam Regis Administrorum manus teneri, æque Regis consiliariis nonnullos minis perterrefieri. Oramus, ne delationibus istis fidem amplius adhibeas, cum omnibus ita sit perspicuum, vt in dubium reuocari non possit, Regem Nauarræum fratrem tuum prudentissimum & Regiæ dignitatis studiosissimum, cum Rege Reginaq; esse minime haud dubie passurum, vim fraudemue quantumuis leuem illis fieri: cum & æque ac tu Regis Regniq; conseruandi studio teneatur: adesse item alios Principes consanguineos sapientissimos homines & Regi tuendo & voluntate & officio addictos, cum magna consiliariorum parte, qui profecto, si Rex in eum statum incidisset, consilia sua ac vires coniungerent, malo tam in decoro depellendo: cum deserto hac in parte officio pessime aliquando apud homines essent audituri. Quod vero vnanimes hanc Imperij rationem ferant, teque secum coniunctum velint, tibi argumento esse potest, quanta sit illarum delationum iniquitas: quæ fratrum tuorum illorum animos, nisi suam in Regem fidem & animi magnitudinem iampridem demonstrassent, vehementer læderent: ad illos enim maxime opprobrium tanti facinoris redundaret. Si ista velis perpendere, reperies delatores illos tibi & illis, cum fratres sitis, maximam iniuriam facere: Quandoquidē in illo tuo declarationis scripto, Nauarræum fratrem, vt causam tuam aduertat, rogas, illius consiliis vtere: non possis vtiliores rationes inuenire. Hoc etiam volumus te

1562.

Cōdæi querela secundum senatus Parisini opinionem duplex.

1562. nosse, nos de Regis Reginaeque libertate, literas non aliter confirmasse, quam re plane perspecta, ne quid temere aut metu nos fecisse arbitreris. Neminem metuimus, quod attinet ad officium nostrum: in quo praestando, in iis quidem rebus quae Regis obsequium Regnique vtilitatem spectant, vnicam habemus Regis rationem: parati his de causis vitam facultatesq; nostras profundere. Noris etiam Regi Reginaeque debitam reuerentiam atq; obsequium hic sanctissime praestari. Et quoniam ex tuo illo scripto intelleximus, te de quibusdam nostrũ conqueri, quasi secretis nonnullis consiliis, abs legitimo Regio, interfuerimus: hoc item noris, Neminem nostrum nisi diserto Cardinalis Borbonij fratris tui, vrbis istius custodis mandato, interfuisse eo consilio, quod de Regis fratris tui, summi Regis Legati, imperio extraordinarie hic agebatur: nec ibi quicquam nos vidisse aut audiuisse, animaduertisseque, quod non ad Regis obsequium attineret. Alterum caput querelarum tuarum est, de Religione: quod certe non minus mirum nobis fuit, quam rem cum videamus tibi aliter, quam est, fuisse significatam, hoc habeto: Nosti Edicta Regis istius nostris temporibus facta, non alium finem spectasse, quam vt Regis subditi continerentur in officio, seditionesque euitarentur, donec Rex ad aetatem prouectiorẽ peruenisset: fuisse enim omnia illa Edicta temporaria, ut mutari possent, si rerum necessitas & experientia, ita ex vsu esse demonstrasset. Edictum Iulium cui condendo tu intereras, non prius latum fuit quam antiquatum: nec tamen ideo arma sunt ad illud defendendum sumpta. Post uero conditum aliud Edictum mense Ianuario, ne potius turbas quam tranquillitatem afferret, primum dubitabamus illud confirmare, cum vero nobis magna pollicitationes de pace tranquillitateque publica afferrentur, illud pertulimus & ratum habuimus, non alioqui sane hoc

facturi.

facturi. Eadem illa publici otij spe, nudius tertius confirmauimus ac publicauimus aliud Edictum, Ianuarij quidem illi omnino affine, nisi quod Metropolis Lutetia excipitur: nec id quidem sine maxima causa factum est: cum seditio quæ ibi superioribus diebus, nostro magno dolore, sæpe recruduit, non aliter poterat sedari, & ibi erat, quam aliis locis periculosior. Illorum Edictorum finis minime fuit, vt nouæ Religiones introducerentur: Sed, vti dictum est, ad populum in pace & tranquillitate continendum. Si in secundo æque ac in primo peccatum est: legum Regiarum conseruatio aut mutatio penes Regem est, non penes subditos priuata authoritate & armata vi. Quod sane non possumus dissimulare, cum in illo tuo scripto legerimus, te tuam & quinquaginta millia virorum, qui eadem tecum sint voluntate, vitam hac de causa impensurum. Optamus, vt nostram hanc admonitionem vtiliter accipias, & consideres, longe tibi maius esse debere, Regi consanguineum esse ad illius dignitatem tuendam, quam vt te aliis qui in eadem minime sunt tecum conditione, coniungas. Si Regis dignitas, te alia consilia sequente, diminuatur, maior culpa maiusque opprobrium te manebit. Nosti nos tuam innocentiam tibi conseruasse: tibi vero etiam atque etiam sumus autores, vtaris sano consilio, ne tuo iuri ipse obsis. Non melius testimonium voluntatis nostræ ad tuum obsequium paratæ, offerre possimus, quam constanter retinebimus, quandiu Regi Reginæque legitimum obsequium præstabis. Ad alias res quæ in illo tuo Declarationis scripto sunt, quod minime nos attingant, Regis voluntatem, ad quam ea pertinent, intelliges. Hoc addemus de facto Vassiaceno, quod illius cognitio nobis est demandata, rebus diligenter perquisitis nos pro officio facturos, quod æquum & iustum erit, ex instituto & more nostro.

1562.

Edictorum Regiorum finis quis?

1562. Altera Cõdaei declaratio de belli causis & Guisiorum actionibus.

Eodem tempore Condæus secundum edit scriptum in quo denuo testatur nõ se, sed Guisios (qui vulgo Triumuiri vocabantur) omnium istarum tempestatum esse Corypheos & Antesignanos expositis rationibus, quibus pacem inire & ad illum vsq; diem molitus sit & eo tũ moliretur: Et quamuis, inquit, hactenus certis argumentis semper demonstrarim, non tantum singulare, erga Regis Reginæque obsequia, studium, sed præclaram quoq; erga Regni vtilitatem & cõcordiam, voluntatem: quod etiam nuper ostendi, cum ad vltimam vsque necessitatem arma sumere distulerim, vt me illorum violentiæ opponerem, qui sanguinem minasq; spirantes, & iam pridem magna hominum manu conflata, contra Regis Reginæque expressa mandata sese armauerant, armatique Lutetiam ingressi erant, vbi eram tunc temporis, non ignarus consiliorum quæ illi agitabant: nihil tamen tunc moui, ne vrbem in periculum coniicerem. Imo non habita meæ conditionis ratione cum nec prior arma sumpsissem: ad primum tamen Reginæ mãdatum (ne quicquam legitimum quod ad pacem concordiamque faceret, refugere viderer) Lutetia cum meis egressus sum, eo consilio vt domum me conferrem, omnesq; eos qui me comitabantur, dimitterem, aduersarios meos idem facturos sperans: Qui tamen contra, Lutetia occupata ibique multis rebus contra officium perpetratis, Regiaq; auctoritate vsurpata, Regem Reginamque suæ potestatis fecerunt, vt illos captiuos, illorumque voluntates captiuas tenerent. Ego contra ex eo non desij omnes æquas conditiones proponere, vt omnia

pacare

pacate transigerentur, & meis scriptis, & illis ipsis hominibus testibus, quib. intermediis ad res componendas vsus sum, quamuis, inquam, hæc omnia à me ita agitata sint, vt perspicuum sit me nihil magis velle quam Regiam dignitatem publicamque tranquillitatem sartam tectamque retineri: tamen metuens ne quæ ego, post illas à me oblatas conditiones, à Regina rescriptis respondi, sint vero illorum artibus ad Reginam perlata: aut certe, quod prope illam vi armati coniungant consuetas machinas, & quo rationes prætextus vsurpent, rem inuoluerint, vt has turbas hosque motus, publico otio & commodo priuatas vtilitates anteponentes, foueant atque amplificent. His de causis, vt ab omnibus intelligantur, volui rem totam scriptis mandari: tum vt abs Rege Reginaque animaduertantur, tum vt per vniuersas Christiani nominis regiones promulgata, à cunctis principibus, omnibusque adeo Regni Gallici amicis ac confœderatis perspiciantur, maximeque ab omnibus Regni istius curiis & Parlamentis, à quibus peto & flagito, Parisino præcipue, ad quod iam prius illud declarationis meæ scriptum misi, istæ vti mearum rationum explicationes in publicos commentarios referantur, vt queam actionum istarum mearum rationes Principi & Domino meo Regi tunc reddere, quando ad eam ætatem peruenerit, cum de subditorum suorum meritis ac suppliciis, ex rebus ad teneram istam suam ætatem actis, poterit iudicare. Hoc vero mihi de tanti & per vniuersum prope mundum celebrati cœtus integritate persuadeo, vt rem totam ad veritatis rectique 1562.

1562. iudicij trutinam, nullo praeiudiciorum aestu, sit examinaturus. Primum hoc statuo, motuum istorum neque excitandorum neque fouendorum causas mihi tribui nec posse nec debere: cum priorem me arma sumpsisse ne ipsi quidem dixerint: & cum ea sumpserim, post illos qui sese contra Regis Reginaeque voluntates armauerant, non maximas non habuerim illorum sumendorum occasiones. Iure enim naturali, vt princeps nimirum consanguineus, Regis dignitatem, Regni pacem ac tranquillitatem, debeo & ex officio teneor tueri ac defendere. Ex quo arma sumpsi, semper testatus summe illa ad aequas conditiones, quae ad Regis Reginaeque libertatem, publicamque pacem ac tranquillitatem spectarent, depositurum. Vnde omnino conficitur, eos esse turbarum causas & auctores, qui easdem cōditiones repudiauerint, & qui (cum pati non possent pacatum Reginae administrationem, vt nimirum regiis subditis moderate praeesset, Regioque aeri alieno dissoluendo daret operam) arma sumpserunt, Regē armati adierunt, Regem armis circumstiparunt, vt Regem Reginamq; penes se habentes, Regnum ad suas libidines gubernarent: caedes in Regios subditos, Regiorum Edictorum beneficio vtentes, nefandas patrarunt, atque adeo vniuersam Galliam in istas perturbationum tempestates coniecerunt, cum iam illa inciperet pace & tranquillitate frui, Religionis etiam ratione vtriusq; partis hominibus existimantibus sibi hac ratione commode satisfactum. At si (praesenti rerum statu omisso) velimus rem altius repetere, & singulorum praeteritas actiones considerare

Condaeus minime se motuum Gallicorū auctorem profitetur & non quidem immerito.

siderare ac perpendere, profecto comperiemus, eosdem istos, qui has turbas hodie excitant, iampridem maximorum incommodorum causas toti Regno extitisse, seque quasi ab ineunte ætate ad illam variis difficultatibus inuoluendam & atterendam exercuisse: quasi hoc vnum instituto quodam suo conspirarint, Regni istius perturbatione suas res amplificare, quæ nimirum illius tanquillitate & pace sint tenuiores. Et ne Francisci, tanti & tanto iudicio præditi Regis, de illis sententiam ac iudicium, multasque illorum ipsorum audaces & violentas actiones repetam, ecquis nescit eos ipsos publicæ concordiæ pacisque impatientes, induciarum, quæ inter Henricum Galliæ & Philippum Hispaniarum, Reges, magno Gallorum honore & commodo, intercesserant, violandarum causas & auctores extitisse; vt vniuersam Europam in grauissima bella, Galliam in noxias difficultates coniicerent, quo libidinum suarum fines quoquo modo assequerentur? Ex eo, post cladem Laurentiam, cum pecuniarum administrandarum munus inuolassent, præter violatarum induciarum incommoda, ecque non damna Regnum sollicitarunt? Quid Henrico etiam Rege, qui tam violentorum ingeniorum pertæsus, habebat in animo illos domum amandare, nisi morte fuisset impeditus? At postquam Francisco secundo, adhuc adolescente Rege, peregrini isti & violenti aurigæ, contra jus & fas antiquaque Gallicarum legum instituta, vsurpassent merum imperium, quod tempus turbarum vacuum fuit? Nonne ad

1562.

Franciscus Rex Galliæ ingeniosissimus.

1562. omnium hominum ora, conati sunt adolescentem illum Regem, clementi alioqui & facili ingenio præditum, aduersus suos subditos efferare, vt illius memoriam, historiarum monumenta, perpetua crudelitatis nota commacularent? Nonne illam in ipso Regni vmbilico, contra suos hostiliter armarunt: tanta calamitatum & vastitatum facie, nisi Deus prouidisset, ob omnium oculos obuersante, vt ad solam illius temporis recordationem animi cohorrescant.

Iussi turbarũ Galliarum autores.

Et vt tam luctuosæ Tragœdiæ sua catastrophe imponeretur, mortuo Francisco illo serenius tempus, regina regeque Nauarræo res administrantibus affulsit: donec illorum ambitio pacis & tranquillitatis impatiens, eos suarumq; libidinum administros exsuscitauit, vt cœlum terramque permiscerent magno meo equidem dolore. Itaque omnibus sani ingenij hominibus iudicandum ex iis relinquo qui nam turbarum extiterint auctores, ij ne qui omnes concordiæ rationes perquisierint, an illi, qui dissensionem iam pridem seminata ita fouerint, vt bellorum perniciosas segetes audeant, ad totius Regni perniciem, hoc tempore inflammare. Deinde, tantum abest vt cuiquam mirum debeat videri, quod ego hac in re sollicite & caute agam, vt omnino in grauissima culpa, si aliter agerem, versarer: quasi vero præteritæ illorum aduersum me actiones non mihi satis superque demonstrarint, quam tutum sit me in illorum manus fidemque venire. Nec vero obscurum est illorum consilium esse, magnam Nobilitatis partem omniumque ordinum homines purio-

rem

rem Euangelii veritatem amplectentes, eosque maximè qui me comitantur, penitus abolere. Quod ex Guisii & Connestabilis sermonibus, nuper in Senatu Parisino frequenti cœtu habitis, apparet. Quæ verò Reginæ obedientia tribuatur, ex eo nimirum constat, quod præter ipsius voluntatem sæpissimè significatam, Regio Ianuarii edicto illuserint, noua addita exceptione: *Ne Lutetiæ Religionis vsus tribuatur.* Illorum mentem non aliam esse quam vt Euangelium, ex vniuersi Regni Prouinciis, exterminetur, quis non perspicit? Cum & nuper Lutetiæ publica præconis voce significatum sit, omnes adessent ad nouos Christianos exterminandos. Nec quicquam ad rem facit dicere non alio modo populi Parisini animos retineri posse: Vidimus enim Principem Rupesuryonium, postea verò Marescallum Momorantium duodecim militibus circumstipatos, populum Parisinum toto trimestri spacio, pacatum sine vllo dissensionum tumultu, continuisse. Quod quidem ad eum vsque diem perdurauit, quo Lutetiam est ingressus Guisius. Hoc verò memoria dignum est, cum Marescallus ille Momorantius aliquod militum supplementum ad ordinariam custodiam addidisset, ad factiosorum nonnullorum coitiones impediendas, à præfecto Mercatorum oppidanisque fuisse demõstratum, posse leniori modo populum retineri. Post Guisii tamen aduentum ita, vt aiunt, populi animus mutatus est, quo contineretur, peditum delectus fuerit habendus, inscia primum Regina, post vero vehementer repugnante. Equidem agnosco, singulari Dei prouidentia effectum fuisse, vt Guisii

1562.

Noui Christiani ex Lutetia exterminandi.

Diuina prouidentia Exemplũ.

1562. Connestabilisque, quidnam animi haberent, publicè non dissimularint, & in tam frequenti cœtu, vt lingua animum haud dubiè præcurrerit: quæ certè res abunde demonstrat, vera esse quę ab ipsorum familiaribus ac domesticis quotidie dictitantur, & ex multis illorum litteris interceptis apparet, suum esse consilium, hominum eorum cœtum, qui hic mecum sunt disiungere: vt iam pridem cogitata supplicia & in magnos & in minimos statuant: Quod nimirum aperte loquuntur cædes ac rapinæ Connestabilis auspiciis perpetratæ, & quæ variis in locis contra Religionis Reformatæ homines committuntur; & ea maximè quæ nuper Senonum vrbe accidit horribilis strages, Guisiorum & exemplo & auspiciis, quarum calamitatum ipsi se reddendis rationibus obnoxios esse norint. Quod vero attinet ad Reginæ mandatum, vt positis armis ad Regem, sua fide, veniam, mihique omnes cautiones scripto concedendas, quas petiero, pollicetur: Equidem testor mihi singularem esse voluntatem illius mandatis obtemperandi: Sed intelligo eas esse istorum artes qui omnia ad arbitratum suum gerunt: Nec sane video qui possit Regina mihi, vti decet, hoc quidem tempore quandiu quidem in eo statu erit, cauere: Quomodo enim illis repugnabit, quorum armis, contra expressam ipsius voluntatem sumptis, circumstipatur? Nec magis est verisimile, fratrem meum Nauarræum, vt summum nempe Regis Legatum, omnem penes se potestatem habiturum, cum ita illius facilitate & indulgentia abutantur, & mini-

mè sit obscurum omnes illas vires, quas propria auctoritate illi collegerunt, ad ipsorum arbitratus & nutus stare ac cadere, & ita quidem vt ad sua obsequia, contra Reginæ Regisque etiam Nauarræi voluntatem, præsto sint, quod sæpe hactenus cum imperium & potestatem haberent, demonstrarũt, etiam aduersus & Reginam & Nauarræum ipsum: quarum iniuriarum si velint memoriam renouare, ignoscent, se suam salutem Guisiorum consiliis ereptam, vnius Dei prouidentiæ debere. 1562.

Denique nullam aliam securitatis rationem video, quam vt illi abs Rege domum se conferant, & Regina pristinam libertatem recuperet. Nec vero quandiu in armis erunt, exercitusque quos ad sua imperia conduxerunt, retinebunt, existimabo sermonibus illorum fidendum: mihique egomet vti caueam, illorum etiam sermonibus apertè doceor certè effectis: Quid non enim hostiliter in me, eosque qui me comitantur gerunt? Nos tamquam rebelles ac publicos Regis Regnique hostes apertè traducunt: muneribus abdicant: mortem denique manifeste minitantur. Nam falsos contra me rumores & impudentes calumnias, quis ignorat höstilemque ab illis exercitum contrà me, & intra & extra Regni fines cogi? Cum peregrinis Legatis consilia de bello ineunt, partim nescia Regina, partim illius facilitate & metu, quasi aliud agendo abutentes Regem contra fideles suos subditos armant; Regias pecunias, melius sane Regis æri alieno dissoluendo impendendas, ad bellicos apparatus profundunt: nimi-

Consilium Condæi de domũ ablegandis Guisiis.

1562. rum vt populus, quæ in magnis etiam rei familiaris angustiis Regi tribuerat in suam perniciem experiatur: Et, ne quid ad summi facinoris cumulum desit, maximam Nobilitatis partem, suis sceleribus minimè fauentem, in animo habēt abolere. Quod certè nihil aliud est, quàm Regem Regnumque p̄senti exitio inuoluere: Et inter ista illorum consilia ego tutus sim? Quod enim dicitur me priuatas meas rationes publicæ vtilitati anteponere debere: certè hoc mihi non rectè accommodari posse demonstro: illis verò hoc maximè quadrat, qui primis suis sceleribus noua addunt facinora, ita obfirmato animo, vt malint Regem Regnumque in hoc belli periculum coniicere, quàm publicæ vtilitatis causa, res moderatius agere: Negant se domum abs Rege discessuros: Ec quis hoc fidelis subditus officium domino suo negarit, ad tam præsentium incommodorum necessitates euitandas? Nam quod obstinatè aiunt, sibi non fas esse abs Rege, in hac minori ætate, discedere, planè ratione caret: Huic enim rei Regina satis superque satisfacere potest, cum etiam maximè præsentes rerum occasiones hoc postulent ac efflagitent. Meminerint se ad illa munera euectos, non vt pro arbitratu quiduis agāt, & contra Regis Reginæque voluntates Regnum in istas difficultates coniiciant: Sed ideo profectò vt illud in pace concordiaque tueantur, id est, in eo statu relinquant, in quo erat, antequam arma sumere auderent: Quod cum effecerint, ex munerumne suorum ratione & præscripto, audeant dicere id se effecisse? Arma sumere, nemini certè in hoc Regno, nisi expresso Regis mandato, licet &

ne fra-

ne fratribus quidem germanis Regum, etiam dum ex bello redeunt, licuit vnquam armatus in aulam venire. Hoc vetant Gallica instituta, Regibus etiam maioribus: in hac vero minore Regis ætate, illine hoc per se queant? Quod si suo in aulam huiusmodi aduentu vident vniuersum Regnum ita permoueri: Si fideles sint Regis famuli, suo sanè discessu pacem Regno tranquillitatemque reddant. Hãc vnicam ineundæ concordiæ viam animaduerto: illi vero si boni sint & fideles Regis subditi, ostendãt se priuatis rationibus publicam vtilitatem velle anteponere. Equidem quamuis non tantum, vt illi, Regius administer, sed Regi etiam ipsi consanguineus sim, & ita plus iuris habeam, vt cum Rege sim: addo, nec prior arma sumpserim, nec illi etiam diserto comitiorum decreto, (cui perficiendo tenẽtur antequam ad Regium consilium legitimè admitti possint,) satisfecerint: Ego tamen, publicæ vtilitatis causa, domum me profecturum polliceor, idemque eorum nomine omnium qui mecũ sunt, spondeo & promitto: dummodo illud idem etiam ab eis præstetur. Cui conditioni nisi acquieuerint nemo est, qui non videat, non me, sed illos solos priuatas vtilitates publico cõmodo anteferre. Quod si illis rationibus non satisfiat & exempla quærant: quid in huiusmodi factis semper hactenus sit vsurpatum, reminiscantur, eam fuisse à Maioribus nostris Regibus adhibitam rationem, cum controuersiæ aliquæ inter Principes suos inciderent: vti arma deponi vtrimque priuata auctoritate sumpta, vti arma deponi vtrisque imperarent domumque proficisci: Post vero rerũ suarũ rationes, iidem

1562.

Armati ab aula Gallica excluduntur.

Fidelium subditorũ officium.

1562. vocati redderent. Sin verò certum sit manendi apud Regem facultatem, contra fas & probatas omnes consuetudines, iis esse tribuendam, qui tantum sunt Regis administri, vt illis viribus, quas priuata auctoritate collegerunt, Regem circumstipent: non posset profecto negari, mihi fieri maximam iniuriam, mihi, inquam, qui hoc ius præter illos habeo, vt Regem sanguine attingam, nec arma, nisi illorum exemplo prouocatus sumpserim, ea tantum causa, vt Regem Reginamque meque à vi defenderem, nisi eadem facultas mihi concederetur, vt apud Regem sim, cum iis qui me comitantur, qui quidem non minus ac alii sacramento Regi sunt obligati, & quos, aio & affirmo, fidelissimos esse Regis subditos & famulos, vt & demonstrarunt & demonstrabunt, tum verò cum Regis Nauarræi Summi Regis Legati mandata accipient, adque tuendam Regis libertatem, Reginæ Regisque Nauarræi auctoritatem, parati vitam facultatesque impendere: Quod si illi non patiantur Reginam hac debita æqualitate vti, ne alteri parti propensior sit, (quamquam si quam in partem magis esset inclinandum, potius conueniret mei, vt Principis Regis consanguinei, ratio haberetur,) & ad tam proximam vastitatem impediendam, suam auctoritatem, alio, quam hactenus, modo, interponere: non existimabitur id eius voluntate factum, cum haud dubie & huiusmodi prudentia sit prædita, & dignitatis Regis filii sui conseruandæ ita studiosa, vt officio minimè deesse vellet in re tanti momenti: at vero minimè du-

bium erit, id metu eorum factum, qui viribus suis 1562.
illam circumseptam, ab officio reuocent, cum & illud perspicuum sit, Regem in eum statum redactum, vt & multa relinquat & multa, præter voluntatem, concedat. Huius rei argumento erit nouorum Consiliariorum supplementum, quod ideo factum esse constat, vt consilii prætextu magis probabili ratione Regina cogatur. Notum est enim & quo ordine illud fuerit factitatum, & quo in loco nunc Regina ab eis habeatur: qui, quæ voluerint, seorsim deliberant & ipsi, vt rata habeat obtrudunt: multa priuata auctoritate exequuntur, deinde ipsius sententiam rogant, & à Summo Parlamento efficiunt, vt, quod ipsis libitum sit, confirmetur, & reuera ostendunt se magis apud Parlamenti istius homines, quàm Regina, posse. Denique ecquis negabit; hoc quidem tempore, necessarium esse, vt Regina armorum metu liberetur, pristinamque auctoritatem recuperet: atque adeo illi arma deponant & domum se recipiant, vt omni violentiæ suspicione sublata, res moderatius posthac agantur, grauissimarumque calamitatum pericula euitentur? Quandoquidem illud mihi meisque omnibus persuasum est, ni res æquo iure dirimantur, omnem potius fortunam euentumque experiri, quàm vt qui sibi potentiam præter ius & fas, magno quidem hactenus Regiorum subditorum detrimento, atque etiamnum vltimam pestem perniciemque molientes, tot cædibus, contra edicta Regia, crudeliter patratis, vsurpant, pergant insolentia sua impudentius posthac abuti. Et ne quis calumniis locus contra

me

1562. me impoſterum relinquatur, quod aiunt meo mā dato Regias litteras, quæ à publicis curſoribus perferuntur, intercipi: aio me meis aliter imperaſſe, nec vmquam ab illis litteras interceptas, quæ ad Regem, Reginam Nauarræumue mitterentur: hoc verum eſſe fateor, multas litteras quæ ad priuatos nonnullos mitterentur, interceptas & reſeratas, ex quibus videre eſt infinitas multorum contra me calumnias, falſos rumores, conſilia, conatus: multa prorſus contraria iis ſermonibus, qui mecum de pace concordiaque ab illis ferunțur: & iis quidem de cauſis nollem id non eueniſſe, ad illorum voluntates plenius cognoſcendas.

Condæus fidelitatem & obſeruantiā ſuā erga Regem ad poſteritatem propagare nititur.

Iam vero tantum abeſt vt ego meique (quemadmodum monemur,) poſſimus res iſtas obliuioni ſilentioque mandare, vt potius velimus perpetua memoria tradi, tabulis inſcribi atque inſculpi, litteris aureis incidi, alta ſonoraque voce per omnes Chriſtiani nominis regiones, prædicari ac celebrari officium fidei ad tam neceſſarias opportunitates, Regi noſtro, in hac ætate, iniuriis violentiæque expoſito, præſtitæ: vt tam præclarum exemplum meæ, cum Gallica nobilitate, concordiæ & alacritatis, qui nos vnanimi conſenſu ad Regem Regiamque dignitatem conſeruandam coniunxerimus, ſempiternis litterarum monumentis ad poſteritatem tranſmittatur. Equidem exiſtimo non poſſe meliorem occaſionem mihi offerri, ad Regi vtile & neceſſarium officium exhibendum, nec ad verum honorem veramque laudem mihi comparandam: & quidem perſuaſum habeo, Regem Principem meum, hoc officium, quod illi nunc præſto,

tum

1562.

tum demum agniturum, cum ad eam ætatem peruenerit, vt de hac re iudicare possit: & hoc integræ & veræ fidei meæ voluntatisque, tam necessario tempore demonstratæ officium perspicere: His de causis maturè propensis & consideratis, ego qui omnes rationes perquisiui turbarum istarum, quæ huic Regno exitium videntur moliri, pacandarum atque sedandarum, adque omnes æquas conditiones subeundas deponendorum ab vtrisq; armorum, Regis Reginæque libertatis tantum, publicæque trãquillitatis habita ratione, memet obtuli & offero: Testor iterum coram Rege, Regina omnibusque huius Regni Parlamentis ordinibusque, omnium calamitatum & malorum, quæ istorũ bellorum motibus euentura sunt, culpam iis solis esse tribuendam, quos perturbationum istarum causas esse demonstraui: qui vel p̃sentissimo Regni istius peruertendi periculo, Regia aula Regioq; cõsilio, (cui ex ordinum decreto interesse non possunt, antequam legitimè satisfecerint,) discedere recusant, vt, depositis vtrinque armis, pacis concordiæque ratio ineatur. Obtestor omnia Regni Parlamenta, omnesque ordines, vt singula maturè perpendant: omniaque legitima officia præstent ad Regis obsequium, ipsiusque dignitatisque suæ incolumitatem, adque Reginæ administrationem authoritatemque conseruandam, vt tandem aliquando possint eas suorum, ad has temporum necessitates, factorum (vt equidem spero me meorũ,) rationes reddere Regi cum ad legitimam ætatẽ p̃uenerit, vt suarum actionum laudem potius p̃miũque q̃ opprobrium ignominiamque reportent, q̃

1562. aut cupiditatum suarum impetu abrepti, aut nonnullorum, qui culpas suas speciosis coloribus prætexunt, metu aut gratia, defuerint officio suo, ad Regiam dignitatem in istis periculis conseruandā: Oro denique atq; obtestor omnes fidos Regis subditos, auxilium mihi opemq; in hac tam sancta ac iusta causa ferant: Deum testem appellans me tantum ipsius gloriæ asserendæ Regemque ac Reginā ad pristinam libertatem dignitatemq; vindicandi, quos subditorū suorum armis indignè circumsessos conspicio, Reginæq; in sua auctoritate cōseruādæ publicæq; vtilitatis defendēdæ, iniuriæq; à Regiis subditis depellendę studio: me, inquam, ad hęc arma sumenda, memetque illorum violētiæ opponendum his de causis fuisse concitatum. Quod in hunc vsque diem ita vtile fuisse animaduerto, ne illorum furor planè exundaret, vt imposterum sperē Deum hisce meis laboribus benedicturum, iisque rationibus, quas mihi in manus dedit, eas vires efficaciamque collaturum, vt exitum felicem istorum initiorum tamdem aliquando videamus, ad nominis sui gloriam, Regis nostri dignitatem publicamque pacem ac tranquillitatem.

Bellum inter Catholicos Pontificios ac [P]otestātes [qu]oscunque [d]isciplina[e] medea[c]a militaris.

Hisce & similibus scriptis ac responsis vltro citroque missis, & vtriusque partis animi magis exasperati quàm mitigati essent, tamdem res ad apertum bellum deuenit. Triumuiri Regis, Reginæ ac Nauarræi nomine, Regni opibus, populi fauore, Senatusque Parisini amplitudine atque auctoritate imprimis fulciebantur: econtra vero Princeps Condæus præstantia copiarum suarum militarium ac insigni Nobilitatis titulo gaudebat, quæ

seu

1562.

ſeu Proteſtantium doctrinæ addicta, aut malè in Guiſios affecta, vel denique clandeſtinis à Regina precibus ſollicitata ad ipſum ingenti numero ſe contulerat, atq; adeo fortitudine animiq; celſitudine Regiis copiis multum eminebant. Grammótanus Vaſconicis, Ioãnes Roanus ex Allobrogibus & Septimania collectis Andelotius ſummus copiarũ pedeſtrium Imperator, Frãcicis copiis præerat, inter quos primum magna admodum modeſtia & diſciplina militaris ſeruabatur: Miniſtri enim verbi diuini per cohortes diſtribuebantur, vbi oẽs copię quotidie ad preces conueniebãt: nulla deieramenta inter milites, nullæ rixæ audiebantur, cantilenis Pſalmorum tota caſtra perſonabant, ex quibus omnis luſus aleæ & focariæ ad vnam omnes extrudebantur, mercatores, pagani & militum hoſpites nulla afficiebantur iniuria; nullus miles à ſignis recedebat, vel pabulationis aut rapinæ gratia longius diſcurrebat, maleficia ſeueriſſimè caſtigabantur, vnus fauore, mortis ſupplicio ſe ſubtraxit, Gabriel nempe Bullinuillerius Cortenæi Regulus † qui agricolæ cuiuſdam filiam per vim conſtuprauerat, quod facinus apud quamplurimos non minimam indignationem excitauit, aliorum tamen is poſtmodum criminum reus peractus Lutetiæ ſecuri percuſſus eſt; *inultum enim DEVS numquam ſinit, homines quod diſſimulant.* Omnium autem animi eo potiſſimum directi erant, vt Lutetia Regni totius Metropolis communibus iſtis armis inuaderetur: Quamobrem cum Condæus Aureliano, (quod illum

† *Iacobus Rhatgeberus Secretarius Wirtembergicus Baronẽ Daroymar tinum nominat.*

1562. occupasse supra diximus,) exiisset & vtriusque partis exercitus leucis aliquot inuicẽ substitisset, Regii rursum pacis mentionem iniecerunt, quam sententiam Condæus lubens acceptauit, & in rem istam sex dierum induciæ pactæ sunt: Dehinc Nauárræus scriptis ad fratrem, præter morem, amantioribus litteris, ab eo Bogenciaci, (quod ad Ligerim est oppidum,) sibi familiæque petit, fide interposita, si de conditionibus pacis non conueniret, se oppidum quamprimum restituturum. Interea Catharina Regina ad castra se contulit ipsumque Condæum amantissimis litteris ad colloquium inuitat: Cum vero res vtrimque agitaretur, facta spe, si Condæus tuendarum firmandarumque pacis conditionum obses ad eam veniret, triumuiros aula discessuros, & armis depositis, domum quemque suam secessuros: ipse Condæus à sociis petit, vt sibi cum eorum venia ad tantæ rei confectionem eo proficisci liceret, eoque facto cunctis innotesceret, nihil inexpertum aut intentatum reliquisse, ac ne proprio quidem periculo reuocatum fuisse, quominus concordiæ sarciendæ rationes inirentur: ob id hæc sociorum concipitur postulatio, vt nimirum, antequam quicquam agatur, Guisiani, Momorantius & Santandreanus aula excedant & eo ipso discessionis momento Condæum Principẽ oratum volumus, vt se vadem obsidemq; fidei nostræ sistat consignetque in Reginæ Nauarræiq; manus, pollicentes vnanimiter, nos iis, q̃ mãdabuntur, pro Regis obsequio, Regni vtilitate, sociorumque omnium communi salute ad Dei gloriã & cõscientiarum securitatẽ paratis animis prõ-

pteq;

pteque obtemperaturos: Delatum ad Reginã cum litteris scriptum, ab eadẽ mox sua & Nauarræi manu regioq; præterea sigillo obsignatum Cõdæo sociisque, nocte intempesta, remittitur, cum literis q- bus has cõditiones sibi placere significabant, cumque magna triumuiralibus copiis incõmodãdi occasio se obferret, nihil tamen pp fidei datæ religionẽ tentatum est: Postero die triumuiri castris discedunt, q postq̃ Condæo renunciatum fuisset, illico se Bogentiacum ad Nauarræum Regẽ fratremque germanum cõtulit, paucórumq; comitatu Talsiacũ p media castra facto itinere festinãter deductus à Regina humanissimè excipitur, impetratq; vt nõnulli sociorum eodẽ ad illã salutandã venirent mutuisque de pace firmanda sermonibus interessent. Monlucius colloqorum instigator vir grauissimus quique ad persuadendum plurimum valebat, dum huc illucque comeat Cõdæo auctor fuerat quo triumuiros aula exturbaret, vt cõditionem sibi honorificam, æmulis inuidiosam, Reginæ proponeret se nimirum paratum esse regno ipso cum amicis suis excedere modo triumuiri domum quisq; suam aut in pfecturam sibi attributam secederent, q à Monlucio fiebat non tam illorum odio, quam vt Reginę gratificaretur, neque tam vt triumuiros aula exturbaret, quam vt amotis Condæo pariter & triumuiris pacatam ac liberam Regni administrationem ad ipsam transferret: nec Condęus, qui ab armis ciuilibus abhorreret, consilium abnuebat & memorem se eius monitorum inter loquẽdum fore recipit: interea sociis fraudis suspicio iniecta, ex eo aucta, q triumuiri tantũ Castellodunum cõcessissent, 1562.

1562. quod non amplius quam quinq; leucarum spacio à Talsiaço abest, interceptis etiam Guisii ad Cardinalem Lotharenum fratrem literis, quæ (quanquã obscuris verbis,) clandestinæ cuiusdam machinationis fidem faciebãt. His & aliis indiciis cõmonefacti socii, quamuis summopere animi angerentur, tamen sine ulla cunctatione Talsiacũ veniunt, vt ita aduentu suo egregiæ suæ voluntatis specimen ederent, & si qd esset periculi, id cum Condæo cõmuniter subirẽt aut sua præsentia saltẽ aliquo modo discuterent. Itaq; ad Reginã veniunt Colignius maris pfectus, Antonius Croius Porciani Princeps, Frãciscus Rupifulcaudius Comes, Ioãnes Roanus, Franciscus Hangestus Genlius, Grãmontanus, Ioannes Parthenæus Subisius, Carolus Haluinius Picenna & alij, q Regina salutata vicissim ab ea pamãter accipiũtur; singulis vero prensatis ipsa in occulto gratias agere, pro tam vtilibus ac necessariis officiis, quæ Regi sibique in tam periculosissimo ac calamitosissimo tempore præstitissent: ea porro huiusmodi esse, vt Rex & ipsa salutem & incolumitatem illis acceptam ferret, orare, vt in his perseuerarent & Regni paci ac tranquillitati consulerent. Ad hæc Condæus exposita causa æquitate sociorumque ac sua erga Regem & ipsam egregia voluntate, nimirum sibi videri dicit, tantam aduersariorum rationem haberi, nullam sui ipsius, qui nullas conditiones æquas hactenus detrectasset, & ex ea familia sit oriundus, cuius illi clientes & subditi essent: tum Regina, ad euitandas ac declinandas altercationes & exprobrationes ad Cõdæi querelã minimè accõmodato sermone incipit, &

pu-

numero vincere eam partem ostendit q̃ auctoritatem Romanæ Ecclesiæ sequeretur: Proinde vt pax in Gallia constituatur, hoc primum caput cæteris de concordia ineunda conditionibus substernēdū esse, ne alia q̃ in Romana Ecclesia recepta Religio, per vniuersum Regnum recipiatur; quibus audi- tis Condæus commotior, communi nomine respondit, non suam ipsorumue priuatam, sed publicā in hoc negotio causam agi, & nisi Dei gloriæ regiæ incolumitatis, patriæq; vtilitatis desertores haberi velint, in tàm duras conditiones cōsentire nō posse: nā conscientiarum pace, quæ edictis cōstituitur, sublata quid aliud supesse, nisi vt Rex Regnumque Galliæ florentissimum ꝑpetuo & inextricabili bello inuoluatur, hoc beneficium huiusmodi esse, vt sine eo vitam minimè vitalem existiment & parati sint vel exilio ꝑpetuo publicam quietē ac Religionis securitatem redimere: q̃ si discessu suo existimet Regina vtrique fore consultum, orare, vt potius publicæ vtilitatis, quam sui ratio haberetur. Ex his postremis verbis sæpius à Condæo vsurpatis captata occasione Regina: Ego vero, inquit, vos omnes semper teque omnium maximè, cognate charissime, summo in pretio, prout debui, & habui & nunc iidē habeo præcipuaq; vestri in his turbis apud me ratio fuit: verum quandoquidē res eo deuenere, vt etiā nouo malo, noua ac quidā iniucūda adhibenda sint remedia, vestra æquanimitate, qui priuata incōmoda Reipublicæ vltro donatis, freta, cōditionem accipio vt propediē Regno excedatis; sic n. confido fore vt vestra absentia Pontificiorum animi mitigentur & placatiores imposterum erga

1562.

Condæus i. Regina sententiā cur non cōsentiat.

1562. Protestantes reddantur, atque ita hoc modo publicæ tranquillitati eo melius cõsulatur. Cum vero in eã rẽ quas vellent, se cautiones daturã polliceretur, attoniti inopinato sermone Cõdæus ac socii se mirabundi inuicẽ respectare, Regina contra sermonẽ persequi & hoc optimum paci publicæ remedium dicere, atq; vt interea se in his pręcipuam fiduciam ponere & temporariã absentiã intelligere testaretur, hoc insup addere, esse videlicet nonnullos, qui minorẽ Regis ętatẽ ad vigesimum vsq; annũ prorogaturos minitarentur, quorum si violentia coercẽda esset, non dubitare quin Condæus sociiq́; , etiãsi iam externis regionibus abessent continuo adferẽdã opẽ aduolaturi sint: Ita eo die discessum est. Postero autem die Colinius qui Condæũ nimis pcipitanter fidẽ suã ac sociorum oppignorasse doleret, cœtu conuocato, rem esse huiusmodi demonstrat, quæ cõmuni omnium consensu indigeret: quapp ibi dictæ sententiæ & vno ore pronunciatum est ꝙ nimirum ab armis, nisi Triumuirali potestate prius euersa, & restituta edictorum à coniuratis violatorum auctoritate, tuto discedi non possit, conditione de patria ad tempus deserenda omnino reiecta, cui nec se Cõdæus obligare debuerit nec potuerit, vtpote qui priore sacramẽto obstrictus fuisset, quo fidẽ suam sociis addixerit, & ea sententia tenuit explosο isto captioso Monlucii, causæ Cõdęi in speciẽ fauẽtis, cõsilio. Venerat iã summo mane ad Cõdæum Fraxineus, à Regina cum litteris missus, quibus sermonis hesterni memoriam repeti remque confici petebat: verũ cum ex frigidiore Cõdæi responso res mutasse intelligeret, ꝙ vnũ supererat,

nomi-

nomine Reginæ rogauit, ad se veniret: nec abnuit Condæus, qui honeste à colloquio discedendi & fidei liberandæ occasionem quæreret. Itaque eodem rursus cum amicis proficiscitur Condæus & pauca cum Regina collocutus, cum nec tempus suæ apud illam moræ circumscriptum esse, nec aduersariorum consuetis artibus sermocinationes istas carere, nihilque hisce promoueri videret, petita à Regina venia, in castra sociorum cum omnibus suis reuertitur, subirato milite, quod in manifestum periculum, etiam ex consensu procerum, se coniecisset. Tum passim castra his vocibus personarunt, nihil videlicet amplius opus esse colloquiis, siquidem vel ipsis etiam cæcis hostium patere consilia, qui tempus ducere & impetum bene animati militis eludere hac sua mora siue cunctatione attentent, vt ita peregrinis auxiliis, quæ propediem exspectent, firmiores eos, quos nunc vt validiores pertimescant, aggrediantur, ita rerum pręclare gerendarum occasionem amitti seque extrema, quæque potius quam istas, moras malle, tantum in hostem ducat, eo enim rem adductam esse, vt non sermonum, sed armorum signorumq; collatione eam dirimi oporteat. 1562. *Condæanorum militum Expostulatio.*

Cum nihil sermocinationibus illis actum esset consilium à Condæo cum ducibus captum, ne sine aliquo operæ pretio discederetur, inimicum exercitum nec opinato aggrediendi, dum Guisius, Momorantius & Santandreanus abessent, & equitum turmæ huc illuc sparsæ laxa adhuc hospitia haberent, Nauarrusque solus in exercitu esset, quod noctu tentari placuit ne interdiu à pabulatoribus aut *Condæus castris Guisii frustra struit insidias.*

1562. à leui armatura discurrente detegerentur: Itaque Firmitatem Alesij sub initium vesperæ veniunt ibiq; iusso milite interulas altas induere, magna alacritate in viam se dant eo ordine. Colinius primã aciem ducebat cum mille trecentis equitibus cataphractis in obuium equitatum impetum facturus: Hunc sequebantur mille ducenti sclopetarij, quib. præerat Andelotus in quatuor turmas diuisi, quib. datum negotium, vt pedites aduersarios summa vi aggrederent, post eos incedebant octingenti sclopetarij cum duob. confertis sacrissophororũ agminibus qui tormenta aduersariorũ occuparent; vltimã vero aciem claudebat ipse Condæus cum mille cataphractis equitib. & reliquis peditũ cohortibus, verũ à viarũ ductorib. in ipso itineris progressu decepti, cum per integram noctem à recta viæ semita aberrassent, albescente iam die cum sese haud amplius leucã ab hospitio suo progressos animaduerterent, Momorantius Danuilla, q in ipso frontispicio exercitus excubabat, dato signo reliquos duces excitat, qui quamprimũ se ad Regem Nauarræum contulerunt, quocirca nocturnæ istæ Condæi insidiæ frustra ac irrito conatu tam temporis susceptæ fuerunt. Inde Condæus Lorgeũ tendit. Nauarræus aũt Triumuiratum rursum Castelloduno euocauit & instructo in aciem exercitu Condæo obuiã progressus est, ab vtraq; aũt parte sine prælio discessum est. Hinc Bogentiacũ q, sibi ereptum Condeus dolebat, quodq; Guisius firmo præsidio aduersus hostiũ insultus premuniuerat, copias suas recta ducit: id suffosso muto per duo foramina à Prouincialibus, quos Vascones sequebantur, & Ioannis Hangesti

luæi legione impetu captum & insolenter direptum est, vbi omnes ferme præsidiarij & ipsi etiam Protestantes, qui in oppido remanserant, occisi sunt. Econtra Triumuiratus castra sua noctu summoque admodum silentio Blæsas recta ducit, postquam paulo ante Protestantes vrbem vna cum arce occupassent & præsidio muniuissent, sed cum locus admodum infirmus esset, auxiliaque insuper frustra expectarentur, omnes qui arma ferre poterant, vrbem deserunt, pontem in vlteriorem Ligeris ripam transmittunt & Aurelianum explicatis signis petunt: Quo facto Guisius continuo vrbem intrat: Quamuis autem oppidum absque vllo certamine occupasset, nihilominus tamen omnis libertas furenti militi permissa fuit qui direptis ædibus omnem aduersus Protestantes, qui in vrbe remanserant, crudelitatem atque tyrannidem exercuit, nec imbelli quidem fœminarum gregi pepercit, qui partim violatus, partim vero trucidatus aut in profluentem mersus est, imo honestissima quædam matrona, postquam ex vndarum periculo salua & incolumis euasisset, in hostium manus peruenit & crudeliter ab istis interfecta est: inde Merum peruentum est, vbi per nouem dies continuos omnes ædes non solummodo direptæ sed & omnes earumdem incolæ vel crudeliter interfecti vel in flumine proximo, absque vlla misericordia miserando ac lamentabili prorsus modo, submersi sunt. Inde Turones ad deditionem expetunt: Quamobrem exercitum illuc deducunt vrbemque etiam minime repugnante diripiunt & immanissimis ac crudelissimis

1562.

Triumuiratus Blæsas protestantibus rursum eripit.

1562. cædibus oppidanos, qui Reformatam Religionem amplectebantur, persequuntur siquidem, tam viri quam fœminæ, nullo habito respectu ætatis aut personarum, nauibus repletis atq; in præterfluente fluuio rursum submersi sunt. Tam subiti & inopinati rumores Condæum vehementer admodum terrebant: imbres vero vastissimi & terra, ob Regionis istius pinguedinem, admodum lutosa illum à persecutione suorum hostium detinebant, imprimis vero cum non collatis signis dimicandum sed potissimum vrbes solummodo expugnandæ essent: ad maiora itaque perpetranda præclara facinora vires suas reseruabat & cum suo exercitu Aureliam redibat.

Aumalius Rothomagum frustra oppugnat. Vide Ptol. lib. 2. cap. 8

Eodem ipso tempore Aumalius Guisij frater Germanus Rothomagum (quod Northmandiæ Ducatus & Galliæ Regionis est Metropolis & Parlaméti sedes ad flumen Sequanam, quæ vrbs à fundatore Mago, II. Rege Galliæ & Rothidolo (cuius simulachrum Mello primus istius ciuitatis Episcopus euertit) nomen suum trahit) oppugnare attentauit arcemq; Sancatharinæ munitissimam ac opportunissimam crebra tormentorum bellicorum displosione vehementer concussit, quamuis irrito conatu & infelici rerum successu; ciues enim & milites præsidiarij, qui sub Duce Moruillerio, viro admodum strenuo ac nobili, militabant, hostilem impetum fortiter sustinuerunt, hostemque non semel, verum aliquoties retrocedere coegerunt: itaque ad decimum sextum diem ab oppugnatione desistere Aumalius coactus fuit, postquam in op-

pugnan-

pugnanda ciuitate ista non exiguam suorum militum copiam amisisset. 1562.

Santandraeanus expugnat Pictauium.

Condaeo Aureliam, vti iam modo diximus, reuerso, Guisius vna cum adhaerentibus suis sociis, postquam Blaesas Turonum aliasque vrbes expugnasset ac ita vniuersa illa Regione iam potiretur, nihil non hostiliter aduersus Reformatorum Religionem profitentes praetermittebat: Dehinc Santandraeanus cum aliqua parte foederati exercitus Pictauium proficiscitur, quoniam vero vrbs ista tenui praesidio munita erat, illa facile potitur vbi in oppidanos, licet suapte deditionem fecissent, crudeli ac immani prorsus modo iterum à Pontificiis saeuitum fuit, nihil magis enim illic quam caedes, rapinae, mulierum pariter ac virginum constuprationes & abductiones conspiciebantur. Interim dum tot tantasque clades ac tyrannidem, minime Christiano homine, sed ipsissimo Turco Christiani nominis hoste infensissimo, dignam, Pontificij aduersus protestantium partes exercent, Philippus Rheingrauius & Rockendorfius cum equitatus ac peditatus suis cohortibus ad Guisiorum castra perueniunt, quibus Heluetij magno copiarum militarium numero sese coniungunt: Paulo ante quoq; Guilielmus Froelichius Heluetiorum Dux famosissimus ac perquam strenuus, ex Regis Nauarraei postulatis, Lutetiam Parisiorum venerat, qui habendi delectus gratia mox remissus fuerat. Triumuiratus quoque datis ad Oratorem Regium literis, eumdem ad sollicitandos Heluetios instigauerat: Deniq; & Pasquerius Allobrox in Heluetiam missus erat, qui ad quindecim Heluetiorum postulata

Germani & Heluetij Guisio transmittũt auxilia.

signa,

1562. ſigna, ſed alia adhuc iiſdem addi peteret: Verum Tigurini, Bernates, Baſilieſes, Scaphuſiani, Claronenſes, & Abbatiſcellani, intercedebant & motus ob Religionem excitatos, quauis ratione potius, quam armis componendos ac dirimendos cōtendebant. Quamuis autem prædictæ ciuitates, ſerio admodum inſtarent & ſaluo fœdere, de auxiliis honeſte ſeſe excuſare poſſe prætenderent, attamen Frœlichij ac quinq; Pagicorum auctoritas peruicit & vrgentib. Pontificis ac Regis Hiſpaniarum oratoribus, delectus decreti, initio ſub conditione de penſionib. Soloduri exſoluendis, quæ tamen mox Frœlichij interuentu remiſſa eſt. Itaq; priſco ac recepto more duces M. Iunio rite electi ſunt: qui acceptis ſtipendiis paulo poſt ad iter ſe accinxerunt, & permiſſu Margaritæ Parmenſis Belgij Regentis per Sequanos magna celeritate in Galliam deſcenderunt: quæ tamen gratia magnam apud pleroſq; ſuſpicionem poſtmodū excitauit. Expectabantur quoq; indies Hiſpanicæ Vaſconicæq; copiæ. Hiſce & ſimilibus peregrinis auxiliis Guiſij minime acquieſcebant, ſed ad perſequendos Condæanos varias hinc inde exquiſitas technas excogitabant. Areſto enim ſenatus Lutetiani reſcriptoque literarum Regiarū omnes illi qui Aurelijs arma ſumpſerant, pro Regis Regniq; totius hoſtibus, rebellibus Regiæque læſæ Maieſtatis reis proclamabantur, quocirca illos ipſos tamquam publicos hoſtes perſequendos, honoribus quos vel ex Regia liberalitate ac beneficentia vel quocumq; tamdē modo nacti ſint, iam & in futurum quoque priuatos ac deſtitutos eſſe: imo ad perpetuā ac ſempiternam

Areſtum ſenatus Pariſini contra Aurelianos.

igno-

ignominiam fas esse, vt tam ipsi quam ipsorum posteri à Regiis aliisque publicis officiis siue honestis functionibus arceantur: illorum bona omnia, siue mobilia siue immobilia fisco addicantur, ex illorum vero numero solus dumtaxat Princeps Condæus excludebatur, vt qui nolens volens ac animo prorsus inuito à sociis detineretur: Guisij præterea diuersis terrarum locis, potissimum autem in Germania, sparsis literis, Condæum ac eiusdem socios deferebant, quasi nouarum ac monstrosarum sectarum ac corruptarum deprauatarumque doctrinarum auctores ac Mecœnates essent, tantum eo fine, vt Germanorum auxilia quibus Condæus in tam turbulento rerum statu indigebat, ab Condæo abalienarent & in suas partes pertraherent. 1562.

Cum idcirco in tot tantasque rerum angustias coniiceretur Condæus, quotidianis insuper aduersariorum iniuriis insolenter apud quosuis oneraretur, implorato Principum aliquot Germaniæ & Reginæ Angliæ auxilio, suæ sociorumque ad diluendas Guisiorum calumnias confessionem scripto publico cõprehendit, quod cum ad probationem suæ innocentiæ plurimũ faciat ac aduersariorum insolentiam, crudelitatem ac tyrannidem iustis & sanis rationibus detegat, illud lubens hic exscribere & aliquot pagellis inserere voluim⁹: Quod cum ad rem nostrã præsentẽ faciat, æquum lectorẽ aures nobis subministraturũ patulas, illudq; cũ alacritate quadã animi pellecturũ, prorsus cõfidimus: Sed ad ipsum scripti tenorẽ nos conferimus. Quoniã, inquit, quotidie audimus aduersarios nostros,

Scriptum Condæi publicum cõtra Guisiorum iniurias ac calumnias.

1562. ex consuetis suis mendaciorum comminiscendorum artibus & inueterata in nos malignitate, vbiq; nostras omnes actiones traducere ac calumniari, modo Atheismum, modo Anabaptismum, aliasq; modo reprobatas doctrinas affingētes: vt hoc modo bonas eorum voluntates præclaraq; studia, qui nobiscum verum purumque Dei cultum ex Prophetarum Apostolorumque doctrina tueri ac defendere conantur, labefactent atque alienent: voluimus præter superiores causæ nostræ explicationes, ꝓponere breuem summam fidei nostræ. Qua adoramus & inuocamus Deum viuentem in nomine vnici filij sui Domini & seruatoris nostri Iesu Christi, retinentes nos in ipsius timore & reuerentia ministerio verbi sui & sanctorum sacramentorum *Baptismi* nimirum & *Cœnæ sacræ ex ipsius institutione*, vsu adhibito. In summa in omnibus fidei articulis consentimus primitiuæ & antiquæ Ecclesiæ, quæ Prophetarum Apostolorumque scriptis vt salutis nimirū nostræ vnicę regulæ, innixa est, quemadmodū copiosius continetur in fidei nostræ confessione, vnanimi Ecclesiarum Reformatarum, quę in hoc Regno sunt, consensu confirmata: cuius exemplaria hac de causa ad omnes exteras nationes mittimus, ad diluendas detestabiles nefandasque calumnias atque imposturas, quibus hostes & Dei & Galliæ nostrique, præfracta nimium impudentia etiam scriptis signatisque literis voluerint nos vbique traduci atque infamari. Oramus obtestamurque etiam atque etiam, omnes puræ Euangelij veritatis studiosos fidelesque Dei seruos perque sacrum Dei nomen adiuramus, ob oculos pri-

Protestātium cū primitiua Ecclesia in Religione cōsensus.

mum

mum sibi repræsentent tot innocentis sanguinis " 1562.
per vniuersum hoc Regnum exundantis riuos, cœ- "
loque terraq; vindictam expetentis; deinde; opem "
nobis hac in causa, ipsa æquitate iustitiaque cum "
omnibus piis communi, auxilium ferant nobisq; se "
coniungant, ad illorum crudelem tyrannidem re- "
primendam & subuertendã, qui cum sanguine fa- "
cultatibusq; nostris, sanctam conscientiarum no- "
strarum libertatem, beneficium huius rei à Rege "
nostro naturali summoq; Domino delectissimi ex "
omnibus Regni prouinciis cœtus sententia datum "
tributumque eripere conantur: persuasi nobis in "
vnam Religionem vnumque animorum consen- "
sum coniunctis, Deum omnipotentem optimum "
maximum; virtutem potentiamq; suam ad Eccle- "
siæ suæ salutem exerturum, nostroque labori bene- "
dicturum ad nominis sui gloriam, propagationem "
Regni filij sui Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu "
sancto sit laus & gloria sempiterna. "

Aresto quoq; senatus Parisini, quo socij Rebellionis Regiæq; Maiestatis læsę crimine damnabantur, respõdet: recusatis primum singulis illius collegij viris, præsidibus senatoribusque, quasi ad causam istam minime idoneis: recusationumq; causis scripto explicatis, quod ad ipsos deferendum curauit. Et quamuis, inquiebat, superioribus scriptis " suis ipseque sociiq; abunde demonstrassent æqui- " tatem causæ, quæ ipsos armasset, libertatem nimi- " rum autoritatemque Regis & Regiorum Edicto- " rum de sancta conscientiarum libertate Ecclesia- " rumq; Reformatarum pace obseruationem: cum " tamen gloriæ Dei publicæque vtilitatis hostes, no- "

Responsio Condæi ad senatus Parisini Arestum.

1562. „uas indies calumnias, quibus suam sociorumq́; in-
„nocentiam obruant, comminiscantur: consenta-
„neum plane rationi esse, vt si profligati homines in
„oppugnanda veritate iustitiaq́; non defatigentur,
„neç ipsi in eadẽ illa tuenda defendẽdaq́; animis ca-
„dant. Cum itaque ad vicesimum sextum diem Iulij
„datũ fuerit in senatu Parisino cõdemnationis Are-
„stũ, quo Rebellionis reos peragunt qui arma ad Re-
„gis Regiorumq́; ordinum autoritatem conseruan-
„dam, contra Guisiorum sociorumq́; tyrannidem,
„sumserunt: necessarium omnino esse illius senten-
„tiæ peruersitatem non solum Regni istius incolis,
„sed exteris etiam Regionibus demonstrari, poste-
„ritatiq́; etiam hoc monumento repræsentari: Fore
„enim ꝓ memorabili exemplo, in quo conspici po-
„terit in quantos cæcorum labyrinthos Dei Eccle-
„siæq; hostes inuoluantur, eoq; dementiæ & cæcita-
„tis venire, vt pro veritate falsitatem asserant, eos se-
„ditiosos iudicando, qui, quantum in ipsis situm est,
„pacem tranquillitatemq́; publicam exquirunt: re-
„bellesq; eos declarando qui, rerum suarum ratione
„plane deposita, fortunas facultatesq́; exponunt, in
„discrimen capitis veniũt, quo Regi obedientia, Re-
„giis Edictis legitima cõstet auctoritas. Et vt hæc re-
„bellionis pronunciatio iniustitiæ præuaricationis-
„que manifestius conuincatur, proque hostis calu-
„mnia, non vero pro Iudicis sententia, habeatur, ec-
„ce ego, inquit, sociique, præter superiores innocẽ-
„tiæ nostræ, explicationes, ista hunc in modum de-
„monstramus. Primũ quod ego ab illo numero ex-
„cludor, Regię sane dignitatis studiũ apud me certe
„quidem plus potest, vt non me existimem eius vul-

neris participem, q; eis inferretur, quos noui scioq; nullum vmquam alium in sumendis armis nec habuisse nec habere finem, quam Regis Regniq; conseruationem: aioque tantũ abesse vt hac exceptione existimem mihi gratificatum: vt contra, me offensum tester, quod ita conati sint, meã tam fidelibus Regiis famulis, tamq; probo ac pio cœtu separare ac seiungere. Itaq; coram Deo hominibusque plane persuasus, illorum innocentiam huiusmodi esse, vt ne minima quidem rebellionis maculæ, nec mihi nec illis possit hærere: volo eadem plane cum illis conditione esse, qui in eadem causæ bonitate, eadem Religione, eademque Regi ipsiusque statui conseruando, puroq; Dei cultu in hoc Regno constituendo, voluntate coniunguntur. Et quemadmodum ab illis nec possum nec debeo improbari, quorum imperiis arma iuste sumpsi: ita nec debeo nec volo ab illis me seiungere, q meo rogatu mecũ arma sumpserunt, in eademque & mente & voluntate versamur. Deinde satis superque huiusmodi artificiorum, meis illis aduersariis familiarium, peritus sum, vt intelligam quid illi mihi eo exceptionis velo obtentuq; moliantur: vt etiam plane potest perspici ex Rescriptis ad prouinciarum præfectos missis, in quibus cum aliis ego item comprehendor. 1562.

Vt vero constet Rebellionis crimen in illos retorqueri debere, qui illud nobis opponunt, idest, illos vere rebelles esse qui arma primi, ad Edictorum Regiorum auctoritatẽ violandã sumpserunt: non vero nos qui ad huiusmodi conatus impediendos nostra arma opposuerimus: breuiter repetemus, Condæus crimen rebellionis in aduersario suos retorquet.

1562. » quæ copiosius in nostris scriptis, antea editis, continentur. Nemo autẽ nescit Ianuarij Edictum eam tranquillitatem vniuersæ Galliæ attulisse, vt videretur Regni istius status (variis antea turbarum procellis agitatus) tum demum in tutissimum tranquillissimumque portum appulisse, cum Guisius ex patrata ad Vassiacum strage, aperte demonstrauit, se Regisque dignitati pacique & vtilitati publicæ capitale bellum indixisse. Quæ res sane, prout debuit, mihi ingratissima fuit, quippe qui iure quodam naturali, auctoritati dignitatique Regiæ conseruandæ, quam Guisij iam pridem conantur delere, me obligatum intelligam. Hoc nimirum mihi insolentissimum videbatur, subiectum, Regis sui Edictum, adeo aperte violare ausum, Edictum, inquam, ex ordinum decreto factum, consilij Regij auctoritate & Nobilissimi, optimorum virorum, cœtus sententiis, abque omnibus Parlamentorum curiis confirmatum. Et quamuis ego meo iure iustam tunc haberem occasionem, memet rei tam aperte aduersus Regem regiaque Edicta factæ opponendi: tamen mihi temperaui, donec disertum mandatum ad hanc rem efficiẽdam haberem. Hic pro Reginam meminerit, cum Sangermani esset, se Guisiorum consilio certiorem fuisse factam, vt nimirum auctoritate sua abdicaretur, fideliores suarumque rerum studiosiores famuli ab eius latere expellerentur, vt occupata Regni administratione (quod iam pridem agitant) omnia pro arbitrio moderarentur. Quæ res ei nuntiata fœderisq; quod Legati Hispanici intermedio moliebantur, coitio vehementem molestiam doloremque affe-

rebat:

rebat: atque ita quidem, vt hac de causa illa me ro- 1562.
gauerit vt quantum possem hominum, ad illa con-
silia impedienda colligerem. Quod fideliter præ-
stiti, habita & Reginæ mandati & officij erga Re-
gem Regnumque mei ratione. Hoc fuit initium
omnium earum rerum, quas ex eo tempore perse-
cutus sum, iis, quos Regina hostes sibique noxios
iudicasset, me opponens. Et meminerit, quorum
singillatim potest meminisse. Vbi vero Guisij suis
& Lutetiæ coitionibus aperte in lucem, obque
omnium oculos exposuissent, quid illis prius ani-
mis secretius esset: ipsa repetitis & litteris & nun-
ciis, prius illud mandatum, vt me Guisiorum so-
ciorumque violentiæ opponerem, diserte confir-
mauit. Ipsam vero ego hic oro obtestorque, quan-
tum Reginæ fides sermoque firmiter stare debet,
repræsentet sibi eas ipsas res, quas propria ipsa ma
nu ad me perscripsit, quas modo cogor in lucem
emittere ob oculos omnium, vt in ipsius etiam li
teris, mea innocentia perspiciatur. Non possum
enim non intelligere, illam earum rerum memi-
nisse, quas ad me Fontambellaqueo perscripsit ad
M. Martium Regemque seque mihi commendans
in hæc verba: *Commendo tibi & matrem & liberos.*
Eius etiam quod propria manu ad me per Bocaua-
nium scripsit cum Guisiorum vires Lutetiæ essent:
ne videlicet arma deponerem antequam idipsum
aduersarij præstitissent, & quorsum illorum con-
spiratio abiret, perspici posset. Meminerit quam
sæpe præ se tulerit literisque significauerit se pro
summo merito, quod agerem, habere: quod in
Regis memoria infigeret, vt quando ad ætatem le-

Condæus innocentiã suam ex suis ad Reginam datis literis testatur.

 giti-

1562. " gitimam peruenisset, præmium mihi pro debito
" redderet; In hanc sententiam facit, quod Amira-
" lio dixit paucis ante diebus antequam ipse aula
" discederet: se nimirum illum agnoscere ita fide-
" lem erga Regis obsequium suumque, vt, si opus
" esset, non grauaretur omnes suas rationes impen-
" dere ad se Guisiorum oppressione liberandum: vt
" non ita pridem ad illum per Rabouilletum scri-
" psit: se illum ita Regi fidelem famulum existima-
" re, dignitatisque Regiæ conseruandæ studiosum,
" vt ipsius consilio vti velit, ad præsentes motus pa
" candos.

" Denique quæ recens mihi sociisque dixit qui
" vna Bogengiaci eramus, tam perspicue suum hac
" in re consensum approbationemq; demonstrans,
" vt superuacaneum esset infinita alia, ad proban-
" dum illud, argumenta repetere. Ibi enim coram
" septem Illustribus viris ordinis Equitibus, nobis
" de eo obsequio, quod illi exhiberemus, istis verbis
" testata est: *Se Regis suamque vitam nostro beneficio con-*
" *seruatam agnoscere*. His consideratis, ecquænam
" ratio meis aduersariis fauere potest, non dico vt
" certum argumentum, sed ne coniectura quidem
" rebellionis iniri aduersum nos queat? Cuius au-
" ctoritate dicimur rebelles? An Regis Reginæque,
" quæ expressis mandatis nos armauit, quæ ad nos
" istis in periculis confugit, quæ in ea nos voluntate,
" litteris & sermonibus fouit, & quæ officia nostra
" prædicando, eorumque causa, gratias agendo, ap-
" probauit nostrum hoc factum, tamquam vtilem
" huius regni conseruandi rationem? præterea, ne-
" mo est qui nesciat, hostes illos nostros abuti Regis

Regi-

Reginæque nominibus, quorum etiam volunta- «1562.
tes sibi addictas atq; obligatas teneant. Quæ cau-
sa est cur ego sociisque hactenus testati simus, *Nos nulla Regio nomine Edicta, Rescripta, Decretave agnoscere, quandiu ipsi libertas, aduersariis atque armis impotentibus eripietur:* cuius equidem rei hoc vnum, præter multa hactenus à me demonstrata, proferam exemplum: Quod apud nos Regina literis sæpe conquesta est, se non posse ea, quæ peteremus ideo tribuere, quoniam pars aduersa potentior esset populusque armatus. Et quamuis à M. Aprili proxime præterito, Regis nomen ita in abusum vsurpetur; tamen res eo clarius patefacta fuit & quidem illustrissime ex iis litteris, quas Regina per Vieilleuillium & Villarium ad vicesimum quartum diem Maij misit, qui ait: *Se Regem in aliorum manus tradere:* vocabulo *aliorum* aduersarios nostros intelligens. Vnde consequitur, hanc rebellionis sententiam omniaque alia Regio nomine facta, iudicari debere ab hostibus nostris facta: cum Rex in illorum sit manibus, vt ex Reginæ testimonio apparet. Iudicetur ergo, ecquænam sit sententia in condemnatos prolata ab iis qui & aduersarij sint & Iudices. Verum perspiciamus sane; Ecquod magnum sit illud Rebellionis crimen & cur nobis opponatur? *Quoniam*, aiunt, *arma nolunt deponere.* Si ita est, quæro quo nomine ipsi sunt appellandi, qui ad aulam accedentes cum armis, quamuis nullos haberent in armis hostes, arma tamen deponere, Rege, Reginaque iubentibus noluerunt: & qui hoc tempore, eadem qua primum sumpserunt, illa retinent audacia? Ecquis vero est,

Argumentum sine obitionis Triumuira ...

1562. qui deponere hostis mandatu & interpellatione velit ensem quem ad pugnam habeat districtum? Ecquidnã aliud est, cum imperatur vt arma (hostibus meis armatis) deponam, quam vt hostes mihi imperent, fortunæ meæ illorum rapacitati, vita crudelitati exponatur? Denique vt legem ex legibus sumam; Nonne vero illud est sepem perfringere, quam Deus Ecclesiis suis circumduxit, vt præsidiis istis destitutæ, hostium immanium crudelitati obiiciantur? Præterea, nemini non potest esse notissimum, me semper testatum esse arma depositurum, vbi primũ hostes mei, armis depositis, Regẽ pristinæ libertati restituissent. Nonne æquũ erat eos, qui arma primi & quidem iniussi, nulla auctoritate, etiam contra Regia Edicta, expressaque Regis & Reginæ mandata, sumserant, prius arma deponere, quam eos, qui illorum exẽplo sese armauerant, id est, Regis ac Reginæ, ad illos conseruandos, Edictaq; ab aliorum oppressione & violentia vindicanda, autoritate mandatoque? In summa examinent quæcunq; ad hanc vsq; diem feci: comperietur sane, responsiones, declarationes, conditiones measque omnes actiones tot fuisse meæ innocentiæ testimonia. Quænam conditio pacis ad rationem & æquitatem ẽt accedens, à me vnquam denegata, imo à me sociisq; non expetita fuit? Quã sæpe peregrinos, ne in hoc Regnum ingrederẽtur, tenui? Nonne causæ meæ meritũ, principib. exteris huiusq; maxime Regni cõfœderatis significaui, postulãs vt intercederẽt, harũq; cõtrouersiarũ pacificationi se interponerẽt? Qua modestia me gessi in illis vrbib. q̃ penes me fuerũt? aliqua ne vel minima

quidem

quidem fuit violentiç aut iniustitiæ indicatio? Ho- « 1562.
stes verò vrbes Regias expugnando, nec tantum «
eripiendo Regium de Religione beneficium, o- «
mnia barbara immanitate repleuerunt, vt oppido- «
rum viæ cadaueribus oppletæ, terra innocentum «
sanguine exundetur. Iudicetur ergo ex effectis, ec- «
quinam mereantur peragi rebellionis rei? an ego «
sociique qui nos ad edicta Regia, ordinum publico «
& solenni decreto, (quorum quidem maxima in «
minore Regis ætate, ratio haberi debet,) condita «
conseruanda armauerimus; an hostes nostri, qui «
armis sine Regia auctoritate sumptis, edicta viola- «
runt, vrbes expilarunt, Regios subiectos immani- «
bus cædibus obiecerunt: Edictisque Regiis sublatis «
& Ianuarii maximè vtili ac laudato edicto, ipsi no- «
ua edicta figunt. Itaq; si rectis iudiciis omnes istius «
causæ partes perspiciantur, comperietur me so- «
ciosque falso rebellionis damnatos, ab iis qui reue- «
ra ipsi sunt rebelles: seditionis, ab iis qui ab Henri- «
ci Regis temporibus, causæ omnium turbarum, «
quæ hoc Regnum afflixerunt, veræ extiterunt: vio- «
latæ Regiæ Maiestatis reos, ab iis qui Regem oppri- «
mere conantur, regia edicta antiquant, ipsiusq; no- «
mine & auctoritate ad sese, ipsius ruina, amplificā- «
dos abutuntur. Illi, illi sanè violatæ diuinæ Maie- « *Diuinæ*
statis sunt rei, quorum actiones semper demon- « *Maiesta-*
strarunt illis ambitionem pro Deo esse: auaritiam « *tis læsæ*
pro Religione: & mundanas voluptates pro vltima « *Rei qui*
& vera felicitate: qui bellum filio Dei, ipsius verbo « *iudican-*
illiusque studiosis capitale indixerunt: qui item « *di sint.*
Anabaptistis propriam faciunt, baptismum pueris «
ex Iesu Christi institutione baptizatis, repetendo «

1562. » qui domos rapinarum plenas, manus innocentum » sanguine pollutas habent.

Humanæ Maiesta- tis viola- tores qui. » Humanæ autem læsæ Maiestatis rei sunt, qui Re- » gia edicta pessumdant, Regem armis expugnatum » armis denuo obsident: qui Regis Regnique exitiũ » quærunt, Et, vt rem concludam, illi sunt Maiestatis » violatæ rei, qui vniuersum Regnum ad impia scele » ra, Euangeliique libertatem opprimendam arma- » runt, sibique diserte Regios subiectos Sacramento » obligant atque distringunt. Intemperies illæ, ne- » fanda illa facinora clamant, Guisios sociosque suos » rebelles, seditiosos, Maiestatis diuinæ atque huma- » næ reos esse. Contra, perspicuum est, illos veros es » se fidelesq; Regis subditos, qui illorum rebellioni- » bus, seditionibus & ad Regiã auctoritatẽ Regniq; » statum puertendũ, impiis conatibus viriliter se op- » ponunt: Cuius rei, præter à me allegata argumen- » ta, hoc etiam sit testimonium: Quod ius politiam- » que huius regni euerterint & in Parisino quidem » Senatu, cuius opera in hac falsa & perniciosa sen- » tentia rebellionis abusi sunt; nec certè alios homi- » nes deprauatiores, corruptiores suarumq; cupidi- » tatum magis seruos potuerant reperire, qui nimi- » rum sua, Guisiorum fauore, munera aut habuerũt, » aut noua ipsorum beneficiis commoda sperant: & » illorum nimirũ Principes in Guisiorũ sociorumq; » cõspiratione, cuius hodie tam luctuosa effecta sen- » timus, continentur. Et sane fatendum est, inter oẽs » calamitates quibus Deus hoc Regnum afflixit, hãc » vnã maximam esse, huiusmodi Senatum, q iustitiæ » sedes, oppressorum pfugium, frænum & pœnæ vi- » tiorũ esse debuerat, ita à recto suo naturalique vsu

alie-

alienũ, vt omnis iniustitiæ violẽtiæq; omni facinorũ scelerumq; impunitati, portã apiat. Et ad hãc rẽ probandã nõ solũ profero multas multis illatas ab illis iniurias, querelas, clamores, tot innocẽtũ ab iis oppressorũ, cõdẽnatorũ, interfectorũ sãguinẽ: verũ maximè profero, hoc aduersum nos falsum puersumq; iudiciũ: iniuriã nimirũ pplurimis hominib⁹ illatã, quorũ vita omnesq; actiones semper testatæ sunt, reuerẽtẽ obedientiã, q̃ Regi optamus exhibere. Ne quid verò iniusti iudices illi relinquerẽt, hãc sententiã pronunciarunt causa non audita, rationibus minimè discussis: iustificationis argumentis minimè intellectis: Et recusati & recusationũ causis explicatis, non tamen destiterunt ab instituto, vt omnibus constet in Senatu Parisino nullos alios esse iudices, q̃ ppósteras opiniones, corruptiones, odia: nullas alias esse leges, quã Legũ edictorumq; regiorũ, probatarumq; cõsuetudinũ contẽptũ & aptam violationẽ. Atq; hic vos appello, q iudicũ nomẽ vobis attribuitis: qd nã est iniustè & corruptè agere, si hoc nõ est? Nã vbi est iustitiæ forma obseruata? vbi nã rationes qbus rei cõuicti sunt? vbi nã antiqua illa probata consuetudo: *Non posse eumdem in eadẽ causa & iudicem & aduersam partem agere?* Quare vos in eorum ingessistis iudicium, qui vos iudices recusarunt? tot nimirum rationibus ad hoc agendum incitati, quot in vobis iniustitiæ & præuaricationis manifesta argumenta perspiciuntur. Et certè nonne iustis rationibus recusati estis, qui ex vestro cœtu oẽs illos exturbastis, quos ad vestras coniurationes minimè conspiraturos suspicabamini? Vos nimirum qui vestro illo edicto arma

in fu-

1562.

1562. » in furiosi populi manum iniecistis, contra ius diui-
» num humanumque, contra vestras etiam Leges,
» contra denique totius istius Regni vniuersam pa-
» cem ac tranquillitatem? qui Ecclesiarum Refor-
» matarum ministros proclamastis, veluti publicos
» hostes violatæque Regiæ Maiestatis reos: quos ta-
» men solemni edicto Rex in fidem suam acceperat,
» quique hoc nomine, vestra etiam opera, Regi Sa-
» cramentum præstiterunt? Vos sanè, qui eo auda-
» ciæ deuenistis, vt per delegatos vestros, Fayum &
» Cambonem, Regi dixeritis, vobis istos de concor-
» dia ineunda, sermones miros videri & pericios os,
» numquamque vos istas de pace inter me aduersa-
» riosque meos conficienda, rationes approbaturos:
» vt hoc modo omnem dubitationem planè tolle-
» retis, quin capitales sitis mihi meisque sociis ho
» stes, atque adeo os vobis præcludentes, ne aduer-
» sum nos quicquam, præiudicati nimirum, sta-
» tuatis. Quid vero pluribus opus est? Perspiciatur
» sanè Regni Metropolis, in qua vestra est sedes: ani-
» maduertantur sanè horribiles crudelitates, quæ à
» populo, vestro consensu, voluntate, impulsuquo-
» tidie agitantur: Expendantur, vti par est, plærique
» vestrum, quorum plurimi (quo melius nimirum
» demonstraretis vos iustitiam planè abiecisse: nec
» amplius iure, sed vi vti velle,) ex Præsidibus & Con-
» siliariis seu Senatoribus, milites euaserunt: pennas
» in enses, togas in æneos thoraces commutarunt:
» ipsi sese militares Duces ferunt, publicè armati cõ-
» spiciuntur, istosque intemperies agitant tam illo-
» rum muneribus indignas, quàm ipsorum vitæ cor-
» ruptionibus dignissimas. Ista omnia consideren-

tur: Quod si rebelles, de rebellione, publicæ tranquillitatis hostes de seditione, regiorum edictorum violatores, de violatæ Maiestatis crimine iudicare non possunt; Si, inquam, qui ipsi condemnandi sunt, alios condemnare non debent: haud sane negare potestis, quin ij quos condemnastis, non solum vestri recusandi, sed in vos etiam, suo & tempore & loco, ex vestrarum iniquitatum facinoribus animaduertendi iustas habeant & certas rationes.

1562.

Nullus in causa sua propria iudex constituitur.

Itaque res omnes istæ ad iustam trutinam expensæ, demonstrabunt perspicuè omnibus iis, qui ad hanc causam liberum absque præiudicio alienum iudicium afferent, (quamuis nihil ad meam meorumque sociorum innocentiam aduersus hoc iniquum iudicium defendendum afferretur,) rem tamen adeo esse claram & manifestam, vt ipsa & per se loquatur, & falsas impudentesque iudicum aduersariorum calumnias planè conuincat. Hoc verò omnibus reputandum relinquo, quàm mihi sit iustus dolor, pro eo quod mandatis ad Regis Reginæque defensionem fideliter obtemperaui, & rẽ meque loco ex quo oriundus sum, fidelissimo dignitatisque Regiæ studiosissimo famulo dignam, ad vniuersi Regni pacem vtilitatemque necessariã effecerim: istis præmiis me nunc remunerari ac cõpensari, vt officium quod Regi reddidi in crimen vocetur, atque obedientia seditionis nomine inuoluatur. Hoc mihi vero non modo graue, sed prorsus est intolerabile. Et quamuis turpis illa atque infamis nota, quam mihi inurere conati sunt, nullo modo possit mihi inhærere: Ego tamen pro-

1562. fiteor ac agnosco me volũtatẽ habere de mea meorumq; existimatione tuenda maximã, conaturumque vt nostra innocentia non solum Gallis, sed exteris etiam populis ac nationibus innotescat, illiusque memoria ad posteritatẽ transmittatur. Et quoniã tam iniqua & puersa contra me sociosq; meos sententia, politiaeque Gallicae iudiciis plane profligatis, animaduertam viam iustitiae ita mihi esse obstructam, vt edictorum Regiorum obseruationem hoc tempore minime possim expectare, nec adeo meam innocentiam demonstrare: his de causis, velut ad extrema & vltima remedia, cogor ad arma confugere: quae cum in manibus, de Regis Reginęque mandatis, habeam, tum ex officio, propter eam dignitatem, quam in huius Regni statu gero: testor me in ea esse voluntate, vt numquam illa deponã, donec & Regi meo ab omnibus pacate obediatur, illiusque edicta obseruentur, meaque meorumque sociorum innocentia ab omnibus perspiciatur. Hanc vt habeam voluntatem, & Dei gloria & meum officium faciunt. Itaque ego sociique coram Deo ipso ac Rege omnibusque populis ac nationibus, ad quas rerum istarum cognitio potuerit peruenire, testamur nos obedientissimos ac fidelissimos Regis, Summi nostri Domini subiectos esse ac seruos: nostraque arma non contra ipsum, sed contra ipsius aduersarios & hostes ferri, quos dicimus rebelles, seditiosos violataeque Maiestatis reos: quod huius Regni leges institutaque peruerterint, edicta Regia infregerint, ordinum auctoritatem (sese in Regii consilii Collegium, quod illis erat de ordinum decreto inter-

Condaeus se suaque arma Regẽ obseruãtia ad omnes nationes prouocat.

dictum

1562

dictum, fidelibus & legitimis Consiliariis exturbatis, ingerendo,) impudenter violarint: Tum quod Rege ipso in suas manus deducto, ipsi libertatem eripiant, ipsius nomine, ad suas ambitionum & crudelitatum insatiabiles cupiditates abutantur: coitiones & conspirationes quotidie factitent, tum vsurpationi suæ retinendæ, tum maximè Regiorum subiectorum parti perdendæ atque delendæ: & quidem hac de causa maximè, vt puram Euangelij prædicationem, Gallia exterminent, veritatisque studium profitentes extinguant pessumdentque. Aduersus illos ergo, tantumque his de causis, & quæ ex iis dependent, ego sociique denuo testamur, nos arma in manibus habere, idque extrema necessitate coactos: cum nullam aliam rationem Regi, edictorumque Regiorum auctoritati, dignitatisque Regiæ firmitati, ordinumque statui, complurimorumque Regiorum subiectorum vitæ ac fortunis, puroque adeo Dei cultui Regiis etiam per vniuersum Regnū edictis stabilito, defendendis conseruandisque, habeamus. Quarum rerum momenta, adeo meum meorumque sociorum animos tangunt, vt dū consideramus horribilē calamitatē ac vastitatem, q̄ in hoc regnum, (si illi, vtà quinque hinc mensibus inceperunt, persequerentur,) per infinitas cædes, strages, clades, infinitaque scelera esset exundatura; in animum penitus induxerimus, nullum periculum, ad hæc euitanda mala, subterfugere, nec capitum nostrorum discrimen, vt Regiorum subiectorum vitas incolumes seruemus,

nec

1562. nec nostrarum fortunarum iacturas ad pacem Regni redimendam declinare. Nec vero perniciosi istius & mendacis de rebellione, iudicij metu retardamur: at illud pro calumnia à nostris aduersariis & mendaciter confecta & impudenter edita, habemus contemnimusque: & quidem cum ei nos opponimus, minimè nosmet opponere testamur, nec Regiæ voluntati, nec Parlamenti legitimè instituti Aresto: Sed violentiæ, oppressioni, manifestæque aduersariorum nostrorum, contra vitas fortunasque nostras, impressioni.

Germani, & imprimis Heluetii à Condae wantur, vt ab armis cõtra Protestantes ferendis abstineant.

Oro atque obtestor non modo omnes huius Regni incolas, qui Regii obsequii promouendi studio tenentur, sed etiam omnes Principes exteros, æquitatis & iustitiæ amantes, mecum sese, contra violentiæ & iniuriæ oppressionem, Regi puero factam, opponant, cuius virtutes in hac teneræ etiamnum ætate elucentes, certam spem iniiciunt fore, vt cum ad legitimam ætatem peruenerit, gratiam sit relaturus officiorum auxiliorumque, ad istas maximas necessitates suas, collatorum. Et disertè, ego omnes peregrinos Germanos atq; Heluetios, qui vel iam venerunt aut venturi propediè expectantur, opem meorum aduersariorum conatibus laturi, oro, meminerint nominis illius atque æquitatis, cuius obseruatio maximo hactenus fuit ipsorum maioribus honori: ne committant vt hoc in ipsos opprobrium cadat, quod pro mala ac iniusta causa, aduersus bonam atque iustam causam pro Regis hostibus aduersus Regis fideles subiectos: Pro peregrinis Principibus, aduersus Principem Regis consanguineum: Pro Pontificis Ec-

cle-

clesiæque Romanæ fautoribus, aduersus eos qui „ 1562.
puram Euangelii veritatem profitentur, pugna- „
rint. Hicque omnium illorum peregrinorum, qui „
Euangelii veritatem puram profitentur, conscie- „
tias coram Dei iudicio appello: vt illi videant, ne „
Euangelii ex hoc Regno expellendi, eorumque „
qui illud profitentur, perdendorum exterminan- „
dorumque, sint ipsi impiis Euangelii piorumque „
omnium hostibus, administri. Oro etiam illos, vt „
animaduertant quodnam sit meorum hostium „
consilium, nimirum (quamuis obtendant nomen „
rebellionis mihique & meis sociis illud conentur „
imponere,) eo illos ipsos aspirare, vt Euangelium „
ambitioni crudelitatique ipsorum pessumdent: „
meque adeo ab illis peti, quod Euangelii liberta- „
tem edicto Regio concessam, conertueri ac de- „
fendere. Illi itaque peregrini, eamdem nobiscum „
puram veritatem amplectentes, debent impedire „
quo minus mei aduersarii, sicuti iam dictitare in- „
cipiunt, illis per ludibrium subsannent: quasi ipsi „
pecunia effecerint, vt illi qui Euangelium in Pa- „
tria sua defendissent, ad Euangelium in Gallia ex- „
pugnandum venerint. Moneo etiam vt longio „
rem rei finem perpendant, vereanturque, ne si ij- „
dem illi veritatis hostes, deleant in Gallia verita- „
tem Euangelii profitentes, sua quoque arma cis „
Rhenum extendant, quo illos etiam, eamdem do- „
ctrinam nobiscum amplectentes, ex fœderis cum „
Pontifice & multis peregrinis Principibus icti „
formula, in suis ædibus adoriantur. Et quamuis „
adhunc vsque diem distulerim peregrinos ad meã, „
id est, Regis eorumque qui ipsius beneficio ex „

1562. » Euangelica reformatione viuunt, causam inuo-
» care: tamen cum mei hostes inceperint peregri-
» nos ad malam suamq; causam accersere: testor me
» nihil imposterum detrectaturum aut cunctaturũ
» illorum auxiliis vti ad meam istam causam, (quan-
» doquidem Regis conseruatio cum illius conser-
» uatione coniuncta est,) defendendam. Ac quo-
» niam huiusmodi bellum, quod indies magis ac
» magis inflammatur, non potest non secum maxi-
» mas trahere calamitates: Ego sociique coram
» Deo ac hominibus testamur, minime nos esse illa-
» rum calamitatum causas: sed eos nimirum, qui
» turbas istas excitarunt, vt omnium istorum malo-
» rum causæ ad meos hostes, vtpote harum turba-
» rum auctores & fautores, deriuentur. Denique
» volo cupioque fœdus à me iam cum principibus,
» optimatibus, nobilibus, iisque omnibus qui me &
» sequuntur & sequuturi sunt, initum, hoc meo scri-
» pto confirmari ac constabiliri. Quibus ego sociis
» meis promitto polliceorque me, hunc honorem
» nimirum à Deo consecutum, vt & illius fœderis
» sim caput & Ecclesiarum Reformatarum, sub Re-
» giis edictis ab hostium iniuriis violentiaque con
» seruandarum vindex, priorem quidem vitam fa-
» cultatesque meas impensurum, vt purus Dei cul-
» tus primum constituatur, illumque sequentes siue
» amplectentes defendantur: Rex suæ libertati ac
» pristinæ auctoritati ipsiusque edicta & Regni le-
» ges institutaque ad primam dignitatem restituan-
» tur. Oro item atque obtestor omnes meos con-
» fœderatos, vt eumdem mecum animum, eam-
» demque alacritatem ac constantiam, in hoc tam

pio tamquam laudabili consilio, retineant: oculos ad causæ istius nostræ iustitiam deferentes, omnesque vires suas collocantes in Dei virtute, vt persuasissimum hoc illis sit, pugnantibus pro Dei gloria, Ecclesiarum incolumitate, Regis Patriæque conseruatione; & eiusdem illius Dei optimi Maximi opem minimè defuturam. Quem ego oro, suscipiat nostræ causæ patrocinium atque adeo iudicii sui thronum conscendat, coram quo demonstro atque explico horribiles blasphemias quas contra ipsius Maiestatem, aduersarii sui & nostri euomuerunt: crudelitates quas in miseras suas Ecclesias expatrarunt: Sanguinem tot suorum effusum: Sanguinolenta perniciosaque consilia aduersus ipsius gloriam, suorumque vitam ac salutem: atque ita vt populo suo in protectionem suam assumpto, suam potentiam, iustitiam sapientiamque aduersariis suis opponat, iis benedicat qui populum suum tueri volunt: se afflictorum esse perfugium, Ecclesiæ suæ liberatorem, hostiumque eius hostem ac iudicem. 1562.

Nec tamen interea Guisii in Gallia cessabant. Sed postquam Marescallus Santandreanus, vti diximus, Pictauium expugnasset, à Guisio ad expugnandum Auaricum totis copiis concurritur. Præerat tum temporis oppido isti nomine Condæi Iuoyus cum præsidio Francorum ad decem signa peditum & ducētos equites. Cū icciro Guisiani omnia fermè Biturigū oppida expugnassent totamq; regionem horrendum in modum peruastassent, tādē etiam Auaricum validissimo exercitu tribus nimi- *Auaricum à Guisianis occupatū.*

1562. rum equitum & quindecim peditum millibus tormentisq; insuper maioribus quamplurimis decimo die Augusti obsidetur. Quamuis autē Triumuiratus milites vrbis muros tormentorum istorum fulminibus vehementer admodum concuterent, mœnibusque quassatione ista quotidiana magnas ruinas infligerent, nihilominus tamen virtute oppidanorum & præsidiariorū strenue hosti resistentiū multisq; factis eruptionibus, Guisianos grauiter infestabant. Dum autem Guisianorum exercitu quatuor turmæ equitum & sex signa peditum Lutetia præmitterentur, simulq; maiora q̄dā tormenta cum puluere tormentario adueherentur, Amiralius captata ista occasione, cū expedita manu militum Aurelia clanculū secedit & ad Castellodunum illos ex improuiso adoritur, in fugā vertit, multos cædit & omnia ista tormenta cum commeatu bellico intercipit; verum dum illo ipso tēpore penuria equorum, ad deductionē tormentorum, Amiralius laboraret, tormenta illa suo ipsius pabulo repleta, incensa & hoc modo conquassata sunt. Illo ipso tamen die Iuoyus Auarici præfectus, cum de aduehendo commeatu & auxilio suorum sociorum desperaret, seu proditione, quemadmodum tum temporis constans à militibus in castris rumor spargebatur, de deditione hoc modo cum Guisio paciscitur: Iuoyum suosq; tribunos ac milites oppidanosq; oēs vita fortunisque saluos fore ac incolumes, libertatiq; conscientiarum relictū iri: nec vero hæc arma propter Religionis negotium vlli vnq̄ fraudi sint: Omnes ipsius copiæ ad Regiū deducantur exercitum, quibus Rex securè caueat

ac pro-

ac prospiciat: illas in Regis Nauarræi tamq̃ summi Regis Legati tutela ac protectione fore: Iuoyo & reliquis ducibus militaribus nobilibusq; viris Regis salutandi copiã fore. Et quoniam Iuoyus testatur se Condæo Sacramentũ præstitisse, Regis obsequium præ se ferenti copiã ipsi Iuoyo tributũ iri, (remanentibus tamẽ interea suis turmis in exercitu Regio,) Condæum adeundi: at inde reducẽ Regi significaturum, quid sibi sit animi, videlicet possit ne ei merum, absque vlla conditione, Sacramentum præstare: vel ei fas sit domum redire, nullo tamen dãni vel incõmodi cuiusdã periculo, suisque itidẽ omnibus tribunis ac militibus idem ius esto: hac tamẽ adnexa lege siue cõditione, ne postmodum aduersus Regem arma ferant, aut vrbem quæ contra Regem teneatur, posthac ingrediantur. Quicquid aut ex ærario Regio vel pretiosa supellectile Ecclesiastica, iussu & mandato Condæi, sumptum fuerit ad hoc bellum, ne id Iuoyo aut à se delegatis fraudi noxæue sit, Parisiniq; Senatus aut aliarum curiarum Aresta, aduersus hæcce facta irrita sunto. His itaque pactis & conditionibus vrbs in Triumuiratus manus peruenit, quo facto Guisiorum copiæ statim intromissæ, Iuoij autem milites ad Guisianum exercitum deducti sunt. Dehinc Iuoyus Aureliam proficiscitur, quemdãque ex suis delegatis ad Condæum præmisit, qui aduentus sui causam prolixius explicaret: ast Condæus postquam intellexisset, quod Iuoyus à Sacramento se solui postularet, illum mox ab vrbis ingressu prohibuit, cum hac appendice cogitet, quid sit Deo & Religioni Sacramentum de- 1562

1562. dixisse, quocirca se illius perfidiæ minimè fore ministrum. Hoc intellecto Iuoyus ad Triumuiratus exercitum rediit, cuius castra etiam deinceps, penes alios adhuc militum Duces secutus est: reliqui vero ordinum Ductores ac milites, qui Condæi partes sequebantur, permissu Guisii, dimissi & à Duce Dampetro Aureliam versus rursum deducti sunt: cumque Guisiani totam nunc regionem, Aureliam vsque occupassent, nullum non crudelitatis genus in Protestantes exercuerunt, de quo vnum saltem Italicæ immanitatis exemplum hic perstringam: Pro confesso enim ferunt Italum quempiam in Guisianorum castris militantem, occupata vrbe Auarico eo vsque furoris prouectum esse, vt Luther̃ano cuidam puero adhuc viuo, iecur euulserit & calẽs adhuc tamquam pro cibo summa auiditate comederit.

Crudele Itali cuiusdam immanitatis exemplum.

Sub id tempus Poncenacus Lugduno à Sabizio summissus, cum Nicolao Diesbacho viro inlustri & strenuo copiarum Helueticarum auxiliarium Duce Matisconem venit, vt tanti momenti vrbem in qua omnis Lugduni salus sita erat, contra Tuanium tueretur: verum is Sanpontiana arce amissa, quam vt caperet, securitatis publicæ maximè intererat, statim Trinorchium ducit & Entragium secum adduxit postquam Matisconem absque singulari militum præsidio vacuam post se reliquisset: illic commissis vtrimque aliquot certaminibus, in quibus Lucotus & Belloreparius, vtriusque partis præcipui ac fortissimi Duces desiderati sunt; confusos præsidiarios

Heluetiorũ copia Lugduno in castra Guisianorum deducuntur.

locum

locum deſerere coegit: quo facto tantum Tauanianis metum incuſſit, vt iam Diuionem rurſum cogitarent: verum poſtquam intellexiſſent, quod Heluetiorum copiæ à Lugduno longius nollent procedere & ita Matiſconem ſine firmo præſidio remanſuram, primum eorum animi, an videlicet à Poncenaco ſeparari poſſent, tentari cepti deinde, dum auxiliares Itali aduenirent, vicina loca à quibus potiſſimum ſibi metuebat, militum firmauit præſidio. Interea Poncenacus Cluniacum nobiliſſimum toto orbe cœnobium impetu capit, in cuius direptione longè copioſiſſima & omni librorum manuſcriptorum ſupellectile Bibliotheca, magno ſtudioſorum dolore Reipub. litterariæ, quod vix vmquam ſarciri poterit, detrimento, militari licentia vel incendio periit. 1562.

Bibliotheca Cluniacenſis Nobiliſſima interitus & Matiſconis oppugnatio.

Vertius itidem Seneſcam arcem in propinquo ex inſidiis intercipit. Tauanius captata hac occaſione egregium facinus aggreditur, eductiſque Cabilone noctu ſummoque ſilentio octingentis peditibus & quatuor equitum vexillis, ita vt de eo Pontenacii ne hilum quidem cognoſcere potuerint, recta Matiſconem ducit. Sub illud ipſum autem tempus vrbi appropinquauit, cum nimirum mutantur excubiæ, relictiſque ſuis altero ab vrbe iactu lapidis, tres carros frumento & palea onuſtos ad portam Barrenſem præmittit, monitiſque per carrucarios cuſtodibus, vt aperirent ad accipiendam annonam, quæ in horreum publicum porta-

1562. batur, quibus auditis statim is qui vrbis portas in sua custodia habebat, quem rei huius conscium fuisse tradunt, ocyus accurrit reseratisque portæ repagulis aperit, & primus quidem, vt rei fucum facerent, Bubulcus quem mox alii illico subsequebantur: Prima ac secunda porta pertransitis ad tertiam substitit, vbi ex singulari astu carrum subuertit, sic vt porta neque claudi neque rastrum ferreum demitti ad aditum obseruandum posset: tum viginti armati sub maceriis latentes, accurrunt & occisis vrbis custodibus signoque suis dato, qui post sequebantur euocant coniunctisque armis debilem admodum stationem sibi obuiam absque vllo negotio trucidant. Id autem quidam factum aiunt studio & opera Francisci Petronii vrbis pragmatici, qui cum Sanpontio consilio communicato, custodem clauium portarum corruperat, quem tamen postquam iam hostis vrbem occupasset occidendum curauit, vt ita ipsius morte res detegeretur, & suæ vitæ eo commodius consuleret. Dispositis autem stationibus mox ad prædam aceruatim conuolant, viris pariter ac feminis passim hinc inde dilabentibus, quorum tamen non minima pars in fluuio submersa fuit, cæteri de fuga sibi prospicientes dum per mœnia insiliunt fractis cruribus se in inferiorem fossam dant præcipites; quidam honestius mori volentes fortiter hosti sese obiicientes in ipso Martis frontispicio occubuere: ibi ingens clades commissa & maxima strages à Petroclauianis edita est, qui obuios quosque brachiis ac cruribus

trun-

truncare, pro delitiis habebant. Cum autem fama amissæ Matisconis in castra ad Poncenacum perlata fuisset, pœne eum cum Entragio, dum alter in alterum cladis culpam reiicit ad mutuam perniciem commisit, sed periculo vrgente rixæ ad tempus temperatum est, & in id postremo vterque cõsensere, vt de damno, nimia securitate accepto, diligentia, si possent, sarciendo vnanimiter ac serio cogitarent, continuoque ad vrbem duci placuit, palante adhuc & prædante in vrbe milite antequam ad sua signa rursum se reciperet. Itaque cum tormentis & omni apparatu bellico Heluetii præmissi, sed vehementi coorto imbre disturbati, leucam circiter ab vrbe constitere: dum interea Entagrius scalis admotis impetum faceret, qui ferè ab omnibus propter fœdam tempestatem desertus, incassum tum temporis laborauit. Heluetii vero maius negotium, quàm quod tam facile confici posset, rati, retro pedem referunt, relictis tormentis & bellico omni instrumento, quo mox Tauanius potitus est: & ita ob dictam tempestatem metuque ac labore milites fracti & fermè exanimati Bellauillam receptum habuere, quo dum ad curanda corpora & colligendas sarcinas occupati sunt, omnes discurrunt: Superueniebat insuper Laurentius Maugizonus, vbi parum abfuit, quin exercitus, ipso ingressu hospitii oppresserit: verum Poncenacus per lixas certior factus, statim ad portam iam statione nudatam accurrit, & Pluuialium virum fortem ac manu animoque strenuum cum viginti equitibus, quos su- 1562.

1562. perstites adhuc penes se habebat, emittit, qui in primo conflictu Hercule Maugironi legato interfecto cæteros in fugam vertit: nocte insequenti Heluetii nouam impressionem veriti, Villam Francam in agro Belliocensi sitam, concessere, quam Santalbanus, cum ad Condæum tendens illac transiret, nuper occupauerat: hostis metu amoto omnes in prædam effusi, cuius maiorem partem, sicuti Protestantes dictitabant, Tauanius tulit & vxor eius Francisca Balmia, ex Monreuellii Comitum familia oriunda, auara femina, qui capti sunt paucis exceptis, qui grandi pretio se redimere coacti fuerunt, omnes in fluuium præcipitati. Vrbi impositus Sanpontius, qui siue natura sua sæuus, siue vltione ardens quod multa damna pertulisset, nullo non crudelitatis genere in suspectos sæuiit, & inter immanem istam, quam exercebat crudelitatem, miseris hominibus insuper illudebat: Cum enim elegantiores vrbis & viciniæ feminas nobilioresque matronas, quæ ad vrbem adueniebat, plerumque conuiuio exciperet, illi solemne & in vsu erat cœna peracta, ad amœni fluminis vrbem alluentis ripas, inter greges militum deambulare, vnum vel alterum captiuorum, quos leui de causa plurimos in carcerem trudi iubebat, producere ac de ponte deiicere mandabat, quo tam tristi per se spectaculo crudelissimus iste Tyrannorum suos ac conuiuarum oculos pascebat vel potius recreabat, plerumque à commessantibus suis quæritans, an etiam vnquam, quisquam ex illis expeditiore

saltu

saltu se dedisset in fluuium præcipitem, & ita toto eo tempore, quo Marisconi præfuit, se gessit, tantamque crudelitatem in leui etiam de causa suspectos exercuit, vsque dum in capitalem suum inimicum Achonium, cum in vicinam suam arcem proficisceretur, incidisset, qui in conflictu ictu sclopeti displosi percussus, condignas suo scelere pœnas luit. 1562.

Condæum Eliesabetham Reginam Angliæ de pecunia & milite, ad bellum contra Triumuiratum gerendum, subministrando, sollicitasse suo loco dictum est. Dum icc irco ista ac Germanorum Principum, à quibus idem flagitauerat, expectantur, scriptum sub nomine Reginæ editur hunc fermè ad modum: Res, inquit, Regni Gallici ad hoc vsque tempus in vno eodemque statu perturbato durantes, omnes Christiani nominis populos & Principes ad misericordiam permouere debent, eosdemque in eam deducere cogitationem curamque remediorum expediendorum, quibus non solummodo Rex adhuc adolescens, verum etiam Regina ipsius mater omnesque liberi Regii sanguinis, à præsenti periculo, atque adeo omnis Galliæ populus à ruina exitioque ceruicibus suis iam iam imminenti eripiatur, sed etiam tantum malum, ne tamquam Herpes, latius serpat, longè lateque se diffundat, radicitus & è fundamento quasi conuellatur: Nemo tamen est cui communis illa cura, quam æque mihi sit propior, & quæ adeo meopte ad hoc ingenio inclinans, Consiliariorumq; meorũ bonis consiliis cõfirmata, hactenus omnibus modis conata sim omnia mea studia omnesque meas actiones,

Scriptum Reginæ Angliæ ob tributa Condæo auxilia.

ad

1562. ad extinguenda illa prima mali naſcentis initia, conferre: Quod autem hoc debeam cum & Regis optimi fratres mei vicini & adoleſcentis, Reginæ matris, Regiæque omnis familiæ & tanti populi commiſeratio: tum præſentiſſimum periculum ne arma illa etiam ad nos trans mare conuertantur, ſatis ſuperque demonſtret, meamque hac in re voluntatem prædicatione etiam & laude dignam oſtendat; Conſentaneum tamen viſum eſt rationi, publico ſcripto, quemadmodum hac in re me geſſerim, & impoſterum mihi animus eſt vt me geram.

Regina Angliæ ſe ad pacē maximè inclinatam exemplis oſtendit.

Primum omnes potuerunt videre, quàm ab initio etiam ipſius regni mei, cupierim pacem vniuerſam omnibus Chriſtiani nominis hominibus reſtitui: cum ipſius gratia, meo etiam iure libens ceſſerim, antiquæ meæ ditionis partem aliquam ad tēpus condonarim: cum aliqui ii, quorum cauſa, damna iſta receperam, omnia ſibi ablata ſtatim receperint recuperarintque. Et tamen poſſunt omnes meminiſſe, quàm breui poſt ſpatio, quibuſue cauſis, quàm iuſtis quàm perſpicuis, coacta ſim cum manifeſta vi aliiſque artibus petere, arma quoque aperta expedire: tùm vt me Regnumque meum à periculo, tum vt vicinos meos qui ad me perfugerant, à manifeſta tyrannide rurſum vindicarem. Qua tamen in re quam ſincerè egerim, omnes potuerunt animaduertere: Primum hortationibus, vt ab armis diſcederetur: tum publica denunciatione, à me tantam meiſque vim ac iniuriam depellere, mihi in animo eſſe: Dein-

decex

le ex ipsius rei administratione: denique ex ipso rei exitu & fine. Post turbarum illarum pacificationem, ne quid facerem reliqui ad veram certamque pacem ac concordiam stabiliendam, constitui firmum perpetuumque fœdus cum Regina Scotiæ sorore mea charissima & proxima vicina facere. Quo in negotio quam sincere studioseque me gesserim, beneficia & ipsis Guisiis, Reginæ Scotiæ auunculis, & ipsorum ministris varie collata, meam hac in re præclaram voluntatem satis superque demonstrare poterunt: præter mutuum etiam colloquium quod cum eadem illa Regina habui. Sed inter istas pacificas deliberationes sermonesque, præterquam quod pacis fructu carui, cogor etiam nouas in Regno Gallico turbas, ab illis ipsis qui sese mihi semper aduersarios patefecerunt, (& quid effecerint, vt nouæ inter me & Reginam Scotiæ suspiciones orirentur illius Reginæ causa hactenus reticui,) omnino concitatas animaduertere. Initio cum minime dubitarem, si turbæ istæ inualescerent, non tantum inter ciuilia ista dissidia, fore vt Regnum Gallicum in grauissimum exitii discrimen, (vt nunc est,) caderet. Sed etiam ne aliæ nominis Christiani regiones meumque maxime regnum, (tum ob vicinitatem, tum quod istarum turbarum auctores mihi maxime aduersarios nossem,) hoc periculo inuoluerentur: Omnes rationes, quas potui, adhibui & litteris & legatis, vt quædam concordia inter duas partes pacate iniretur. Vna tamen illarum partium 1562.

repu-

1562. repugnante & in apertam etiam hostilemque vim erumpente, non destiti tamen consilio incæptoque meo. At cum viderem indies magis ac magis crudelitatum sitim crescere, sanguinis effusiones, cædes laniénasque passim vagari & (quod erat periculosissimum,) adolescentem Regem, matremque subito obsessos, inermesque in eorum peruenisse manus, & quidem ita ab illis cogi, vt Regiis suis illos nominibus abuti patiantur, ad proprii etiam inermis innocentisque populi cædes, copiosarumque vrbium expugnationes expilationesque, meliorem edictorum violationem, consanguineis Regiis Nobilibusque iniuriam vimque illatam, ruinam vastitatemque fidelibus suis famulis, præter infinita alia facinora: idque vt nonnullorum quorumdam, qui Regia edicta impune violare instituerunt, arbitriis libidinibusque satisfiat: & ea quidem edicta sibi plane violanda illi ipsi proposuerunt: quæ matura ordinum Regni deliberatione condita sunt ad pacem tranquillitatemque Religionis, dignitatem Maiestatemque Regis, cum etiam resciissem illis non solummodo constitum, sed etiam reipsa, Religionem, vti omnesque eos qui Religionem sequerentur, perderent delerentque: Mihi profecto his de causis visum est cum primis operæ pretium, remedium expedire potentius efficaciusque, vt istarum turbarum autores tamdem aliquando cogantur ad æquas concordiæ pacisque rationes recipiendas: ne Regnum Gallicum paucorum

impo

impotentibus libidinibus in tantum periculum deducatur. 1562.

Atque his quidem de causis in Galliam Legatos mihi è concilio meo, viros graues, rerum peritos & neutri parti addictos, vt in rerum istarum extremis momentis, remedium inuestigaretur ad vtramque partem, Regis, summi eorum Domini obsequio vtilitatique, recte atque ordine conseruandam. Hic tamen labor meus minime gratus & acceptus fuit, nec potuit responsum ab Adolescente, Rege, nec ab Regina matre obtineri, perterrefactis ab ea parte quæ istarum turbarum verissima causa est. Dum autem ego rebus istis sollicite occuparer, nec alii rei præterquam Regis optimi fratris mei, vtilitati studerem, nulla partium præiudicata sententia: actum sane erga me est alia, quam sperabam, via. Vnde apparuit quæ sit eorum voluntas, qui toties negarunt audientiam iis rebus quæ à me meisque, meo mandatu, ad pacem concordiamque proponebantur. Omnes enim è Londino meisque aliis regionibus mercatores, qui in quædam Britanniæ loca, commerciorum suorum gratia, diuerterant, dum reditum domum apparabant capti facultatibusque omnibus suis exuti ac dispoliati: & qui se voluerunt defendere, crudeliter interfecti atque obtruncati sunt, naues mercesque captæ, ab eorum locorū ad quæ appulerant Magistratibus: nulla alia de causa quam quod illos Huguenotos esse dictitarent: quo certe vocabulo, quamuis insolens & peregrinum, mi-

Querela Reginæ Angliæ de interceptis & interfectis suis mercatoribus.

feris

1562. feris istis mercatoribus & nautis videretur, satis demonstrabatur, à quibus ad hæc agenda habe-rent mandata: & quod sit illorum vlterius pro-grediendi consilium, si tempus occasionesque paterentur. Non fuerunt leues & paruæ rapi-næ, imo grandes & maximi pretii: non subito & rabido furore, sed per publicum Magistra-tum, datis etiam ad hoc mandatis à Prouincia-rum præfectis & summa quidem aduersus meos contentione. Res ad eos quos oportebat cum querelis delata. Sed nihil magis effectum quam cum ex meis nuntius cum Legati mei litteris, ad me reuertens in itinere dispoliatus fuit: quod impune abiit, nulla quidem quæstione habita. Qua in re animaduerto, Regem Reginamque matrem aut potius Regem Nauarræum, aucto-ritate potius, quàm bona voluntate carere. Et certe constat & isto & infinitis aliis argumentis, quo in statu conditioneue adolescentis Regis, res sint, cum illi minime fas est populum suum fa-mulosque suos, conseruare, Leges edictaque sua stabilire, nec vllum recto ordine responsum aliis principibus nationibusque dare. Quibus ex rebus aliisque prauis consiliis aduersum me Regnumq; meis factis apparet omnibus sani & integri iu-dicii hominibus quantum violentia ista, quæ nunc in Gallia à Guisiis eorumdemue sociis vsur-patur factitaturque, non Galliam tantum, sed me meumque regnum propius quàm alium Principẽ attingat. Itaque cum Regis Reginæ matris, suo-rumque consiliariorum, pacis amantium dignitas

atq;

itque auctoritas, non possit hoc tempore ita valere, vt facultatem suarum rerum regendarum ac componendarum habeant, quæ vel alios vicinosque subiectosque suos attineat, seu ipsum etiam Regem ipsamque Reginam cum etiam tenella Regis ætas, Reginaque ipsius mater ita manifestè circumueniantur teneanturque, vt quo Guisiorum maximè ac sociorum voluntatibus obsecundent, huc atque illuc circumferantur: testés vastitatum calamitatumque futuri, quæ Regiis vrbibus expugnatis expilatisque, subditis crudeliter mactatis, passim excitantur per eosdem illos turbarũ istarum auctores; cum etiam bellũ, quod incitarũt hunc finem habeat, vt si possint, veram religionem extinguant, bellumque sanguinolentum ac funestum vbique terrarum excitent. Deniq; cum istarũ calamitosissimarum turbarum auctores ac fautores omnibus illi agnoscantur, qui, si tempus opportunitasque tribueretur, omnibus modis conaturi essent violare diminuereque statum ac dignitatem Regni mei: cum nuper etiam manifestè arma aduersum me, inutili tamen, Dei gratia successu conuerterint, hocque vnum conentur sese, meo si possent incommodo, familiamque suam amplificare, ego ne illos pacis concordiæque capitales hostes feram? Vicinorum meorum sanguinem tam crudeliter effundi, si quoquo modo possum impedire permittam? Regem adolescentem optimum fratrem meum, in istis suis temporibus peti expugnarique num ingrata & immisericors sinam? nec imprudens, negligensque in capitalium meorum hostium animos conatusq;, animaduer- 1562.

Ff tam?

1562. tam. Itaque his de caußis æquis, perſpicuis neceſſariiſque, cum luctuoſis continuiſque precibus Regiorum ſubditorum meum auxilium, ad illas tempeſtates calamitateſque expoſcentium, nonnullos ex meis ſubditis, terra marique armari imperaui, vt Regis Galliæ fratris mei ſubditos à tyrannide, rapinis, cædibus, exitioque vindicem, nonnullaſque vrbes maritimas nobiſque viciniores ab illis meis hoſtibus tutas conſeruem, ne pace, quæ mihi cum fratre illo meo intercedit, violata, bellum facilius Regno meo inferatur. Quibus rebus prouidendum eſſe, tempora me monent. Equidem teſtor planeque mihi ſum conſcia, in his rebus ea me ſinceritate ac integritate agere, vt pacem, ſicuti Chriſtianam decet, ego perſequar: nec dubito quin ſanguinis innocentis protectio ac defenſio Deo ſit grata, futuraque ſit fratri illi meo accepta, cum ad eam ætatem peruenerit, quando cum æquitate his de rebus iudicare potuerit. Erat etiam ad iuſtam naturalemque mei meorumque protectionem ac conſeruationem. Denique Dei Ter Opt. Maximi beneficio, erit ratio firmioris atque arctioris pacis inter me Regemque Galliæ fratrem meum ineundæ: vt vnicuique noſtrum ſuo pacatè vti frui fas ſit. Hoc verò vnum etiam atque etiam Regi Galliæ fratri meo optimo, Reginæ matri, Regi Nauarræo omnibuſque fidelibus Regis Conſiliariis ac famulis, aio affirmoque, me, quicquid tandem ad ipſos de me ab infenſo iratoque quopiam, quiſquis ille ſit, deferatur: me, inquam, tantum velle

ſincerè

sincerè & integre hac in rè, vt & res ipsa nimirum & tempus postulat, agere, nec mihi vsurpare quicquam intervertereque, nullam ipsorum cuiquam subdito iniuriam vimque facere vellè. Hoc verò coram Deo, Angelis vniuersæque terræ hominibus obtestor, meum hunc esse animum, vt in extremis istis temporibus Regis Galliæ fratris mei subditos à vastitate exitioque, quæ ab istis bellis ciuilibus videntur impendere, eripiam liberemque, cum Rege ipso fratre meo pacem concordiamque colam: nullam denique omittam occasionem ad eum in pristinam libertatem vindicandum, pacem tranquillitatemque populo ac tandem omnibus suis subditis restituendam. Quod accidet cum Deo visum fuerit efficere, vt turbarum istarum auctores ad meliorem mentem redeant, suisque rebus contenti, intra officiorum suorum terminos se contineant, vt bonos subditos pacisque amantes decet: Quæ res hoc maximè tempore exquiri deberet, pacem nimirum potius concordiamque ex Principum ordinumque Christianorum vnanimi consensu ac coniunctione, quàm ense & igni, per consiliorum & factionum furores, luctuosum bellum inter Christianorum cœtus excitare. 1562.

Tauanius nomine Guisiorum Lugdunum obsidet.

His ita constitutis Tauanius de obsidendo Lugduno serio cogitans, Ansam, tribus ab vrbe leucis distantem, appulit, ibique tormenta muralia & tria Italorum auxiliarium millia, quibus Anguisciolæ Comes præerat, expectabat, cum qui-

1562. bus Bellamuillam vsque obuiam processit, vbi, adductis etiam Sancauinontii & Ludoici Lastici Principis Aruernici, copiis, castra sua metatus est: cumque per integrum mensis spacium crebræ velitationes vtrimque committerentur & Munchusius per litteras Reginæ, Subizium ad deditionem vrbis quotidie adhortaretur, nihil aliud responsi Munchusius retulit quàm vrbem suæ fidei commissam, Regis ipsiusque nomine quamdiu eidem præesset, constanter se seruare ac tueri velle: Quod cum Guisius intellexisset, auctor fuit, vt Nemorosius cum delectis Rockendorfii Germanis Equitibus ad Lugdunum obsidẽdum mitteretur, proximusque gradus Imperii Munchusio attribueretur, verum is regiminis Nemorosiani pertæsus contrarium ac infelicem expeditionis istius exitum verebatur: quocirca commoda hac arrepta occasione Munchusius retro in Burgundiam profectus est. Similiter & Anguisciolæ comes, Italicarum copiarum auxiliarium Ductor, tum temporis quoque à castris discessit prætendens militibus menstrua sua stipendia minimè persolui, vbi sub Duce Brancato sex dumtaxat Italorum signa remanserunt, quæ libidine prædandi ac horrenda siue detestanda sodomia plurimum nocuerunt, non enim effera ista gentis libido à pueris, sed nec à brutis quidem animalibus, (potissimum autem capris,) venereas suas intemperies cohibuit, obid Rustici post illorum discessum omnes fermè capras tota ista Regione profligarunt, cum tamen nefandissimorum illorum Sodomitarum memoriam radicitus extirpari melius fuisset. Cum itaque

Italorum militum detestanda sodomia.

que prædicti belli Duces, castris Guisianis se subduxissent, Nemorosius emissa ad præsens Lugduni obsidione, reliquas copias recta Viennam Mense Octobri deducit. Quamuis autem Bernimus vrbis tum temporis præses à Subizio crebro moneretur, ne quicquam vitreæ fortunæ, (reuera enim nec immerito vitrea appellatur præsertim cum splendescat facilimè frangatur,) committeret, sed frequenti atque adeo quotidiana quasi solertia, vrbem aduersus hostium impetus, præmuniret & auxiliares copias propediem ab Adretio expectaret, nihilominus tamen temerè incassum progressus, cum à Nemorosio præter omnem spem & existimationem in oppidum non sine exigua suorum amissione & detrimento, compulsus esset subito & insperato isto casu perterritus, animum simul & consilium despondit, dubiusque quid ageret relicta ciuitate in arcem secum ducentis circiter præsidiariis recepit: qui Ducem suum imitantes nusquam animum, & vires pristinas resumpserunt, sed de[illegible]tum aquæ cisternarum prætendentes, eadem ignauia, qua vrbem reliquerant, arcem pariter dedidere. Ita amisso Cisternione & eodem fermè tempore Vienna, multum detrimenti Protestantes, tum Prouinciæ, cum Delphinatui intulere, imprimis autem Lugduno annonæ caritate iam oppresso. Post triduum cum Adretius Viennæ periculum intellexisset, à Subizio euocatus aduenit eodem ferè tempore, quo Senas & Mouentius Gratianopoli profecti Lugdunum iam descenderant: ast cum pedites post se reliquisset & quadringentis equitibus sclopetariis stipatus, iti- 1562.

1562. neti se commisisset Nemorosius propè Bellorepa-
rium illum intercepit ac fudit, quo facto vix Lug-
dunum saluus & incolumis euasit. Paulo post, in-
scio Subizio, peditum quatuor millia & ducentos
equites vndique coegit & Bellorepariam locum
sibi maximè infaustum, rursum proficiscitur, vt
cladem istam quam inibi acceperat quodammo-
do resarciret, sed à Nemorosio multo grauiore
quam ante, damno affectus & profligatus est: fe-
runt belli periti Adretium tum temporis omnino
deleri potuisse, si victor Nemorosius victoriam
suam ritè vsurpasset. Victus sic Adretius, saluis im-
pedimentis Burgonium se recepit, vbi duo Hel-
uetiorum millia ac trecentos equites Gallos ob-
uios habuit, cum quibus coniunctis viribus, Vien-
nam versus castra sua posuit, mediusque inter Vié-
nam ac Lugdunum Nemorosium quasi obsidere
visus est, Subizioq; interim imperans, vt vndique
ex vicino agro annonam Lugdunum comportari
curaret.

Maximilianus II. in Romanorũ Imperatorẽ eligitur.

Interea cum in Germania d[illegible] comitiorum iam
iam instaret, Ferdinandus cum Maximiliano fi-
lio Rege Bohemiæ, septemuiris & cæteris Sacri
Romani Imperii Principibus ac ordinibus, magna
admodum frequentia Francofurti, (quod Franciæ
Orientalis est Metropolis,) conuenerunt, potissi-
mum autem hunc in finem, quod ibidem de ele-
ctione Romanorum Regis agendum esset: quæ
subsequentibus fermè ceremoniis in prædicta ci-
uitate ad Oct. Kal. Decemb. peracta est: Septem-
uiri, hora istius diei sexta matutina, & Maximilia-
nus in curiam (siue, vt oppidani Romeriam

den Römer à patricia eius vrbis familia appellitant, 1562.
cuius qui fuit vltimus, ædes istas Senatui populoque Francofurtensi testamento legauit,) descenderunt, ibique à sexta ad nonam vsque permanserunt: hinc talari coccinea omnes induti, (solus autem ex illis Rex Bohemiæ coronam in capite gestabat,) ad summum vrbis templum D. Bartholomæo sacrum, equis insidentes tendunt; in quo ordine Archiepiscopos Moguntinum videlicet & Treuirensem, Maximilianus & septemuir Coloniensis, hos vero Palatinus, Saxo, & Brandeburgicus, Electores, sequerentur, singulis quoque gladii districti ab officialibus suis, equis itidem insidentibus, præferebantur. Cum autem ad templi istius chorum, vti vocant, aulæis magnificè exornatum suparijs insuper aureis instratum peruenissent, Episcopus Herbipolensis sacra veste, ad peragendam Missam, amictus, hymnum, quo Spiritus sancti gratia imploratur, alta voce exorditur, quem postmodum Cæsarei Regii Symphoniaci persequuntur, Electoribus interim in genua flexis & preces ad Deum, pro felici consiliorum augurio, fundentibus: cum idem iste Herbipolensis, secundum constitutionem Caroli Quinti, cui aureæ bullæ nomen indidit, sacrum peragit, cui quidem Palatinus, Saxo & Brandeburgicus, Electores, quippe doctrinam Pontificiam, siue Romano-Catholicam detestantes, minimè interfuerunt, sed vna cum Guilielmo, Iuniore, Hassiæ Landgrauio, Georgio Principe Palatino, Electoris Palatini fratre germano, Francisco Sa-

1562. xone, stirpis Lauenburgicæ Anhaltino Principe aliisque pluribus cum suis Consiliariis in peculiare sibi destinatum conclaue diuerterunt, vsque dum sacrum peractum esset, vbi quilibet ad locum suum se rursum contulit, vbi idem hymnus denuo cantari, cæptum est: Inde septemuiri ad maius altare processerunt, tactisque Sacrosanctis Euangeliis, fidem obstringunt, quod nimirum, nullo neque pacto, largitione, mercede aut pollicitatione interueniente, talem in Regem Romanorum eligere velint, quem nimirum idoneum & Reipublicæ Christianæ, ex animi sententia vtilem fore iudicauerint: dein tertia vice idem hymnus cantando repetitur, quo cantato Electores recta ad cõclaue electioni Regiæ antiquitus destinatũ pgunt, vbi postq̃ sesquihoram perseuerassent, Archiepiscopi Moguntini Cancellarius vna cum quodam ab Epistolis accersitus fuit, vt inibi vota ac suffragia Electorum exciperent adiunctis binis septemuirorum Consiliariis quasi legitimæ suffragiorum pronuntiationis testibus: cumque Elector Moguntinus in testium istorum præsentia, ad dicendam, de Romanorum Rege eligendo, sententiam à Collegis suis septẽuiralibus adhortaretur, singillatim is cæteros hoc de fidei suę commisso negotio rogauit, q vnanimi cõsensu Maximilianum Ferdinandi Cæsaris filium in Regem Romanorum elegerunt. Facta itaque electione ista, Guilielmus Hassiæ Landgrauius, Georgius Dux Palatinus, Lauenburgicus, Megalopolensis & Princeps Anhaltinus ad Ferdinandum Cæsarẽ ablegantur, non

solum

ſolum vt ei vnanimem Electorum, in electione filij, 1562.
cõſenſionem denunciarent, verum etiam vt ipſius Maieſtatem ad audienda emiſſa ſuffragia, ad ſacras Bartholomæi ædes, inuitarent: cum autem renunciatio interea ab Electoribus deſcriberetur, & ſingulorum vota in literas relata, propriis ſingulorum ſigillis obſignarentur, en vocatus Ferdinandus circa duodecimam pomeridianam adeſt, vbi è ſacrario ad medium vſque templi Electores obuios habuit, quos, Boioaro, Cliuenſi, Wirtembergico, Arauſienſi ac permultis aliis principibus concomitantibus, humaniſſime ſalutat, perbenigne ſingulos compellat, ac cum iiſdem in ſacrarium progreditur, ibique pontificiis indutus inſignibus & imperiali corona capiti impoſita ad conclaue venit. Quo cum perueniſſet Archiepiſcopus Moguntinus ſuo ac collegarum nomine exponit, quatenus nimirum Maximilianũ filium ipſius dilectiſſimum Regemq; Bohemiæ, vnanimi Electorum conſenſu in Regem Romanorum elegerint, quapropter vt electionem iſtam non ſolummodo ratam habeat, verum etiam filium iam, tamquam Regem Romanorum, ſecundum à ſeſe Magiſtratum impoſterum agnoſcat, demiſſe orarunt. Tum Cæſar viciſſim Electoribus ingentes egit gratias, tum quod & de Chriſtiana Republica optime ſentiant, tum etiam quod ſui ſuorumque, in procuratione dignitatis Regiæ, rationem habuerint: inde ſimul progrediuntur, & Cæſar quidem ad dextram chori partem tendit: Septemuiri vero nouum Regem, de more priſco, altari imponunt vſque dum hymnus B.B. Auguſtini & Ambroſij à Symphoniacis decan-

 taretur,

taretur, quem organorum, tibicinum, lituorum, tympanorum æreorum promiscuus concentus & mox, in maiorem lętitię significationem, tonitruosus bombardarum ac tormentorum omnib. in vrbis propugnaculis displosorũ fragor, campanarũq; ferme omniũ stupenda pulsatio subsecuta est: hinc Maximilianus ab Altari rursum sublatus & ex choro, in editum quoddam tabulatũ, varijs ac pretiosissimis aulæis exornatũ, deducitur Regaliq; throno inibi imponitur: quo facto Moguntinus publicum renuntiationis decretũ recitauit, & Rex oratione solemni per quempiam laudatus est. Quibus peractis Imperator per põtem ligneum, ad euitandas viarum sordes, splendida admodum pompa ad diuersorium suum deductus est, præcedente nobilissimorum aulicorum hominum caterua & subsequente consiliorum amplissimorum solemni frequentia, interim tympanistę ac tubicines Saxonis, Brãdeburgici, Regis ac ipsius Cęsaris, per vrbis vias diuersimode psallebant, hos sequebãtur S. Romani Imperij Duces atq; Principes, tum quatuor fœciales aquilis Cæsarianis & triumphalibus paludamentis conspicui: post Archiepiscopus ac Elector Treuirensis solus equo incedebat, inde Palatinus aureum globum (qui toti⁹ terrarum orbis figuram referebat) gestitans, quem Brandeburgicus cũ sceptro regio comitabatur, pone hos Saxo strictũ Cæsari gladiũ pręferebat: Cęsar aũt aureo insignis pallio imperialiq; diademate incinctus, sub quadrato vranisco aureo, quem quatuor ex ordine senatorio gestitabant, incedebat, penes parentẽ Maximilianus nouus Rex Romanorũ, à cuius tergo Moguntinus & Coloniensis, Archiepiscopi & Electores se-

quebãtur: agmen vltimũ claudebant centuriones & tribuni hastiferi: Oppidani vero vtrumq; pontis lignei latus armati tegebant, ac vulgus, ne forsitan tam splendidæ actioni esset impedimento, arcebãt ac submouebant. Hoc modo cum Cæsar domũ fuisset deduct⁹, Rex, Electores & cęteri Imperij Principes ad destinatũ sibi hospitiũ se recipiunt: cumq; vnica dumtaxat inauguratio & priuilegiorũ inter Electores distributio restarent, septemuiri Archiepiscopi cũ Herbipolensi & Spirensi Episcopis, in prædictis D. Bartholomæi ædibus conueniunt, ibidemq; Põtificio amictu induti, cæteros collegas, vt pote, Palatinũ, Saxonẽ & Brandeburgicũ, qui cum Rege electo, ad diuersoriũ Cæsareum antea digressi fuerant, operiunt, qui cum aduentassent ab Archiepiscopis Electorib. in chori limine honorifice excepti sunt; vnus aũt ex collegij istius sodalib. Archiepiscopo Moguntino sacra facturo crucem argenteã præferebat, ali⁹ pædum, alius, ex ordine tñ equestri, S. Romani Imperij sigilla ex bacillo argẽteo pendẽtia. Interea Cęsar in summo solio ad dextrũ chori lat⁹ deductus, Electores seculares infra sese, loca sua occupare iubet, post ordinis Teutonici Magistro & reliquis Imperij principib. vtpote, Georgio & Wolfgãgo Palatinis, Duci Bauariæ, Cliuẽsi & Megalopolẽsi principib. in aduersa parte sedes attribuebat: intermedia subsellia Wirtembergic⁹, duces Palatini iuniores duo & Lãdgrauij, Lauẽburgic⁹, Anhaltin⁹, Arausiẽsis, Araschotꝗ⁹ & Lotharingus, occupãt: Põtifici⁹ vero Legat⁹ in editiori quodã loco sedebat: cętera deniq; nobilitas in alterũ tabulatũ confertim, nullo habito discrimine, se cõferebat: dũq; Elector Moguntin⁹, ꝓ Rege preces sun 1562.

deret, ipse Rex ante crucem in genua prouoluitur: tum Treuirensis ac Coloniẽsis Archiepiscopi Regem alleuatum in solium auratum, ex aduersa altaris parte extructũ deducunt, à dextra Electore Treuirensi cum Episcopo Herbipolensi, à sinistra manu septemuiro Coloniensi cum Spirensi Episcopo, in subsellijs ad id paratis ei assidentibus: Cumque præsul Moguntinus sacrum iam exorsus esset, Palatinus omnium primus, deinde Saxo & Brandeburgicus, Electores, conclaue proximum repetunt: tum Rex Treuirensi & Coloniensi Antistitibus stipatus, ab Electore Moguntino pædum manibus tenente idiomate latino interrogatur, num videlicet fidẽ Romano-Catholicam retinere, Ecclesiam defendere, iustitiam administrare, imperium augere ac protegere, ęquabiliter ius dicere ac debitum Romano Pontifici exhibere velit: vbi ita se velle respondit, Rex ad solium regreditur: quo facto Moguntinus ad adstantes Principes conuersus eosdem rogat, an vicissim secũdum præceptum Apostolicum, Regi huic fidem, obseruantiam ac obedientiam deferre eiusdemue regnum confirmare siue stabilire velint, quod cum itidem sese summopere summaq; cum diligentia facturos affirmassent, Rex rursum ad aram redit, & in pectore, brachiorum manuumq; flexibus ab Archiepiscopo Moguntinensi inungitur, precibus autem, secundum formulam, peractis, vnctum Regem Treuirensis, Coloniensis Archiepiscopi & Elector Palatinus (qui ad præstandum hoc Regi officium è conclaui prodit) Regem ad ablutionem siue detersionem olei, in sacrarium abducunt, inibiq; aureo

amictu

amictu exuto, Imperialibus D. Caroli ornamentis, 1562.
quæ senatus Reipublicæ Norimbergēsis (ad quem eorumdem custodia, ꝓprie & veteri de more pertinet) ad inaugurationem istam tramiserat, tamquam diaconus induitur & ita ad altare sistitur, ibi Moguntinus gladium strictum ei in manus tradit, quem, conceptis precibus finitis, in vaginam Rex rursum recondit, moxque eumdem Elector Saxoniæ lateri Regis accōmodat. Deinde Archiepiscopus Moguntinensis, ad testandam fidem Romano-Catholicam annulum digito Regis inserit & mox splendidissimum atq; pretiosissimum D. Caroli pallium humeris eius superinduit, sceptrumq; & globum eidem porrigit. Postremo tres Archiepiscopi simul diadema Regis capiti imponunt, quibus peractis Rex denuo coram præsule Moguntino iurat, se nimirum functurum boni principis officio, legesq; ac simul imperium, vt Christianum principem decet, sartum tectumq; cōseruaturum: inde in locum aulæis exquisitissimis ac pretiosissimis ornatum, comitantibus tribus Archiepiscopis Electoribus, ascendit ibidemque saxeæ D. Caroli sedi imponitur, & hoc modo Romani Imperij possessionem suscipit: tum Romani Imperij per Germaniam Archicancellarius, Moguntinus videlicet Archiepiscopus oratione lingua populari habita, se suosque collegas ac cæteros Imperij principes & ordines Regi summa diligentia officiose commendat, moxque hymnus B.B. Ambrosij nempe & Augustini organis ac symphoniacis inuicem excipientibus, decantatur: Quo facto Rex aliquos Principes & ex Nobilitate primarios viros, stricto

D. Ca-

1562. D. Caroli gladio, humeros eorum leniter feriebat illosq; in ordinem equestrē cooptauit, tum duo e sacro collegio sodalium Aquisgranensium eum accedunt, multamque salutem eidem precantur, illumque pro more ac consuetudine veteri, in collegium cooptant: Ceremoniis sic in summo isto vrbis templo celebratis, in curiam ad prandium Cæsaris, Regis ac cæterorum principum sumptuosissime instructum, eadem pompa proceditur, vbi pone tres stipatores sequebātur qui missilia in vulgus iaciebant, numos scilicet aureos & argenteos, quibus inaugurationis memoria signabatur. In curiam vbi peruentum est, Cæsar & Rex mensæ, omnibus aliis septem gradibus editiori assident, septemuiris ad munia sua, iuxta Bullæ aureæ præscriptum obeunda statim digressis, & Brandeburgicus quidem, qui Pocillatoris munere fungitur, equum ad id paratum generosum ascendit, ad mensam medio in foro stratam properās, aureamque peluim & mappam accipiens, illas, in curiam rediens Cæsari, ac Regi ad lauandas manus, porrigit, pelui, mappa & equo Comiti Zollerano, ex iure vetusto, cedentibus: Dein Saxo, tamquam, Romani Imperij ensifer siue tribunus equitum, in equum itidem insiliens in aceruum auenarum ante curiam effusum citissime fertur, ibidemque modium argenteum implet, quo impleto modius argenteus simul & equus, Friderico Pappenhemio veluti Electoris Saxoniæ legato sacrique Romani Imperij inferiori Marescallo hæreditario cessit, auena vero plebis direptioni concessa fuit. Vltimus Palatinus Archidapifer ad culinam extra cu-

riam extructam, in equo expeditus tendit, assumptisq; inde ferculis in curiam citato gradu redit, ac fercula ad mensam Cæsaris, Electore Saxoniæ magnū bacillū præferente, defert: vbi Palatini equus vna cum patinis, quibus gestabantur fercula, argenteis, Iacobo Comiti Seldeneccio, Archidapiferi Palatini legato, & sacri Romani Imperij Dapifero inferiori hæreditario, cessit. Interea consecrata mensa ab Archiepiscopis & Treuerensi verbis præeunte, reliqui duo respondent: è consecratione Elector Moguntinus, Treuitensi ac Coloniensi septemuiris comitantibus codicillos ac sacri Romani Imperij sigilla, ex oblongo bacillo argenteo appendentia Regi obfert, q. mox illa Moguntini præsulis collo accommodat, recipiēs sibi tum ipsos Archicancellarios (ita vocantur Archiepiscopi) tū reliquos Electores, principes ac ordines Imperij quā cōmodatissimos fore, iura item ac priuilegia ipsorū nō modo seruaturū, sed & cum res feret, amplificaturum. Quib. peractis singuli Electores in eadē aula, mensis aureis stragulis splendidissime instructis, à tergo aulęis aureis propendentibus ad vtrūq; Cæsaris ac Regis mensæ latus, separatim discumbūt, primam à dextro latere Archiepiscopus Moguntinus occupat, alterā Palatinus; ad sinistrū, primā tenet Coloniensis, secūdā Saxo, tertiā Brandeburgicus: iuxta Cæsarem ac Regem, secundum legem Carolinam, Antistes Treuirensis accumbit: præter eas aliæ duę mensæ, in eadem aula, instructæ erant, in quib. reliqui principes, nobiles & ordines sedebāt: singulis verò mensis sui inseruiebant abaci 1562

poculis

1562. poculis aureis ac argenteis egregie instructi, senis præterea ferculis conuiuium celebratum, albo & rubenti vino, dum conuiuium celebraretur, ante curiam, duabus fistulis per bicipitem aquilam, editæ columellæ impositam subterraneis tubulis deriuato & in publicæ lætitiæ signum se effundente: bos etiam multis aliis animalibus minutiorib. fartus in foro veru ligneo torrebatur, ex quo particula ad Regem delata, reliquum plebi ad prædam inhianti concessum est: Tamdem mensis remotis & peractis Deo gratiis, Cæsar ac Rex insignibus suis cõspicui à septemuiris ac cæteris principibus magna pompa domum deducuntur, indeq; quilibet ad sua rursum diuertitur. Magnificentissimæ isti pompæ Ebraimus Stroschenius natione Polonus, Solimani Turcarum Imperatoris ad Ferdinãdum legatus, ad pangendum octennium induciarũ fœdus, cum Augerio Gislenio Busbequio missus: de iis diu altercatus Constantinopoli Busbequius tamdem & captiuos Hispanos, pro quibus frustra saluiatus, Regis nomine laborauerat, à Solimano impetrauit: & quamuis ob defectionem quorumdam Hungaricorum procerum à Ioanne Turcorum beneficiario & Heiduccorum, quos vocant, ac præsidiariorum Sigethi, excursiones aliquid remoræ allatum esset pacis negotio, Halis interuentu de eo conuenit, & missus Ebraimus cum Busbequio, qui conditiones ad Ferdinandum Cæsarem perferrẽt fidemque eius acciperent: igitur ex vrbe profectus Busbequius Viennam venit, indeque datis ad Cæsarem literis aduentus sui eum certiorem reddit. Placebat quidẽ initio Ferdinando Cęsari vt Ebraimus,

Ebraimus Stroschenius Imperatoris Turcici legatus cum Ferdinando Cæsare paciscitur.

mus, dum rediret, Viennæ subsisteret: nam abre alienum videri, si gens tam infesta per tantum tractum, quantum à Vienna Francofurtum distat, per ipsius Germaniæ penetralia duceretur: Sed econtra Ebraimus vrgebat, & diuturnior expectatio multas suspicionum ansas Turcis dare poterat. Itaque Busbequius ad Cæsarem rescribit nullumque metum subesse demonstrat, si Ebraimus cum comitatu suo per florentissimam. S. Romani Imperij partem, iter faceret, imo optabile esse, vt per eas vires & Imperij magnitudinem æstimet, videatque Francofurti quanto omnium S. Romani Imperij consensu Maximilianus filius Imperatori parenti successor designetur. Iussu itaque & mandatu Cæsaris Ebraimus Francofurtum (itinere per Pragam, Bambergam & Herbipolim instituto) pridie electionis cum in vrbem venisset, quatriduo post ad Cæsarem admissus est: quo facto lingua Sclauonica ei magnifica admodum oratione salutem dixit felicemque administrationem cum longa ac firma sanitate coniunctam à Solimano precatus amicitiam ipsius illi detulit petiitque, vt quemadmodum captiuos in eius gratiam dimiserit, vicissim Turci, qui captiui detinerentur, ab ipso liberentur, fœdere in octo annos inuiolabili percusso: Tum porrectis Solimani literis, ad quas vt respondere dignetur, rogat & munera offert, quæ erant duo ex natiuo crystallo crateres miro artificio elaborati gemmisque pretiosissimis ornati: equus Turcicus generosus admodum aureis & gemmeis phaleris ac cæteris ornatus, sed ex via admodum macilentus & quatuor

1562.

Munera Solimani Ferdinando Cæsari tramissa.

1562. insuper Cameli. Summa autem literarum erat, missum nimirum suo nomine Ebraimum cum Busbequio, vt fœdus per octennium percuteretur, quibus singulis triginta Hungaricorum millia dependerentur: tum de limitibus conditiones apponebantur, quas neutri, citra pœnas fœdere comprehensas, cum maleficio egredi posset, quibus conuentis, pace confirmata Ferdinandus Ebraimum amplissimis auctum muneribus ad Solimanum remisit. In Comitiis istis septemuiri ac alij protestantes Principes cum reliquis Augustanæ Confessionis sociis, suam, in conuentu Naumburgensi, de quo antehac diximus, sententiam scripto comprehensam exhibuerunt, in qua causam exponebant cur ad impium Concilium, à Pio quarto Pontifice Maximo indictum, non accedant addita commemoratione conditionum, quibus in Comitiis Imperialibus aliisque conuentibus ad Concilium generale, pium, liberum ac legitimum antea prouocarant & nunc quoque prouocent. Tandem ferme sub exitum hui⁹ mensis Cæsar cum filio Maximiliano Romanorum Rege electo, Francofurto discedit factoq; per ditiones Electoris Palatini & Wirtembergici itinere Viennam versus profectus est: ipse vero ab vrbium Rhenanarum S. P. &c. vtpote Wormatiensi, Spirensi, Weissenburgensi, Argentinensi, Sclestadiensi, Basileensi & vbique locorum honorificentissime exceptus Friburgum Brisgoiorum petit, ibique peractis conuentibus, quos Alsatis suę ditionis populis indixerat, per agrum Constantiensem Oenipontem (quod in Februarium anni sequentis incidit) venit, vbi pro-

pter indictum Concilium Tridentinum aliquandiu subsistit, idque potissimum eo fine, quod se vicino illud eo celerius confectum iri speraret. 1562.

Interea copiæ Germanicæ sub Duce Marescallo Hesso Aureliam veniunt. Tum conflato exercitu, Condæus Aureliis mouere adque Lutetiam ducere instituit. Sed antequam discedat scriptum edit, quo & primorum motuum & eorumdem continuatorum inque apertum bellum coniectorum à se depellens causas, in Guisios sociosque deriuat seque testatur illorum iniuriis à Rege Regnoq; depellendis pro officio ad bellum proficisci, & equidem, ait satis superque hactenus multis editis scriptis atq; vbique disseminatis, perspicue demonstraui, Guisios, Connestabilem, Santandræanumq; auctores esse earum turbarum, quas nunc hoc in Regno debacchari conspicimus, ac veras causas, quod alij amotos se imperio Francisci II. tempore vsurpato indignabantur, omnesque vna serio irascerentur Ordinum Regni decreto, quo iubentur rationes reddere tam donorum immensorum à superioribus Regibus perceptorum, quam administratarum ab eis pecuniarum regiarũ, quum maximopere cuperent non solũ se ab hac conquisitione liberare, sed etiam veteres artes, in quibus tanto suo voto hactenus versati sunt, repetere ac renouare, vt familiarum suarum aliarum ruinis exædificationes perficerent. Post varie consilia habita secretasque deliberationes, Religionis prætextum ad suas conspirationes adhibentes, arma ipsi, priuata auctoritate, contra diserta Reginæ interdicta ordinumque decretum, inceperunt

Proibstantes Condæo mittũt auxilia & Condæi, per scriptũ publicum, repetita purgatio:

1562. ſumere, publica pace violata modoque numquam hactenus vſitato: Eoque agmine quo in hoſtes itur, Reginæ auctoritate contempta, ordinumque decreto, quo ſinguli ad ſuæ adminiſtrationis prouincias iubebantur, proculcato, Regemque ipſum Reginamque ſuis armis inuoluerunt: tanto Regis Reginæque dolore, vt etiam lachrymis cum publice teſtatus fuerit: Regios dein ſubiectos, nullo ætatis ſexuſque diſcrimine, Edictorum Regiorum fide præſidioque viuentes, Ordinum decretis (quorum auctoritas ad minorum Regum ætatem vigere debet) conditorum & ſolemniter perlatorum. Demonſtraui quoque & ſemper euidenter demonſtrabo, me iuſtis neceſſariiſque cauſis & diſertis ipſius Reginæ mandatis, arma ſumpſiſſe: Et ad huius cauſæ defenſionem ab illa nominatim deſignatum electumque: teſtibus etiam Iarnaco, Subizio, Pardillano, quibus ipſa etiam expreſſe declarauit, ſuam eſſe voluntatem vt fideles Regis ſubditi mihi morem gererent, adque mea mandata Regis aduerſariorum conſiliis conatibuſque ſeſe opponerent, ne impotentes ipſorum libidines vlterius progrederentur. Ego vero ni arma ſumerem; non poſſent Regis Reginæque Maieſtates (re mihi etiam per Reginam perſpicue declarata) patriaque non in aduerſariorum voluntates condonari, quos alioqui iampridem Galliæ tyrannos experientia commonſtraſſet. Nunc vero quamuis mihi meæ conſcientiæ teſtimonium erga Deum ſatisfacere poſſet, & Reginæ, penes quam ſumma rerum in hoc Regno eſt, mandatum hac de re & tum aduerſario-

rum

rum meorum actiones & mearum rationes, quas tot hactenus ſcriptis demonſtraui, apud homines meæ cauſæ bonitatem abunde potuerint teſtari, nihilominus tamen quoniam aduerſarij illi mei conſueta veterum ſuarum artium, atque imposturarum via multas aduerſum me calumnias ad peregrinas vſque regiones, editis ſcriptis, diſſeminarunt, audentes me putidis mendaciis ac commentis impudenter onerare, omneſque turbarum iſtarum cauſas in me traducere: Ego dum maxime cupio erga omnes Principes optimateſque nominis Chriſtiani fideleſque Regis ſubditos bonam, integramque ſanguinis ac loci, vnde ſum oriundus, famam conſeruare: volui hoc etiam ſcriptum, poſt multa alia, euulgare, vt omnes intelligant, quam enixe in hunc vſque diem conatus molituſque ſim illas turbas, illorum culpa concitatas, ſedare: non ſolum quod intelligam quantæ ruinæ ſint emanaturæ, ſed etiam ſingulari meo ſtudio & voluntate, tum Regiæ dignitatis auctoritatiſque ſtabiliendæ, tum Regiorum ſubditorum incolumitatis & conſeruationis, tum conſcientiarum libertatis, pacis denique tranquillitatiſque huius Regni, in quo ſum natus: & perſuaſum habeo ſolam rerum mearum demonſtrationem, illos homines calumniæ & mendacij conuicturã & effecturam vt impoſterum omnia huiuſmodi commenta apud ſani iudicij homines locum minime ſint habitura. Primum, potuerunt omnes videre atque animaduertere, ad Regni iſtius initium, quam vnice pacem tranquillitatemque procurarim, omneſque ſeditionum tur-

1562.

Condæus priorẽ purgationem ad diluendã aduerſariorum

1562. *obiectiones hic iisdem formis verbis repetit.* barumque occasiones cupierim amouere: vt quidem hac de causa, offensiones perplurimas mihi Francisco II. Rege illatas liberaliter condonarim; quas (si tantum mei habuissem rationem) poteram illo tempore & persequi & pro arbitrio satisfactionem statuere, quæ longiori repetitione minime hic indigent. Ex eo iidem illi Dei, Regis pacisque publicæ hostes, ordinum infensi decretis, & administrationis formæ, quam tunc temporis ipsorum ambitioni contrariam animaduertebant: cum statuissent omnia peruertere, suamq; potentiam atque tyrannidem restaurare: in eumque finem & peregrinorum quoq; Legatis consciis fœdus conspirationemque iniissent, Triumuirorum Romanorum perniciosiorem detestabiliorem-que, vt ex luctuosis effectis nunc apparet: Ego contra ad turbarum illud incendium restinguendum omnes vires meas tunc contuli. Nec meæ causæ bonitatis, nec aduersariorum meorum iniquitatis ratione habita (cum & priuata auctoritate arma ad Edictum de Ordinum præscripto conditum euertendum sumpserint) & loci gradusque, quem in hoc Regno teneo, respectum non ita opposui, nec quod arma nisi prouocatus, & id quidem disertis Reginæ mandatis sumpserim: quin initio & primus vltro obtuli, ea me depositurum, domumque sine armis concessurum, dummodo idem ab illis præstaretur, Edictumque adeo solemni ordinum decreto constitutum, obseruaretur, vt ex meo, ad hanc rem, scripto apparet: quæ conditiones omnibus, præterquam ipsis, æquissimæ

sunt

sunt visæ. Deinde, vt melius & tutius vtrimque 1562.
concordiæ ratio iniretur, ego dedi operam, vt hac de re multi Christiani nominis Principes admonerentur, illosque litteris ac legatis rogaui, vt tamquam arbitri siue mediatores in tam arduo hocce negotio componendo, intercederent, omnesq; adeo maiorum dissensionum viæ intercluderentur.

Verum aduersarij mei illo ipso etiam tempore, cum mitius res poterant constitui, omnem etiam concordiæ spem conati sunt præcidere: nouis in fratres nostros crudelitatum facinoribus expatratis, nostros animos de industria hostiliter exasperarunt: bellum aduersus me meosque studiosius appararunt, quam cum publicus hostis Regni fines inuaderet. Et principum Germanorum quidem legatos, qui iam se dederant itineri, impedierunt ne munere suo pacificationis incundæ defungerentur: Peregrinum vero tam Italum, Hispanum, Heluetium de bello sollicitarunt, illasque peregrinorum in Regnum immissiones libere improbantem Equitem Ordinis Gonnorium in publico Regis Consilio iniuriosis verbis incesserunt. Vnde sani & integri iudicij homines æstiment de meis aduersariorumq; meorum actionibus, potuerim ne ego in hac minore Regis ætate, ad turbas grauiores euitandas, vtiliores rationes expedire: an illi, qui vi & armis omnia per peregrinos etiam tentarint. Sed vt omnia potius pessumdarent, specioso nomine supplicum, Leges nouas, duras, imperiosas Regio Edicto ex ordinum decreto, eque Parlamentis selectissimi cœtus

1562. ſententia facto plane contrarias, Inquiſitionis, quæ tantum in Hiſpania potuit obtinere peſti & exitio tranquillitatis, germanas, vt non perturbationes ſolum non impedirent, ſed omnia confuſe permiſcerent. Quod ego etiam edito ſcripto contrario demonſtraui, quam nimirum illud à ratione eſſet alienum. Sed quicquid ego Reginæ potuerim demonſtrare, illius primam voluntatem armis, poſt vero artificiis captiuam ita tenuerunt, vt illi per illam omnia ad arbitratus ſuos fecerint. Illa tamen perſpiciens quanti momenti res verteretur, exiſtimauit maius aliquid poſſe confici per colloquium. Vna ergo conuenimus Regina, frater Nauarræus & ego medio inter Lutetiam & Aurelias itinere. Duo tunc demonſtraui, quæ turbarum cauſas eſſe dicebam, quibus ſublatis, turbas vt ceſſantibus cauſis ceſſent effecta, ceſſaturas quoque ſperarem: Ea eſſe vti Guiſij, Conneſtabilis, Mareſcalluſque Santandræanus, qui armis priuata auctoritate ſumptis pacem publicam violaſſent, Regi Reginæque vim intuliſſent, Regiumque edictum Ianuarij perfregiſſent, domum ſe recipiant, nec Regis conſilio, quamdiu in hac minori ætate erit, interſint: Idemq; à me præſtitum iri pollicebar, quamuis Regem ſanguine attingebam, ne vllo adeo modo cum meis illis aduerſariis comparandus eſſem. Alterum erat vti Ianuarij edictum plene obſeruaretur, eque illius præſcripto liber eſſet Religionis per vniuerſum Regnum vſus: vtrumque mihi à Regina fratreque meo Rege Nauarræo negatum eſt: Non licere eos, Regios miniſtros,

à Rege

à Rege adoleſcente in has neceſſitates diſcedere, 1562.
nec æquum eſſe, nec Regi Regnoque vtile: non poſſe verò duas Religiones vna admitti, neque adeo Ianuarii edictum permitti, potentibus adeo Romano-Catholicæ Eccleſiæ viris, animiſque exaſperatis, vt maiores turbæ inde ſint haud dubiè erupturæ. Ego excipiebam: Nec æquum eſſe illos apud Regem manere, nec Regi vtile, qui & Regis ætate dignitateque abuſi fuiſſent, & graue periculum ipſi maximaque damna toti Regno crearint, Regiumque edictum inhonesto ac indecenti prorſus modo violarint: Reginam & ipſam expertam nimirum illorum vim animoſque noſſe. De Ianuarii vero edicto, quid magis indignum eſſe quàm priuatos homines paucos Regis dignitatem ita paruipendere, vt ipſius edictum violare auſint, cui obſeruando fidem ſuam iureiurando interpoſuiſſent? cuius edicti beneficio non modo Lutetia, ſumma pace, ſed etiam vniuerſum Regnum perfrueretur, donec illi cum armis Lutetiam veniſſent: Peſſimi rem eſſe exempli populum ad Regis edicta violanda armari, iſta via profecto inobedientiorem futurum: Religiones non ita eſſe contrarias, vt Chriſtianum nomen non vbique teneatur: Eã quæ à me Eccleſiiſq; noſtris colatur, veram eſſe & reformatam à magnis etiã populis & nationibus ſuſceptam, aque Pontificiorum idololatriis & ſuperſtitionibus repurgatam, ſicuti profiteamur nos demonſtraturos. Quod ſi exemplis res agenda ſit, recens eſſe Imperatoris Caroli V. exemplum, qui poſtquam omnia fruſtra tentaſſet ad Religionem quam approbabat, in Germania conſtituendam

Carolus V cur liberũ in Germania exerci.

1562. nihil expeditius habuit, tum etiam cum victor armis esset & victis legem se dare posse animaduerteret, quam liberum Religionis vsum relinquere.

sium Religionis permiserit.

Quid verò infinita alia exempla essent repetenda, cum & illud experientia manifestum sit, *illud* esse in hoc regno ad populum in pace retinendum necessarium remedium, vt liber vnicuique Religionis suæ vsus tribuatur? Ne quicquam tamen à me tunc promotum, Regina à præscripto discedere minimè ausa. Itaque expediuntur vtrimque exercitus, rursus tentantur colloquia: adhibentur nouæ ad expugnandum artes. Bogenciacum oppidum fratri Nauarræo condono, paci tractandæ agitandæque, cuius magnæ Reginæ fratrisque literis obiiciebantur, domicilium futurum. Trado me in hostium meorum manus, pacis faciendæ consilio. Guisii sociique simulant discessum: sed non longè aberant, qui nimirum ad sex leucas Gallicas propè castra sua metati fuerãt, mei opprimendi (quemadmodum illorum etiam literis planè tunc nobis constitit,) consilio. Ad colloquium cum Regina venimus, ego sociorumque nonnulli: vbi ab initio nobis conscientiæ nostræ libertas negatur, hocque vnum concordiæ fundamentum accommodatissimum edicunt substernendum, vt Religionis conscientiæque nostræ libertate priuemur. Nos, vt de re nobis omnium pretiosissima, statim testamur, conscientiæ nostræ libertatem primum esse nostrorum votorum nostrarumque postulationum caput, publicam etiam agi causam, si nostro paucorum discessu, pax

publi

publica Religionisque libertas redimenda esset, 1562.
nos in voluntarium exilium ad vltimas vsque terras non inuitos profecto discessuros. Libenter vero sermonem excipit Regina & conditionem se amplecti ait, multa prius de sua erga nos beneuolentia testata, hortaturque missis continuo literis, vt itineri nos accingamus: & mihi quocumque voluissem decem aureorum millia missuram, nec longum fore exilium pollicetur. Ego insidiarum, quæ mihi à Guisiis struebantur, certior factus, quod poteram & debebam, ad mea castra hortatu meorum sociorum redeo. Tum rem è nostrorum verborum responso à Regina postulatam ad commune sociorum consilium referimus, testamurque ego & à quibus disertè Regina hoc petebat, paratos nos esse nō tantum exilium, sed omnia etiam extrema, publicæ vtilitatis causa, æquo animo subire. Re deliberata socii respondent, Me, nisi Dei, Regis Patriæque desertor esse vellem, non posse nec debere alio discedere: reque altius repetita, demonstrant, Gallici Regni antiquas & probatas esse leges constitutionesque, vt cum Rex per minorem puerilemque ætatem Regnum non potest administrare, Comitiorum Regni ordines conueniant, vt ex communi Principum Regis consanguineorum consensu iudicioque, de Regis minoris Regnique administrandi forma prouideant: & illa quidem quandiu Regis ætas rerum administrationi minime par est, tanti sunt momenti, vt pro certis firmisque decretis habeantur. Ad Regis istius, Regnum

Antiquæ leges ac probatæ Constitutiones Regni Gallic.

adeun-

1562. adeuntis, auspicium ordines (quorum auctoritas illorum ambitionem, qui Regum ætate aut facilitate voluerunt abuti, semper refrenauit,) decreto cum vnanimi Principum consanguineorum consensu, constituerunt, vt Regis Regnique administratio Reginæ matri tribueretur: atque illa, æris alieni nomina à superioribus Regibus relicta, & dissolueret & pacem intra extraque Regnum Gallicis populis conseruaret: Et quid in hac tenera & pupillari Regis ætate agendum esset distinctius cauerunt: & hæc quidem inter alia, Regio consilio rectè atque ordine ex veterum institutorum Legumque formula constituendo: Ne qui peregrino Principi fidem iureiurando obligassent, (vt omnes homines Ecclesiastici & peregrini etiam ipsi,) nec duo vna fratres, nisi Principes Regis consanguinei essent, Regio consilio intersint: nec qui Regias pecunias superioribus Regibus administrassent, do nec illarum administratarum rationes pro more reddidissent. Publicæ res & quæ ad Regni quoque gubernationem pertinerent, Consilii Regii sententiis constituerentur: Prouinciarum præfecti singuli ad suas Prouincias essent: nec bellum aliudue, quod extraordinarias impensas traheret, nisi publica ordinum sententia decerneretur: qui secus fecisset, Regi teneretur, & publici otii violati reus perageretur: Religionem pacis publicæ caussa, à seditionis causa semouendam atque seiungendam: Religionis Reformatæ vsus liber esset, & templa ad hanc rem singulis vrbibus tribuerentur.

Aiebant porrò Reginam (vt ordinum decretis satisfaceret,) voluisse primum, ad pacis publicæ

sum-

ſummas præſenteſque neceſſitates, Religioni caueere. Re ergo primum per colloquium Poſſiacenũ, propter Eccleſiaſticorum hominum obiecta impedimenta, fruſtra tentata: dediſſe poſtea Reginã operam, vt publicum edictum hac de re, per Principum Regis conſanguineorum, Regiorum conſiliariorum eque Parlamentis ſelectorum conuentum, conſtitueretur. Conditum in conſilio Regio liberè edictum, inque illud ab omnibus vnanimiter iuratum, (imo iis etiam ipſis qui hodie illud violant,) perque omnes Regni curias de more confirmatum atque promulgatum: illiuſque beneficio ſummam pacem toti Regno affulſiſſe. Nihilominus tamen tres priuatos homines, Regio conſilio motos, ſuis cupiditatibus concitatos, pro eo quod ordinum decretis, pro ratione officii, parere debebant, & rationibus, quibus reddendis obnoxios ſe norunt, ſatisfacere, (quod ipſi vltro debebant petere, quàm pati vt ad illud cogerentur, cui tamen è Regum noſtrorum legibus teneantur,) conſilium iniiſſe conſpiraſſeque de Regina à ſua auctoritate depellenda: Reginæ iniuſſu & contra ordinum decreta & auctoritatem, armatam manum conflaſſe, ſeque in ſuas Prouincias diſceſſuros, & ad Reginæ ſummique proregis imperia negaſſe arma depoſituros: Regem armatos adiiſſe, ipſumque adeo occupaſſe: bellum concitaſſe, adque maximas impenſas Regem conieciſſe: non tantum Regium conſilium, à quo ordinum decretis ſecludebantur, ipſos ingreſſos, ſed illud pro arbitratu ſuo & commutaſſe & nouis viris, ſuppleuiſſe: Regium edictũ ſolemniter de ordinum ſententia factum confir- 1562.

matum-

1562. matumque, impotenter violasse, nec, ex quo arma sumpserint, vsquam permisisse illud obseruari, sine quo tamen pax publica non possit cōstare. Quibus facinoribus & criminibus, Magistratus, ordinum Legumque auctoritatem violarint, seque Dei, Regis, Regnique ac publicæ pacis hostes demonstrarint. His de causis aiebant, Me (habita etiam loci quem in hoc Regno teneā ratione,) non æque posse iis cedere, q omnia instituerint & iā incæperint violēter audacterq; pmiscere: nec seducere memet à causa q̄ non est particularis, sed cōmunis: nec magis ipsa arma, q̄ Reginæ, Regni ex ordinū decreto legitimæ custodis mandata sumpserim deponere, vt vim publicam depellerem, conscientiarumq; libertatem Ecclesiarū Reformatarū hominibus, post tantas tamq; diuturnas afflictiones, edicti Regii beneficii beneficio tuerer, Regis adeo Regiorumque ordinum auctoritatem dignitatemque conseruarem. His de causis, maximam optimatum Nobiliumque hominum partem, officii sui conscientia, cum se iure diuino humanoq; huic rei obligatos sentirent, me secutos, cumq; his sese voluntariè coniunxisse maximam Regiorum subditorū partem, & copiosissimas quidem vrbes: & diuina potius, quàm humana ratione cōmuni omniū voto consensuq;, ad hanc causam, Ducē me electū atque creatū: Præter primū etiā Reginæ maximi momenti suffragium: Me, vti Principem consanguineum decebat, Gallicæ coronæ naturaliter obligatum, gloriæ Dei & Regiæ dignitatis, Regniq; incolumitatis cōseruandæ vnico studio, hoc munus & alacriter suscepisse & iureiurando confirmasse: fœ-

dere etiam cum ipsis facto cuius, respectu memet ipsis obligarim, nec iusiurãdũ adeo possim, nisi solemni sociorum meorũ consensu, quibus nimirum fidẽ dederim, dissoluere. Et q̃ Reginæ obtulissem, conditione caueri *SI NOSTRO PAVCORVM DISCESSV REDIMENDA PAX PVBLICA RELIGIONISQ. LIBERTAS ESSET*. Sed cum manifestum sit latiorem portam ad vastitatem patere, nihil quod me obligare possit, in illa mea responsione inesse. Si extra Regnum secederem, relicturum me Regem in hac minore ætate, peregrinorum hominũ ambitioni violentięque: Coronam, cuius defendẽdæ vindex protectorque natus sim, ruinæ & exitio expositã, me infinita Regiorum subditorũ millia, violentorum hominum, iam pridẽ innocentũ hominũ sanguinẽ auide sitientium, crudelitati furorique condonaturum: quorum certè scelerum mea desertione patratorum, redditurus haud dubie essem coram Deo rationem: Fieri non posse, vt Regiorum subditorum securitati caueatur, cum hoc vnum perspicuum sit illos moliri, gregem, ductoribus amotis, facilè delere. Tantamne verò multitudinem existimarem extra Regnum deduci posse sine & summis incommodis egredientiũ, & summa Regni vniuersi ruina? Pro officio ergo, cui & me natura & sacramentum obligarit, nullo nec diuino nec humano iure posse aut debere alio secedere, & in has quidem tẽporum necessitates, nisi vellẽ grauissimo desertionis crimine inuolui: Nam q̃ attineret ad rationes quas aduersarii mei ad sua scelera tegenda, & ad me à tã iustæ causæ defensione abducendum afferrent, adeo esse infirmas & tam parui mo-

1562.

Causa C[...] dei impu[...] sine cur n[...] mirum n[...] lit migra[...] in exilium

1562. momenti, vt apud nullos, nisi præiudiciis occupatos, homines locum habere possent. Nihil enim est quod aiunt, Reginam ex eo tempore sententiam mutasse, edictum improbasse, suamque auctoritatẽ in hac re administranda, Regi Nauarræo attribuisse: & quicquid tunc geratur, Nauarræi summi *Proregis* nomine & auctoritate fieri. Primum quoniã magis est rationi consentaneum, vt quod Rex, Regina Prorexque, dum illi & plena libertate & Regnum certa pace perfrueretur, statuerint decreuerintque, ratum firmumque sit, quàm quod istis perturbatorum temporum procellis, dum potentiorum armis coguntur tenenturque, nutu approbarint. Deinde nec Reginam potuisse, virium & domesticarum & peregrinarum collectionem, bellique initium, præter quidem antiquum Gallicarum Legum morem & recens ordinum decretũ & propter adeo peruersum finem, regio nimirum edicto eorumdem ordinum decreto & Reginæ quidem ipsius iussu tam solemni forma condito, violando approbare: quin etiam euertat fundamentum, cui sua auctoritas innitatur, quæ ita esset inefficax: neque adeo posse per se ad alium transferre eique attribuere auctoritatem munerisque gerendi facultatem, quod ei naturali iure non fuerit acquisitum, sed alieno beneficio & consensu datum tributumque: Nauarræum vero intelligere, postquam & suo & Principum aliorum consanguineorum consensu, ordines Regni administrationem Reginæ decreuerunt, quidnam sibi auctoritatis, Legati Regis nomine remanserit. Sed quicquid sit, & quam potestatem huius rei habuerit,

non

on potuisse Regem Nauarræum Guisios aliosue 1562
cogendas vires bellicas instigare, saltem sine
eginæ iussu & consilii Regii legitimè per Regni
dines constituti, quod tantum abesse vt factum
, vt Regina illis primum disertè imperarit arma
i deponerent. Nec maioris momenti esse, Regi-
ım ex eo tempore hanc armorum sumptorum
ıtionem & militum delectum approbasse: cum
is in rebus nuda approbatio satis esse minimè
ossit, in quibus certum disertumque imperium
equiratur: nec approbatio huiusmodi potuerit
ıeri, non magis quam Imperium potuisset, nisi sal-
em ab eodem consilio Regio legitimo: quando-
quidem quicquid alio consilio illegitimo appro-
batum esset in omnibus quidem, in istis vero tan-
ti momenti rebus, non possit esse efficax. Denique
etiamsi Regium consilium huiusmodi esset, quale
debeat esse ordinum decreto, & Reginæ Nauar-
ræique proregis auctoritas interuenisset: absit vt
quisquam, quantumuis magna auctoritate prædi-
tus fuerit, minore Regis ætate possit exercitum
colligere, bellum arcessere, & in subiecti, quan-
tumuis fidelis, manus Regis Regnique vires po-
nere; sine ordinum conuocatorum voluntate &
sententia: cum maximè de re tam iniqua agatur, &
Regium edictum sit violandum, publicique com-
modi intersit, vt contra possit iudicio Maiestatis
reus peragi, quicunque illa fuerit molitus.

Istis rationibus à me consideratis, constitui Re-
gem meum & quidem adolescentulum, à me offi-
cii mei auxilia exposcentem, Patriam Religio-

1562. nemque minimè derelinquendam. Itaque exercitum meum propius hostes Dux, summa militum alacritate, & summa mea & illorum voluntate, si posset omnibus copiis prælio res experiri, hostium adoriendorum. Illi verò, qui toties nobis insultarant, nullam rationem vtiliorem repererunt, quam vt nocte silente conuasarent mouerentque. Pugna igitur declinata Blæsas, oppidum custodiis vacuum, ex improuiso oppugnant, omnique crudelitatum libidinumque genere expugnatum deuastant: eoque aditu patefacto, multas huius Regni vrbes crudeliter expilarunt atque etiamnum expilant. Regina ex eo tempore, quamuis & causæ nostræ, suis etiam mandatis, à me susceptæ bonitatem norit, & felicitatem in animo suo peroptet: nihilominus tamen, propterea quod hostium nostrorum potentiæ & artificiorum metus apud illam magis valeat quàm opinio illa, quam de mearum rerum successu concepit, (cum tamen de nobis hoc sibi polliceri possit, quod de hostibus meis non potest: nos nimirum quicquid tandem animi infensi & hostilis aduersum nos illa demonstrarit, iniuriarum omnium fore immemores,) constituit apud se vt res certius administraretur, totam se illis nostris aduersariis dedere, illisque apertius ac vehementius fauere, vt certè ex effectis perspicuè apparet. Itaque Cardinali Lothareno, qui tum temporis cum illa erat, totam se tradit gubernandam, suisque consiliis aures præbet, quamuis intelligat, illius & totius familiæ auaritiam, ambitionem impotentisque animi vio-

lentiam causas fuisse grauissimorum incommodorum in Regnum Galliæ, ab eo tempore quo ad rerum administrationem gubernationemque intromissi sunt non incerto, Francisci primi, de illis, prędictionis euētu. Nihil igitur reliqui fecit Cardinalis, quo paci obsit: exercitus eum Legato Pontificis circumiuit, vt omnem concordiæ viam præcludat, omnemque ruinam in hoc regnum tamdem aliquando penitus adducat. Et suæ istius voluntatis & perspicua effecta omnibus, & ipsius quoque litteræ à nobis nuper interceptæ documento sunt, remque satis superque testantur. At quoniam Germani, qui Ductoribus, Rheingrauio & Rockendorfio illis militant, cum aliquid de causa nostra resciuissent, pugnam detrectarent aliud commentum inueniunt, Regem Reginamque ad suum exercitum adducunt, vt profecto puerum mulieremque in triumphum spectandos proponant, spectatoresque ac testes futuros grauissimarum calamitatum. Nec adeo vllas artes omittunt, vt peregrinos ad se pelliciant, Germanosque ipsos, quos tamen palam irrident & eorum religionem subsannant, quasi cupiditate pecuniæ in Galliam venerint Euangelii abolendi gratia, quod tamen primi in patria armis vitæque discrimine defenderint. Et impudenti mendacio Confessionis Augustanæ in Galliam introducendæ, spem illis faciunt, quod iam pridem aiunt effecturos fuisse nisi ego impediuissem: aliasque putidas calumnias aduersum me meosque obiiciunt, quasi rebelles essemus, Dei cultum proculcassemus, Regis coronam vsurpare moliremur, Regis vrbes æra- 1562.

1562. riumque occupauerimus: hæreticos, Anabaptistas, Atheos sine Religione & fide esse, nosque his criminibus traducunt adeo perspicuè falsis, vt omnium hominum, qui nos norunt, ipsorum etiam aduersariorum nostrorum conscientiarum, (si aliquid ipsis conscientiæ esset reliqui,) testimonia appellemus. Verum Dei gratia, Religionis nostræ firmum certumque testimonium habemus, confessionem nimirum Ecclesiarum Reformatarum tam perspicuè declaratam, & Regi, Reginæ, Nauarræo, Principibus consanguineis, totique adeo Regio consilio oblatam & ipsis etiam testibus, qui nunc illam oppugnare instituunt, mea compluriumque manu obsignatam, & quam proprio etiam sanguine obsignare numquam dubitabimus. Quæ res vt os aduersariis, ita aures iis apud quos illi nos traducunt, occludere debet: Sin mores vitaque vtrorumque Religionis effecta, in me sociisque & aduersariis nostris comparentur, quamuis nolim nos à multis peccatis excusare, hoc tamen dico vitam nostram, Dei beneficio, minimè esse fœdatam blasphemiis, scortationibus, impietatibus, horrendis contra naturam libidinibus, vt est complurimorum è nostris aduersariis, qui tamen & se Catholicos dicunt & criminibus istis insuper gloriantur. Hæreseos vero & Anabaptismi criminibus tam longè absumus, quam nostri aduersarii illarum rerum manifestè rei conuincuntur, vt & probauimus & probandum offerimus. Anabaptismi crimen an à se deriuabunt, qui infantes in Ecclesiis reformatis baptizatos, rebaptizarint, hæresi ab omni tempore in Ecclesia re-

probata, & conciliorum etiam decretis constitu- 1562.
tionibusque abominata? Nec certè cultum Dei
aboleuimus, cui nimirum defendendo, parati si-
mus vitam etiam profundere, nihil magis cupien-
tes, quam illum in Gallia ex Euangelicæ veritatis
puritate reformatum instauratumque, eque tot
superstitionibus atque idololatriis repurgatum
videre: vti & Deus Regem nostrum pura sui co-
gnitione illustrare velit, sceptro suo adolescentiæ-
que suæ benedicat, abque illo omnes corruptela-
rum magistros abducat. Quam vero impudens
est, Cardinalem Lotharenum præse ferre studium
confessionis Augustanæ? quam in Colloquio Pos
siaceno disertè testatus sit, minimè illam se proba-
re, quamuis illam initio nostris venditaret. Quod
etiam nuper Tabernis fecit coram magno illo, &
optimo Principe VVirtembergico, vt eiusdem il-
lius Augustanæ Confessionis prætextu, in Princi-
pum Germanorum numerum cooptarentur, at-
que illo modo Regis iurisdictionem subterfuge-
rent: cuius nimirum confessionis studium præcla-
rè in horribili facinore Vassiacenæ stragis, fuit à
Guisio postmodum declaratum. Vrbes quas sese
non occupasse obiiciunt, nec hactenus Regis ob-
sequium detrectarunt, nec vmquam alienæ erunt
mentis siue voluntatis, quandiu meis mandatis
parebunt, quam vt certum Regi præstent obse-
quium. Quod nostrorum aduersariorum man-
datis non parent, ideo fit ne illorum libidinibus
expositæ expugnentur vastenturque, (quemad-
modum & illis accidit, in quas illi vi irruperunt,)

1562. & copiosius Regiis possint adesse imperiis. Interceptæ sunt quoque Regii ærarii pecuniæ, ea maxime de causa, ne ab illis occupatæ insumantur ad bellum aduersus subditos Regios gerendũ. Quod vero obiiciunt, me coronæ Gallicæ insidiari, præteritæ quidem certè vitæ meæ actiones ab ambitione & auaritia alienissimæ, manusque meę sanguine ac violentia puræ, omnes denique sociorum meorum rationes, ita demonstrãt falsitatem, vt persuasum quidem mihi sit, neminem sano iudicio ac mente præditum, tam aperta mendacia approbaturum. Cum etiam è contrario nemo nesciat, quibus modis aduersarii illi mei instituerint omnia ambitione & auaritia perturbare, & res suas ita amplificasse, vt ad occupandam coronam latum sibi iter sternerent: Cui suspicioni diluendæ numquã potuerunt idoneas rationes adhibere, cupiditatũ suarum effectis ita perspicuis, vt præter & ipsorum, his de rebus querelas affirmantium se iure suo à Regibus fraudatos, & frequentes iuris, quod suum aiebant, conquisitiones exitus etiam adeo sint funesti & luctuosi, vt ab illis nullo modo tegi queant. Nemo enim non vidit ex quo rerum administrationem penes se habuerunt (Regum superiorum temporibus, vnius quidem facilitate, alterius vero ætate abutentes) Regnum in has angustias adduxisse, vt non in tam misero vmquam statum Regni res extiterint, deprædatum, euersum, in extremam vastitatem redactum: Regem (vti videmus) grandibus alieni æris oneribus obrutum, populum tributis & vectigalibus planè prostratũ. Illorum contra familias, quæ antea huiusmodi erant,

Condæus ambitionẽ coronæ Gallicæ in aduersarios suos retorquet.

rant, vt quiuis nosse posset, nunc Regiis & Regiorum subditorum impensis, splendidas atque insignioribus muneribus inlustres, annuis reditibus ad trecenta vel quadringenta Francorum millia: supellectile verò ad infinitam pecuniæ vim. Aliud est exquisitum Cardinalis eiusdem commentum. Nón enim veretur apud peregrinos variè per litteras disseminare, Regem Reginamque, fidei publicæ securitatem ab omnibus Regni curiis confirmatam, tribuere iis omnibus qui arma relinquere, domumque se recipere, atque ibi sine scandalo viuere velint: Pro omnibus denique Reformatæ Religionis hominibus, ne quod aut rerum anteactarum aut futurarum causa illis periculum creetur. Nihil istorum solemniter edicti Rescriptiue forma perscriptum sane est: & quicquid nonnullis tributum est, vt exquisitas insidias habendum esse, Senatus Parisini, Guisiorum mandatu, interpellatio hac de re facta, eiusdem Senatus contrariæ sententiæ satis superque declarant. Quotidie multi & in vincula coniiciuntur & vltimo plectuntur supplicio nullo alio onerati crimine, nisi quod Religionem Reformatam professi fuerint, nisi quod illa *seditionis*, *coniurationis*, *illicitorum conuenticulorum*, *Maiestatis diuinæ & humanæ violatæ*, vocabula extendunt prout volunt, etiam vt illis nominibus censeant priuatas precationes à nonnullis Religiosis domi, apud se cũ sola familia factas. Nec tam multo sanguine effuso contenti, quoniam suspicantur nonnullos suorum arrestorum immanitatem, populique, quem armant, furorem effugisse, omnia porro conquirunt atque 1562.

1562. inuestigant: curaruntque ab Episcopis aliisque Pontificis ministris effulminari & publicari censuras, aggrauationesque: vt qui aliquos norint, & è regiis, quidem officiariis, qui publicis priuatisque Ecclesiarum Reformatarum concionibus, cœnæ administrationi, precationibus aut aliis denique rebus Romanæ Ecclesiæ traditionibus contrariis, interfuerint, aut qui scienter cum Ecclesiæ Reformatæ concionatoribus diaconisque ederint vel biberint, illorum nomina intra triduũ deferat. Et nuper Arrestum publicarunt, quo mandant vt qui Aurelia, Lugduno, Auarico, Rothomago, Pictauio aliisque vrbibus, quæ meo mandato tenebãtur, Lutetiam venerint, omnesque adeo vires seu mulieres Religionem reformatã approbantes, & qui præterea Nauarræi ipsius edicto de Lutetia discedendo satisfecerint, aut Lutetiam redierint, capiãtur, & de edicti præscripto, puniantur: quodcunque etiam contrarium possint adferre Priuilegiũ. Multi Arrestó illorum vi capiuntur & supplicio plectuntur, qui literarum illarum, fidei Regiæ beneficio freti, domum iam se receperant. Vnde certè perspicitur, quàm impudenter illi apud peregrinas nationes securitatum titulos ementiuntur atque venditant.

Quoniam vero nonnulli Principes causæ nostræ bonitatem & ipsorum iniquitatem norunt, adque illas calamitates euitandas auxilia mihi expediunt, omnia ideo rumoribus replét, ad mihi meæque causæ inuidiam conflandam: Me nimirum peregrinorum vires in Regnum introducere. Verum quid ego egerim anteq̃ ad hoc remedium perfuge-

perfugerem, norunt multi Principes, quos rogaui, vt medij in hac causa pacificanda intercederent, & Legatos suos à Guisiis impeditos fuisse testabuntur. At cum illi vniuersum Regnum peregrinis Italis, Hispanis, Heluetiis Germanisque etiam repleuerint, vt omnia cædibus peruastent, itaq; suæ tyrannidi constituendæ iter substernant: quam impudens est, mihi probro ducere, quod depellendæ iniuriæ, auxilia aliunde mihi accersam. Ego vero testor, vt inuitus ad hoc remedium confugi, ita me constituisse imposterum omnibus rationib. æquis & iustis vti, ad Ecclesiam Dei, Regem, patriam, meque ab ista oppressione vindicandum. Existimo vero mihi veniam potius tributum iri ab omnibus sani iudicij hominibus, qui peregrinum à me iniuriæ, & extremo quidem tempore, repellendæ coactus admiserim, quam illis qui ad me adoriendum opprimẽdumq; primum peregrinum in Regnum immiserunt: Legatis Principum peregrinorum aditum negarunt, cum de pace concordiaque ineunda venirent: omnesque vias peregrino armato, additionibus subditisq; Regis, incommodandum, patefecerunt. Quod vero vbique disseminarunt Arrestũ Rebellionis aduersum me meosque, quod curarunt condendum, causa neque audita, neque cognita, à nonnullis seditiosis & ad hanc rem succenturiatis hominibus, qui viris bonis à suo cætu exturbatis, personam speciemque Parisini senatus nominis auctoritatisque assumunt: Ego illos edito scripto recusaui & recusationum mearum causas addidi: & vt magis perspicue impudentes & vafræ illorum fallaciæ animaduertantur, vt non Iudi- 1562.

1562. cum ſententia, ſed hoſtium dolus haberi debeat, me ab eorum numero, quos falſo rebelles vocant, exemerunt: quamquam ſi hæc iuſta & ſancta cauſa rebellio vocari poſſit, deberem præcipue & omnium maxime ego illa onerari, cum illorum Ducem me feram cauſæque patrocinium ſuſceperim, qui eos, qui me modo comitantur inuocaui ad Regis obſequia, de Reginæ mandatu, illoſque adhuc in hunc finem mecum habeo & ad vltimum meæ vitæ ſpiritum de hac cauſa defendenda voluntatem præ me fero, quemadmodum & initi fœderis declarationumque mearum editis ſcriptis ſatis ſuperque teſtatus ſum. Quin aio mihi non poſſe maiorem fieri iniuriam, quam quod à tam honeſto cœtu ſeiungor, in quo tantum fidelitatis obedientiæque tam præſenti neceſſitate Regi tributæ, animaduerto, vt exiſtimem perpetuis laudibus officiorum iſtorum memoriam ad poſteritatem tranſmittendam: Nam quod iſtius exceptionis cauſas afferunt, me contra meam voluntatem ab Aurelianis detineri, ridiculæ ſunt fraudes, tam indignæ ſenatus Pariſini nomine, quam concuſſiones & violentiæ quæ ab illis quotidie commiſſæ, ob omnium oculos verſantur. Et nuper etiam alia Arreſta ediderunt iniquiora certe, quam poſſint vlla ſuperiori memoria demonſtrari: quibus arma in furentis & veſani populi manus coniiciunt, omneſque ſine quæſtione & Iudice, cædes permittunt: nec ſolum impunitatem, ſed præmium etiam pollicentur clienti famuloque ad patronum Dominumque ſuum interficiendum: vt quidem

cœtus

coetus ille ex curiæ illius fæce & colluuie conflatus, non possit aliter agnosci, quam hominum pecunia coemptorum sine fide & Religione, conscientiarum suarum mercaturas agitantium, impotentisque aliorum libidinis famulorum ac ministrorum conspiratio, & quorum maxima pars, Comitiorum sententia ex Gallicarum Legum antiquis institutis, sit loco graduque mota, quemadmodum qui officia sua coemerunt aut qui sacerdotia habent. Quos his de causis aliisque perpluri- 1562.
mis, testor me habere pro publicis Dei hostibus, Regis patriæque, meque in illos, prout facultates meæ ferent, grauiter animaduersurum. Omnibus vero præiudicio non corruptis iudicandum relinquo, quanti momenti debeat esse condemnationis formula, quam pars altera & infensissimi quidem capitalesque condemnatorum hostes dictarint: qui regi profiteri minime sunt veriti, numquam se passuros, vt mecum aliqua ineatur concordia, omnes vero qui me secuti sunt, exterminandos: an æquum sit quosdam ex vno ordinum membro homines, & minore quidem adhuc Regis ætate, moliri omnium Ordinum decreta conuellere, & quæ omnia Regni Parlamenta comprobarint. Meas contra actiones & meorum aduersariorum æstimandas relinquo, prudenti earum rerum examine ac comparatione: vt iudicari possit, quinam sint rebellionis rei, illi ne, qui postquam non solum inter se, sed & cum peregrinis, Rege Reginaque nesciis, consilia à legitimo Regij consilij collegio, agitarint, & vt, quod deliberarint, exequerentur, arma sumpserint, & vires

ad

1562. ad bellum noxium arcessendum collegerint sine & Regis Reginæque auctoritate, & præter ipsius etiam interdictum, & sine legitimi Regij consilij deliberatione, sine ordinum statutis: violarint Regia edicta, Regios subditos, priuatis libidinibus, Edictorum Regiorum beneficio vtẽtes, interfecerint, decreta Ordinum aperte proculcarint Reginam sua auctoritate amouere conati sint: illius mandata contempserint, cum illis imperaret siue iniungeret, vt ad prouinciarum suarum administrationes proficiscerentur, minisque etiam illis iniectis: Regiorum subditorum conscientiis imperare instituerint: & in Sorbona mandarint disputari *an liceat Regem pro negotio Religionis imperio priuare, &c.* Regem ipsum occuparint ipsiusque voluntatem coegerint, & quasi huius Regni pax & concordia ipsis esset suspecta, illorumque priuata felicitas à communi infelicitate dependeret, nullã vnquam cõtrouersiarum pacandarum rationem, nec Principum Legatos, qui in hoc sedando dissidio medios sese interponebant, admittere voluerunt: maluerunt contra hoc Regnum peregrino milite replere, Regiosq; subditos furori bellico expugnandos obiicere, omnia denique hostilia experiri, potius quam ordinum decreta & Edictum Regium omnibus solemnibus & sanctis rationibus conditum perlatumque, & cuius beneficio pax vniuerso queat Regno comparari. Illine, inquam, in culpa versentur, an ego qui primum Regi Reginæq; coram consilioque adfui & Reginæ, aduersariorum meorum consiliis territæ, iussu (vt & illius conscientia & manus mihi testimonio esse possunt) arma

ad

ad defensionem expediui ad vim depellendam ab illis aduersariis meis & contra Regẽ & contra Regnum inchoatam, iniuriam Legibus ordinibusque Regni (quorum auctoritate violata, patefactus est aditus ambitioso & auaro cuilibet ad Regis, ætate minoris, coronam diminuendam, amouendam: ad causam denique diuino & humano iuri innixam, tuendam defendendamque, cum de Dei gloria, Regis dignitate, Regni incolumitate, Religionis conscientiarumque libertate agatur: Cum memet etiam vadem sponsoremq; voluerim constituere, homines Ecclesiasticos nec vsu facultatum, nec suæ Religionis exercitio turbandos: Qui peregrinos ab hoc Regno semper prohibui, nisi quantum possent controuersiis componendis intercedere (vt & meæ nonnullæ ab illis interceptæ literæ etiam testari poterunt) meque omnibus conditionibus æquis quotidie ferme obtuli, vt & nunc offero, (quocumque etiam illos gradu superem) *me non modo arma depositurum, sed & Regno excessurum ad maiorem vsque Regis ætatem, dummodo idem ab illis præstetur & Regium edictum legitime de ordinum decreto conditum, tuto obseruetur.* Testor vero me paratum esse causam meam actionesq; omnes meas committere huius Regni Ordinum, Regiique consilij legitime constituti, omniumq; Principum & nationum, nulla præiudicata opinione præoccupatorum iudiciis, simplici denique atq; innocenti Regis ætate minoris (dummodo me impediatur causæ meæ æquitatem animaduertere) voluntati. Egone itaq; rebellionis desertique officii insimuler, illi vero vt fideles & vtiles Regis famuli agnoscantur? Alio enim

1562.

Condæi æquanimitas & integritas.

1562.

enim & vltimo ſcripto teſtatus ſum, vt ſumptorum armorũ cauſam habeam, defenſionẽ Regiæ Maieſtatis, Regiorumq́; Edictorum auctoritatis, ita nec me illa depoſiturum, donec & Regem in primam plenamq́; libertatem vindicatum: Regia edicta ordinumq; decreta obſeruari meamq; meorumque innocentiam agnoſci viderem. Et hæc eſt rerum à me in hunc vſque diem geſtarum ſumma, vere & ſimpliciter nullo fuco & artificio explicata. At omnes oro veritatis ſtudioſos etiam atque etiam, qui hoc ſcriptum legent, candide & nullo partium præiudicio rem æſtiment: nec ex verbis, ſed ex actionibus iudicium ſtatuant. Deus vero omnipotens, pro infinita ſua miſericordia ac bonitate, rem omnem gubernet ad nominis ſui gloriam, Eccleſiæ Regnique pacem ac tranquillitatem; certoque Iuſtitiæ ac ſeueritatis ſuæ exemplo, in eos qui turbarum atque calamitatum iſtarum auctores extiterint.

Scripti Cõdæani συμπέρασμα ſiue Epilogus.

Aumalium Rothomagum antehac fruſtra, nomine Guiſiorum obſediſſe, ſupra diximus: ſed cum iam omnes ſimul copiæ Regiæ conueniſſent, poſitis ad Rothomagum caſtris fæcialis in vrbem miſſus eſt, qui iuſſu Regis & Reginæ (tum temporis in caſtris præſentibus) vrbis deditionem imperaret, verum fortiter reſiſtentibus oppidanis, & vtrimque multis acceptis damnis, deditionem ad extremam vſq; neceſſitatem magna animi alacritate & fortitudine diſtulere, feminis etiam ad animandos viros, contemptum mortis præ ſe ferentibus & inter ferrum & ignem omni ope ac rebus

Rothomagum à Guiſiis denuo obſidetur.

neceſ-

1562.

necessariis suos adiuuantibus. Inter diuersimodos vero ac grauissimos conflictus, res miranda & memoratu admodum dignissima accidit: è vicina enim nobilitate quidam iuuenis, Ludouicus Ciuilis nomine, miles strenuus ac robustæ fortitudinis, cum ista sub obsidione inter portam Hiliatianam & furcas Brihorelinas, cum sua cohorte vna cum propugnatoribus suis cæteris staret, forte fortuna glande plumbea per maxillam dextram ad ceruicem vsque penetrante, traiectus cum è pomærio concidisset, statim à fossoribus, fossam paulo infra ducentib. & mortuum nobilem istum putantibus, spoliatus & sub meridiem cum vno & altero seminece humatus est; cumque sub vesperam & certamine finito quisque ad sua rursum se reciperet, lixa, qui cum equo militari herum in platea proxima præstolabatur, à Mongomerio, an videlicet fama de interfecto hero suo vera esset necne, sciscitatus est, qui cum rumorem istum non falsum, sed verum nobilemq; suo mandatu sepultum esse affirmasset, pro summo beneficio lixa petiit, vt ei locus indicaretur, vt inde heri sui cadauer erueret & ad suos referret: quod, cum leue esset, facile à Mongomerio impetrauit, indexque ei datus Ioannes Clerius ipsius stipatorum legatus: cum quo lixa præfatus ad occisorum locum profectus, cum terra eruta, cadauera tabo deformata, confusis oris lineamẽtis, reperisset, & in prato quicquam exposita minime agnouisset, cadauer, tamquam re desperata, rursum in foueam recondit manu alterius terra extante: quod cum aliquantulum

Nobilis in ista obsidione mirabiliter ac diuinitus mortis periculo præsensissimo eripitur.

1562. progreſſi à tergo animaduertiſſent, veriti ne manus indicio, canes, ad cadauer eruendum ac deuorandum inuitarentur, humanitate adacti eodem redeunt: dumque manum terra tegunt, accidit, vt adamas triãgularis digito Ciuilis ſeminecis incluſus, ad lunam refulſerit, ex quo lixa herum ſuum, imprimis quod adamantem iſtum quotidie geſtaſſet, facile agnouit, cumque os ori admouiſſet, illum adhuc ſpirare & natiuum in eo calorem non penitus extinctum eſſe deprehendit: quo cognito corpus ferme exanime equo imponit & ad Claræ fanum, vbi ægroti ac vulnerati publicis impenſis curabantur, defert: ſed cum chirurgi in homine vitæ dubiæ curando, operam ac medicinam perdi atq; adeo fruſtra Æthiopem dealbari prætẽderent, Ciuilis à lixa ſuo in hoſpitium transfertur, vbi quatriduo omnis cibi potuſque expers, vitam dubiam ſiue incertam tolerauit, vſq; dum opera medicorum Guilielmi Guerentæ & Craſſi, ciuilis dẽtes per cõuulſionem cõtracti & iuſcula per os adhuc ſpirantis immiſſa, vulnereq; deterſo idonea medicamenta ſunt adhibita: quo facto paulatim ægroti vires refici, aperiri oculi, aures ad circumſtantium ſtrepitum excitari cepere, tandemque vox pœne iam mortuo rediit: aſt capta iam vrbe, cum ob antiquas cum fratre ſimultates ac inimicitias, inimici homines in hoſpitium iſtud, indignabundis admodum ſiue infeſtis animis, impetum feciſſent, hoſtemque ſuum capitalem minime illic reperiſſent, mutatis conſiliis, fratrem ſemianimem in lecto decumbentem hoſtiliter adoriuntur, illumq; per lixas in ſubiectam hoſpitii aream è cõclaui ſuo præcipitarunt,

ſed

sed Deus misero isti rursum manu sua auxiliatrice adfuit, fimi enim in area cumulo cadens subleuatus, per dies quatuor integros sine cibo ac potu vixit, donec Crossetus cognatus eius illum clanculum, beneficio militum, extra vrbis mœnia in vicinum prædium rusticum, transferendum curauit, vbi optime curatus non solummodo tot pericula lethi euitauit & pristinam valetudinem recuperauit, verum etiam quadraginta insuper annos viuendo prioribus addidit. 1562.

Die subsequente Rex Nauarræus, dum more aliorum infra dignitatem, aquam in aggere sumit (alij volūt ipsum in tentorio suo tergum ad vrbem obuertisse) in læua parte humeri tormenti minoris globulo percutitur: vbi Guisius, qui in propinquo erat ocyus accurrit, illumq; vili tabulæ impositum, per nobiles domesticos ad Rheingrauij ædes deferri curat, quo cum vix ægre, propter doloris impatientiam, delatus esset, confestim Regina, Rupisurionius ac Momoranti⁹ illum visitarunt: verū cum post incisionem vulneris, pila per admotam spatulam minime reperiretur, lecticæ impositum in hospitium suum Detnetalij deducunt. Postero die Rothomagenses, per fæcialem Regium, rursum ad deditionem adhortantur, quocirca oppidani, conuocato in cœnobio Cœlestinorum iuxta ruinam, concilio reque maturius deliberata, vnanimi consensu omniūq; ore respondent, non posse sese Guisiis, Regis ac Reginę coacta voluntate ad arbitrium & libidinem suam abutentibus, submittere, decretumque vt duo ex suo numero mitterentur, qui de Regis obsequio protestati, imperata facere Regi-

Rex Nauarræus sclopeti ictu lethaliter vulneratur.

1562. que portas aperire, q̃ paratissimos sese esse ostenderent, modo exercitus tribus ab vrbe leucis secederet: quibus postridie auditis, benigne à Rege responsum est, subiecitque Regina Regem omnino absq; vllis conditionibus, vna cum omni comitatu aulico ac proceribus, quos semper fidos mandatorum ministros & executores, expertus sit, vrbem velle ingredi, sibiq; curæ fore, ne vlla vis conscientiis eorum inferatur, sed libere & pacate priuatis suis degant in ædibus; verum hoc insuper velle ac postulare Regem, vt pastores, qui turbarum istarum motuum istorum auctores existimentur, vrbe quamprimum facessant, vsque dum Rex aliud sibi faciundum in animum induxerit. Hic postquam aliquandiu altercatum fuisset, tamdem re ad Concilium vrbis relata vocatisque etiam militibus, omnes communi consensu elegere, extrema omnia potius perpeti, quam libertati Regiis edictis concessę renunciare aut sese Guisiorũ tyrannidi subiicere: sed qui hoc oppidanorum responsum ad Regem detulere minacibus primum & contumeliosis verbis excepti sunt, dilato tamen in diẽ sequentem impetu, qui cum damno Regiorum repulsus est, moxq; inuitati obsessi ad colloquium & Ioannes Boscus Mantreuilla, præses curiæ vectigalium, vir magnæ inter eos auctoritatis, ad Regem Reginamque semel atque iterum eodem die missus est: Sed cum conditiones etiam ne sic quidem mitigarentur, ciues ad defensionem iterum se accingunt omneq; deinceps colloquium prohibent: quod tamen decretum non adeo vsque durauit: Postero enim die cum quadringenti selopetarij, Coritano

& Mu-

& Mulādrino ductoribus, auxilio Dieppa summissi, à Danuilla, iuxta syluam Pauillianam, intercepti ac cæsi essent, interuentu Ioannis Ferei Durescurij in vrbem à Regina missi rursum delegati Mantreuilla & Michael Baucamarius, qui Regina cũ conditionibus conuentis ac subscriptis, excepto capite Religionis remissi: sed interim conserta pugna per duarum horarum spacium vixque, copioso superueniente imbre, diremptares disturbatæ sunt, corrupto machinæ muralis, intus displosæ, cuneo; auersa itidẽ à Regiis aqua, ita vt molatrinæ in vrbe inutiles redderentur, & paludes, eadem opera, desiccarentur: Postridie vero Mantreuilla & Baucamarius in Concilio auditi, ad Reginam cum libello isto supplici remissi sunt, velle se nimirum vt Condęus à Rege arcesseretur, eiusq; securitati hoc nomine caueretur, cum quo nõ solummodo de deditione vrbis, quam facere parati essent, verũ etiam de pace ac tranquillitate, per vniuersum Regnum stabilienda tractaretur: ast acerbis admodum verbis à Momorantio increpiti & absq; alio operę pretio domũ reuersi sunt, hinc toto in sequenti quatriduo aeriter pugnatũ fuit, fossa ab obsessis oppleta, quam, vt aquas deriuarent Regi, ad aggerẽ Martinuillanum duxerant; tamdem obsessi seu laborib. iam exantlatis fracti, siue spe destituti non iisdem animis, quib. antea, restitere. Post exiguũ itaq; certamen Sancolumbanus nobilis Ordinum ductor per Hilarianæ portæ ruinã prim⁹ in vrbem irrupit, sed accepto in capite vulnere ex eodẽ paulo post decessit vitãq; cum morte cõmutauit, mox alij vndiq; citra certamen ingressi ad prędam discurrere. 1562. Rothomagi expugnatio & direptio.

1562. Quæ autem, capta vrbe, rerum facies fuerit, fingere animo potest, qui post captam vrbem nullũ crudelius spectaculum fingi sibi posse persuaserit: quæ quo opulentior & populosior, tanto infeliciorem aduersis experta est. Fortunam idcirco, secundum admonitionem Ausonij, reuerenter habeamus: & non immerito priscum illud Romanæ eloquentiæ lumen exclamat: *O volucrem fortunam, quam cito omnia ex lætitia & voluptate ad luctum & lachrymas recidunt?* Quamobrem, teste Nicolao Reusnero viro vtiq; doctissimo, *Nulla est sincera voluptas*, cuius Emblematis explicationem non inconuenienter heic inserendam iudicaui: Sic autem canit vates iste incomparabilis:

Cic. pro Sylla.

Vide eius Emblem. lib. 4. pag. 189. edit. Feyerabendica.

Nulla adeo terris affulget pura voluptas:
Quam tetro vitiet non tibi felle dolor.
Contigit humanæ sors isthæc addita vitæ:
Vt subeant lætà tristia plura vici,
Haud secus ac soli tenebræ, verique tepenti
Tristior ingrato frigore bruma subit.
Aut veluti tumidas glomerat cum turbo procellas,
Disiicit incertam per freta mota ratem.
SI SAPIMVS, LAETIS VTAMVR, AMICE, DIEBVS:
GAVDIA NON DVRANT, MOX FVGITIVA VOLANT.

& alibi haud inconuenientius, Hermannus Kirchnerus, Hassiacorum poetarum gloria: cum inquit

Vide huius Coriolanũ.

—— Futurarum rerum curriculum nemo
Præscire possumus, nec in manibus nostris gubernaculum
Earum ita positum est, vt ad euentum Theseo quasi filo.
Quemcumq; velimus perducere, negotium omne possimus:

An-

Anceps fortunæ passus est: nec quenquã, post homines natos, 1562.
Inuenias, quem non lubricitas eius deluserit: & ala
Quem non excusserit, &c.

Nauarræus, quem per sclopetum lethaliter vulneratum fuisse non ita pridẽ diximus, cum interim ob indesinentẽ febrem ardẽtissimam nouissimam sibi horam mortis imminere cerneret, omnia delectamenta siue delitias aulicas, aciem illi (quamuis alias egregiis excellentibusq; animi dotibus instructus erat) præstringentes, amoueri curauit, iamque instante morte de salute sua propria, plusquam de incolumitate Regni fuit sollicitus: ferunt quoq; illum, Thomam Perrenotum Granuellanum Cardinalem fratrem, Regis Hispaniarum, oratorem siue Legatum apud Regem Franciæ qui ad visitandum illum aduenerat, grauiter obiurgasse, quod in negotio Religionis Hispanorum verbis, tam facile ac temere credidisset, ideo corã ipsa Regina, illum quoq; inuisente, & Medicis palam testatus est, si, permittente id diuina gratia, conualesceret, se tum Augustanam confessionem amplexurũ, in eademque ad extremum vsq; vitæ spiritũ constanter perseueraturum; cumq; iam, condito testamento, ad captandũ aerem salubriorem, locum mutare & ad castrũ Fossatense, altero ab vrbe Lutetia lapide distans, beneficio fluminis, se conferre voluisset, medici id prorsus decumbenti Regi prohibuere: verũ peruincẽte tamdem ægri Regis voluntate, nauigio est impositus, vbi statim rigore insolito correptus, moxque superueniente ingenti sudore debilitatus, Andelij subsistere coactus est, fundente inter hæc preces, secundum morem apud Protestantes rece-

Nauarræus moritur.

1562. ptum, Radhaele Mezerio, & Rupisurionio in genua procumbente, corã fratre Cardinali, Ludouico Gonzaga, Principe Mantuano & Lossio Regij stipatus præfecto, qui aperto capite ad angulum quendam nauigij se receperat: tamdem cum iamiam deficeret, monachus dominican⁹, ex instinctu fratris Cardinalis, dissimulato tamen habitu, intromissus est: quem cum audiuisset, tamq̃ vires suas recolligens, cubiculariũ quemdam, natione Italum, q illi proxime adstabat, barba prehẽdit, eundemq; serio ad præstandam filio fidelitatẽ adhortatus est, hinc filio, ad idem officium Regi exhibendum, imperauit, quæ etiam illi fuere verba nouissima: Postquam itaq; triginta quinq; dies, ab accepto vulnere, ægrotasset, tamdem XV. die Kal. Decembris vitam cum morte commutauit, cum annum ætatis quadragesimum secundum attigisset: Quamuis vero Nauarræus, præter egregiam formam corporis aliasque ingenij dotes, imprimis autem rei militaris peritiam, cum antiquis fere ducibus non immerito comparandus fiet: nihilominus tamen talem vitæ suæ exitum sortitus est, sibi ipsi infami defectione exitiosus, maximorum malorum causa, quum tamen, vice versa, ingentium esse poterat: at Deus Ter Opt. Max. relictis indignis, tanto honore, hominibus, maximi illius operis (constituendæ videlicet suæ Ecclesiæ) auctorem architectumque SE SOLVM demonstrare voluit.

[...]enlius à [...]ondæ ad [...]uisianis [...]stamq;, [...]utate cõ[...]lio, ad [...]eo, [...]

Ne autem in tam tristi omnium rerum facie, aliquid à Guisianis intentatum relinqueretur, Genlius vir inlustris & strenuus ab iisdem solicitatus ad hostem deficit, Lutetiam ab custodibus intromis-

sus:

ſus: illiuſque diſceſſus, quem omnia conſilia Gui-ſio delaturum Condæus ſuſpicabatur (magnæ e-nim erat auctoritatis tum in exercitu, cum apud ipſum Condæum) effecit, vt noua conſilia Con-dæus iniret: cumque Lutetiam propius acceſſu-rus eſſet, vrbemque tentaturus, conſilium mutat, vaſiſque collectis, Lutetia omnibus copiis mouet, Nortmanniam petiturus vt Anglos (quos ad Gra-tiæ portum, vrbem maritimam, adueniſſe, per cer-tos nuntios cognouerat) copiis ſuis coniungeret, vt ita ob collectas vires potentior, Guiſium ad pu-gnam eliceret. Interim Vaſconicæ & Hiſpanicæ copiæ ad Guiſium aduentant, quibus vt veterano-rum militum viginti duobus ſignis maximopere fi-debat. Itaque & Lutetiæ ſoluta obſidione nouiſ-que viribus erectior factus Guiſius, de perſequen-do Condæo capit conſilium, ne ille aſcitis Anglis, quorum ad duodecim peditum ſigna, cum haud contemnenda ſumma pecuniæ ab Angliæ Regina ei mittebantur auxilio, & illius pecuniæ acceſſione ad nouas belli difficultates firmaretur: ſibi et Ger-manorum animis, quos penuria pecuniæ, qua tum laborabat Condæus, ipſius mandatis refractarios tamdem fore ſperabat Guiſius, potentius ita con-ciliatis. Intercludendo igitur ab Anglis Condæo, Guiſius totis copiis Lutetia mouet, magniſque itineribus ad Nortmanniæ oppidi (quod Druy-darum vocatur) agrum venit, vbi etiam Condæus ſubſtiterat: ſic ab vtraq; parte caſtra metantur dua-rum Gallicarum leucarum itinere, duobus exerci-tibus diſtinctis. 1562. *Condæum deficit.*

Poſtquam vero Condæus animaduertiſſet, ho- *Condæi de pugna, cum*

1562. *Guisio ineunda consilium, eiusdemque aciei descriptio.*

stē cum copiis suis tam prope admouisse, rem cum sociis, suis deliberat, ac de pugna cum vniuerso suo exercitu ineunda cōsilium capessit, vt ita commisso totius rei Dei prouidentiæ exitu, aliquo modo maturius ad frangēdas calamitatum moras debellaretur, & hoc, non autem alio, modo occasionem, cum hoste conserendi prælij, arripiendam statuit. Peditum tamen numero longe à Guisio superabatur, cui nimirum ad viginti sex millia peditum, ipsi vero solummodo ad vndecim millia, erant; equestrium vero copiarū Guisio ad tria: ei ferme ad quatuor millia erant: hostem ita equite Condæo superanti. Consilium itaq; cum de aggrediundo hoste, hoc modo Condęus instituisset, tum omnes copias castris suis mane, & vixdum promoto ad octauam horā die, eduxit: vniuersam vero aciem sic fere instruxerat, vt videlicet eques, quo potentior erat, ad primos ordines esset: ipse secundam aciem cum Rupefocaldio, additis Curæi expeditum equitum turmis ad prima initia, adque vnū latus Moyuij & Auarelli: ad aliud vero nonnullis Germanorum equitum vexillationibus cōstitutis, habebat: at primam aciem Amiralius cum Porciano tenebat, adiunctis secundum se duobus equitum cuneis ad aliquot vexillationes: hinc subsequebatur peditum Germanorum validus cuneus, antegredientibus paulo expeditis tormentariis velitibus numero ad quingentos. Tum valide Gallorum ad viginti tria signa, cuneo, ad tormentorum custodiam, collocato, qui ala Germanorum militum proxime muniebantur: Ita latiori profundioriq; acie Condæus ad hostē vadit, qui iam suos in armis habebat.

Econ-

Econtra Dux Guisius primæ aciei, cum valida ala equitum, proximis duobus Hispanorum veteranorumque Gallorum cum quatuordecim tormentis, cuneis, alterum cornu tenebat: alterum Marescallus Santandreanus cum valida turma, atque vna ex parte conferto equitum cuneo vno, peditumque Germanorum alia ex parte, alio claudebat: Secundæ aciei vnum cornu ducebat Connestabilis cum valida ala equitum, proximo sibi Gallorum, ad septemdecim signa peditum cuneo, quẽ viginti duo signa Heluetiorum cum octo tormentis excipiebant: alterum cornu, Danuillius filius, valida equitum ala claudebat. Longior igitur protractiorque Guisianorum acies, interseṛtis confertim equitum peditumque turmis, longo ordine firmabatur. Connestabili vna ex parte Amiralius, Condæus Aurillio mediisque Heluetiis è regione opponebatur: Guisio ad primam aciem Marescalloque Santandreano sine hostibus adstantibus. 1562. *Guisianæ aciei descriptio.*

Condæus vero omnem exercitum precibus ad Deum adesse primum iubet, illisque solemniter conceptis, ordines circumiens, militesque ad cõstantiam fiduciamque hortatus, ita paratis animis pugnæ signum dari iubet: ipse primo impetu, qua Heluetios ducebat, equitibus ea nudatos, Curæo cum expeditis velitibusque perniciter antegresso, vix tormentorum fulmina moratus, validissimo impetu perrumpit, Rupefocaldensi gradum interea sistente. Heluetii & maiorum tormentorum vi ac suis armis primum impetum quidem sustinuere: crebra tamen tormentorum grandine moueri incepere: equitum deinde hastis impressione facta,

1562. tanto ponderi haud pares labare, tum perturbatis ordinibus tormenta relinquere palarique, furente magnis cædibus Condæi milite. Alia ex parte Amiralius eo ferè momento aduersus Conneſtabilem petit: ſuperioreſque interea equitum Germanorum turmæ ad Anuillii turmas adequitantes tormentulorum grandine velitabantur. Condæus itaque, Heluetiis proſtratis, ingentique cæde fuſis, in proximum Gallorum cuneum irruit, perruptiſque ordinibus, eundem fugat. Ad Conneſtabilis alam acris cum Amiralio pugna conſerta, rem ſtrenue vtrimque agitantibus. Conneſtabiliani haud tamen pares, primum labare, ipſoque Conneſtabili gladio equeſtri, ad caput vulnerato crebriſque tormentulorum ictibus ferè contuſo captoque, tum fugam capeſſunt, inſequente paſſim Condæo Amiralioque. Nec dubia certè Condæo victoria demõſtrabatur, valida hoſtilis exercitus parte cæſa perturbataque, tormentis etiam ſecundæ illius aciei captis captoque Conneſtabili, niſi (Deo quidem rẽ ſapienter gubernante,) pedites Galli Germanique perturbatius agentes, cladis alia ex parte occaſionẽ prębuiſſent: nã occupatis ad perſequendum hoſtẽ ferè Cõdæi equitibus pedites Galli Germanique nudabantur. Quare animaduerſa Anuillius eo cum ſuis irruit: Germani pedites vix hoſte conſpecto fugam faciunt pagumque Blinuillam petunt perturbatioribus ordinibus, Gallos deinceps ſolos è prima acie, validus equitum cuneus petit, cõſternatioreſq; ad primũ etiam impetum, proditis tormẽtis, facile prumpit cæditq;, vbi

ingens Gallorũ militũ strages edita est, aeriterq; tamen ad aliquot ordines pugnãtibus, eqtum Guisianorũ pplurimi tũc desiderati. Ita fuso cæsoq; Condæi peditatu, pclarã, Cõdæo debellãdo, occasionẽ varia belli fortuna Guisianis obiiciebat: ferè n. Cõdæi eques Cõnestabilianis, Heluetiorumq; ac Gallorũ reliqis profligãdis pturbatiorib⁹ ordinibus psequebatur. Palãtibus ergo irruũt Anuilliani, & qdẽ Cõdæus nemorosum locũ equo inuectus tormẽtuli ictu vulnerato, in terrã fusus est, cumq; eidẽ equo aliquo recenti minimè subueniri posset in Anuillii manus puenit. Amirali⁹ itaq; omnibus in locis suos fugiẽtes & pp Condæũ iã captũ iã desperabũdos cõspicatus, in magna animi tristitia ac mœrore versabatur: dumq; è prima acie tres ingẽtes eqtũ cuneos, extremo quidẽ tẽpori prudẽter ab Guisio reseruatos (in qbus erãt Sãtandreus, Aumalius Niuernius, aliiq; virorũ inlustriũ, Dux aũt Guisius ad alias cohortes, q̃ substiterãt, dicitur remãsisse, ex itũ pugnę cõspecturus) rapido impetu mouẽtes videt: suorũ, qp potest, Gallorũ Germanorumq; equitũ, reditu omniũ animis ita opportunè cõfirmatis, vt alacriter hostes irruẽtes sustinerent: Vbi acris tũ pugna oborta, viriliterq; vtrimq;, æquo propè Marte, pugnatũ est, animis ad mutuã cædẽ obstinatis: cedẽte tamẽ pedemq; paulatim referẽte Guisiano milite, & grauior pugna extitisset, exacerbatis maximè Cõdæanis, nisi nox, diuturno ẽt pugnæ labore fatigatos, eos diremisset. Cum itaque vtrimque receptui cantatum fuisset, ab vtraque etiam parte ad castra reuersum est. Amiralius, equorum penuria, expeditorum tormẽtorum quatuor relin-

1562.

Condæus ab Anuillio capitur

quit.

1562. quit. In hac vltima pugna Marescallus Santãdreus captus est, impactoq; in caput tormentuli ictu interfectus ac dispoliatus est; homo olim ad pessimas artes natus, Gallicarumque turbarum causa maxima; captus & interfectus est itidem, in eadẽ pugna, nobilium numerus maximus, vtpote Mombrunius Connestabilis filius, Piennius, Charnius, vnusque è Guisiis magnus Prior cognominatus, duo Brossæi (Pater nimirum ac simul filius) Giurius, Annebaldus, grauiter cum Niuernico vulnerati, qui etiam paulo post ab accepto vulnere in humanis esse desiit: Plurimi quoque & quidem Pontificiorum illustriorum capti ad centum, equitum etiam ordinis nonnulli, Bellouacus, Rupefortius, &c. Ex Protestantibus, cecidit insigniorum vnus Moyuius, cum aliis nobilibus & tribunis, qui aut capti vel prorsus interfecti sunt.

Marescallus Santãdreus capitur ac interficitur.

Et sane tantæ pugnæ exitum Deus ita moderatus est, vt etiam neutra pars aut victa vel victrix dici potuerit: victrice omnino parte, propter grauissimorum odiorum offensiones, ad victæ ruinam eruptura: at æquo Marte sic dimicatum, ne tantum regnum in sua viscera armatum, armis suis pessum daretur. Vt autem Heluetiorum Gallorumque peditum à Protestantibus magna strages edita est, ita Gallorum peditum à Pontificiis; equitum quidem Guisianorum maior omnino numerus & peditum quoque è viginti duobus Heluetiorum signis paucis seruatis: at Condæi clades toleratu reparatuque difficilior: Guisio vero maioribus alioqui, ad gerendum bellum, opportunitatibus instructiori, magno incommodo erat, maiorum Ducum & No-

biliun

bilium aut interfectorum aut captorum iactura & amissio. Amiralius itaque, videlicet penes quẽ vtique, Condæo absente, rerum summa erat, de administrando exercitu vnicè cogitare instituit: Ideo etiam, quantum potuit, equitum peditumque reliquiis hinc inde dispersis recollectis, videbatur enim id è re maxima, suo de adeundis Anglis consilio ad tempus opportunius, sæuiente iam hyeme, dilato, Aureliam proficiscitur, recreando instaurandoque exercitum, qui iactura peditum non parum infirmabatur: Connestabilis vero cum reliquo captiuorum numero Aureliam deducitur. 1562.

Guisii erga captum Condæum humanitas.

Pugna hunc in modum, vti iam modo diximus, finita & Condæo capto, Guisius captum hostem, raro fortunæ beneficio, omni humanitatis genere excepit, siquidem eosdem cœnantes vna mensa cœpit & peracta cœna, cum lectus Condæo deesset, (impedimenta siquidem eius huc illucq; sparsa & partim amissa erant,) cum ipso (Guisio) in vno eodemque lecto pernoctauit, & ita summos Duces, quos florentibus adhuc vtriusque rebus capitales inimicitiæ diuulserant, aduersa alterius fortuna rursum coniunxit & in ambiguo reliquit, vtrius maiore laude digna virtus, Guisii qui tanta moderatione vsus sit: an Condæi, qui se vltro hostis antehac iurati fidei, tanta fiducia & animi æquitate crediderit. Postridie Lossius à Guisio missus Lutetiam venit, & de successu Reginã certiorẽ fecit: quæ etsi Condæo non omnino benè vellet, tamen multo magis, Guisii prosperitatẽ suspectã habuit, quod in præsentiarũ lætitiam, vultu fingens, egregiè dissimulauit, & ignauia eorum probrose incu-

1562. ſata, qui pridie fugientes, falſum de accepta clade nuncium attulerant: dehinc publicè Deo gratias agi & per vicos ignes accendi iuſſit, miſſo ad Guiſium confeſtim diplomate, quo ei ſumma armorũ præfectura à Rege attribuebatur. Eodem die Colinius exercitum in aciem inſtruit, & itinere paulum quaſi verſus hoſtem facto, vt cladis famam obſcuraret, & ſuos huc illuc diſperſos rurſum colligeret, Gallardonium alteris caſtris profectus eſt, relicta colubrina & in terram defoſſa, quæ poſtmodum in Guiſii manus peruenit. Inde Alnerum contendit, vbi ei per abſentiam Condæi ab omnibus, vno conſenſu, ſumma armorum præfectura delata eſt. Tertiis caſtris Puteolum in Belſia, haud longè à Ianuilla, ac poſtridie Patæum venit, vbi biduo commoratus, mox aliquãtulum deflexit, vt copias, quas Blæſas contendere inaudiuerat, interciperet, eaſque Freteſallium vſque, in Vindocino agro, perſecutus, poſtremo Baugentiacum, exeunte anno, venit, eo potiſſimum conſilio, vt refecto ponte, copias in Soloniacum agrum & Biturigas ad hiberna dimitteret, quo & ſuas Guiſium miſſurum intellexerat, vt ad obſidionem Aureliani, quam iam ille animo agitabat, eſſent promptiores ac paratiores.

1563.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER QVARTVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Errida Montalbani obsidionem continuat, qua tamen à Regina pacificatur: Nonnaeum miserabiliter vastatur: Tumultuum Tolosani & Vasconici descriptio: Serius Vicecomes, cum fratre suo Germano crudeliter à Latrone Honorato interficitur: Obitus Eliesabethæ Hassiæ Landgrauiæ filiæ: Archiepiscopatus Rigensis in ducatum Transdunanum conuertitur: Fridericus Rex Daniæ contra Ericum regem Sueciæ expeditionem suscipit: Lubecenses Regi Daniæ auxilia ferunt: Rex Sueciæ Sponsa sua Landgrauia Hassiæ potiri incassum laborat: Ioannes Dux Finlandiæ, à fratre rege Sueciæ cum vniuersa familia capitur: Aurelia à Guisio obsidetur: Ammiralius auxiliis anglicis magnoperè iuuatur: Guisius à Poltrocio necatur: Pax inter Regina & Condæi partes sancitur: Poltrocii Meræi supplicium: Amiralius scripto edito obiecta sibi crimina diluit: Quomodo Meraeus non solum Amiralium, sed & Guisium interficere iamdudum conatus fuerit: Regina Franciæ ad VVirtembergicũ littera: VVirtẽbergicus causã regiorum Mãdatorum explorat:

rat:

1563. *tat, VVirtembergici ad postulata regia resolutio; Rex Franciæ maiorennis declaratur, Condæus de violato regio edicto conqueritur, edictũ Regium in gloriam protestantium explicatur, rerum Italicarum compendiosa descriptio; simultates inter Aurium classis præfectum & Mendotium, Tumultus Mediolanenses propter inquisitionem describuntur. Guilhelmus à Grumbach VVirceburgum Franciæ orientalis oppidum capit, Fridericus Episcopus Herbipolensis propter tumultum Grumbachianum ad Noricos confugit: Transactio inter VVirceburgenses & Grumbachium.*

Terrida Montalbani obsidionem continuat, quæ tamen à Regina pacificatur.



B initio huius anni Terrida Montalbani obsidionem continuauit, an autem istud ob maiorem obsessorũ pertinaciam vel obsidentium hostium socordiam siue ignauiam factum siet, non sine ratione dubito. Oppidani enim ipso primo huius anni mense, vt sese (pro more prisco ac solenni,) xeniis siue muneribus mutuis cohonestarent, à Terrida petiere vt centum ex suis conciuibus cum totidem hostibus, dimicare liceret, quod bona quidem Terridæ gratia siue venia, ciuibus permissum fuit, quamuis non sine damno hostium obsidentiũ: & paulo post (id quod in proximum mensem Februarium concidit,) prima vigilia ad munimentum Dominicanorum, hostis (consilio, secundum oppidanorum testimonium, Laboriæ transfugæ,) magnum quidem fecit impetum, virtute tamen ciuium obsessorum, is idem, cum ducentorum militum, cum vulneratorum, tum planè occisorum iactura, pedem retroferre coactus est: vsque dum

post

post pacificationem, (quæ M. Maio subsecuta est,) 1563.
Antonius Rufulcaudius Caldomontius à Regina
missus in vrbem venit, & vt vtraque pars à mutua
laniena siue iniuria vlteriore sibi temperaret, impe-
rauit: Quo facto subito Deo ter Opt. Max. Con-
dignæ gratiæ persolutæ, & ad contestandam sub-
itaneam lætitiam, ignes in omnibus fermè vrbis
angulis accensæ sunt: imo complures oppidano-
rum Duces confirmandæ siue stabiliendæ amici-
tiæ causâ cum Sansaluio eo ipso die conuenere:
mox & missus à Regina itidem Sancolumbius, vt
cum ciuibus Montalbanicis ageret, vt Terridæ
præfecturam concederent, idipsum quod non so-
lummodo Terridæ, verum etiam ipsimet Reginæ,
ipsius intercessatrici ab oppidanis denegatū fuit:
In ea autem obsidione plusquam duo militū mil-
lia occubuere & ex præstantioribus Ducibus im-
primis, Bazordanus, Monmorius, Espenanus &
eius signifer Altariuius, Entragius, Nafredus, San-
lamius, Columbarius (qui ob nimiam tyranni-
dem, non immerito infamis circumfertur, domos
siquidem vna cum fœminis, viris, senibus, pueris,
lactantibus, &c. incendere ac comburere in deli-
ciis habuit.) Pellafiga, Garduchius, &c. ex obsessis
vero ciuibus sexaginta solummodo periere, ita vt
res tanti exempli non immerito pro miraculo ha-
beri possit. Eodem mense Nonnæum, agri Vina-
ciensis oppidum, miserabili clade, ex ea potissimū
occasione, immaniter vastatum est: Protestantes
iam anno superiore, vt fertur, singulari væsania tē-
pla expilauerant, altaria & imagines deturbauerāt,
qua re irritati, tum Aniciensis Episcopus & Santi-

Nonnæum miserabiliter vastatur.

1563. dalius, Prouinciæ istius Prorex siue vicari⁹, ac sumptis armis plebeculæ istius insolentiam perdomare, statuerunt, frustra oblatis antea opimis conditionibus à Iarniello loci præfecto Nemorosii nomine, qui non ita longè Viennã occupauerat & ob id magnã sui existimationẽ longè lateq; sibi cõparauerat: ast Sarra ab Adretio superueniens metum hunc p̃conceptũ discussit, qui cum armorum penuria, ad instruendum militem, laboraret, fanum Stephani in Segusianis, (quod oppidum propter fabricationem armorum in tota Gallia est famosissimum,) dum portæ summo mane paucorum excubitorum præsentia aperirentur, astu occupat ex præda ad defensionem subsidia paraturus: verum dum longiore receptu, consarcinandis armis aliquantum immoratus ad suos redit, à Nemorosianis, ad casum rei accurrentibus, ipse captus & frater ipsius grauiter vulneratus est, rursumque omnibus armis non solummodo amissis, verum etiam centum circiter Nonnæensibus occisis: Ea clade consternatis Nonnæi ciuibus, cum Sãcaumontius superueniret, primo impetu retro cedere coactus quidem fuit, sed mox recollectis viribus, locũ summa pertinacia occupauit, crudeli ac immani prorsus modo eumdẽ, per duos dies integros, diripuit, ignem insuper in oppidanorum domicilia immisit, quem præfectus ope suorum subditorum vix extinguere potuit. Itaque cum Nemorosiani aduentum Adretii præcognouissent, subito consternati & fugientibus persimiles loco cedunt & Iarniellum in arce Cœlestinorũ, haud ita procul ab vrbe distante, cũ mediocri p̃sidio post se relinquunt:

Malè parta malè dilabuntur: wie gewõnen so zerrinnen.

oppi-

oppidani vero ob id animũ non ita prorsus despõderũt, quis huc & illuc variè dispsi essét, sed Crussolii (qui Septimaniæ summã præfecturã à Protestãtibus sibi delatã, tum tẽporis tenebat,) auspiciis rursum cõueniunt, & ruinas vrbis publicas ac priuatas iterũ redintegrãt ac instaurãt, à Sammartino ad id confirmati, qui cũ mille ducẽtis armatis illuc se cõtulerat, & instaurandis mœnibus, diligentẽ admodum operam nauarat: Sed mox Sancaumontius cũ suis, ac rusticorũ plebe hinc inde collecta, numero ad quatuor millia, & duobus tormentis, IV. die Ianuarii accurrit, dũ Sammartinus Turnonio abesset: vbi mox capta suburbia & statim tormenta ad Claræ fanum, in Deomẽsi suburbio, directa displosis quinquaginta circiter ictibus, cum ruina edita tamen difficilis esset ad eã ascensus, Mõgrossius loci præses, interuentu Iarnielli in has tamdẽ conditiones cum Sancaumontio conuenit: vt nimirum externus miles liber ac incolumis cum armis & equis, relictis tamen post sese signis, dimitteretur: pedites oppidum non ingrederentur: equites admitterentur & ad vires reficiendas, vnius diei moram, in vrbe facerent: nihil damni aut molestiæ oppidanis fieret, qui, si vellent, in arcem concederent; mulieribus verò ac pueris ad Iarnielli aut Pelusii arces receptus esset: Dedito oppido panduntur portæ, introductoque milite, nulla habita ratione pactorum protinus ad cædes ac prædam discurritur, viri pariter ac mulieres absque vlla misericordia cæduntur, lamentis flebilibusq; vlulatu vias personantibus, & exundãte p vias sanguine, atq; inter flammas à lasciuiẽte milite in domos immis- 1563.

1563. sas relucentibus gladiis, imo & per præcipitia in cõplures inibi crudeliter sæuitum est. Inter cætera insigne effrenatæ libidinis ac immanitatis exẽplũ memoratur: Mulier enim quędã è latebris, in quas, ad euitandum militum furorem, se vna cũ marito receperat, educta & in conspectu eiusdem cõtumeliosissimè constuprata fuit: post gladium iussa stringere, in quem vsum ignara, regebatur enim aliena manu, & à tergo ab aliis impellebatur, in virum incumbit, eumdemque lethali ictu conficit, non contento milite innocentis fœminæ pudicitiam violasse, nisi etiam innocentes muliebres manus mariti sui sanguine contaminasset.

Crudelissimum immanitatis ac libidinis exemplum.

Ita fermè desolato oppido, tamen post pacificationem reliquiis oppidanorum lares patrios repetentibus, in eo Protestantibus, à Francisco Scepeo equitum tribuno, potestas conueniendi concessa est, quæ tamen iisdem paulo post à Damuilla præside Prouinciæ rursum ereptæ, & altero post anno, cum Rex illac iter faceret, interuentu Ioannis Monlucii Episcopi Valentiæ, restituta fuit. Dum hæc agerentur ante pacificationem, Tolosæ quoq; tumultuatum est: Cum enim Senatores curiam, in qua pro more conuenire solebant, muro conuallare instituissent, redemptore operis Dominico Bertino architecto, & plebs operas impediret, paullũque res à seditione abfuit, Bertino ipso vix à periculo mortis à decurionibus erepto: & quamuis curia minacibus edictis in tumultuantes detonaret, coitionibus, quacumque de causa prohibitis, nihilominus plebs semel licentiæ, ex auctoritate Senatus, assueta, nullis eiusdem iussionibus ad debi-

Tumultuũ Tolosaniq; Vasconici descriptio.

tum obſequium cogi potuit. Cumque eodem tempore rumor ſpargeretur, Michaelem Noſtradamum celebrem iſtum magum ſiue Aſtrologum litteras ad decuriones dediſſe, quibus eos inſtantis periculi à periculo imminenti præmonuerat, ſeditio iſta à furioſa plebecula denuum renouata eſt, vixque repetitis edictis Senatus impotentem ac indomitam iſtam feram cogere potuit: cui ipſo malo peius remedium à fœdere quæſitum fuit, & pernicioſo admodum exemplo paulo poſt ſancitum fuit auctoribus Armeniaco & Stroſſio Cardinalibus, Monlucio, Terrida, Nigrapellicio & Furcouallio, re poſtea cum Guilielmo Iouſa cõmunicata, in quo de fideli erga Regẽ & curiã eius Magiſtratus obſequio proteſtati illi, vt Septimaniæ & Aquitaniæ rebus ſubuenirent: arma ſe pro Religione contra perduelles, ſectarios, publicæ pacis perturbatores, eorum fautores ac receptatores ſumpſiſſe profitebantur, in eamque rem, vt immodicis ſumptibus parcerent, per præturas ac diœceſes delectus haberi, arma recenſeri, nomina nobilium & aliorum, qui arma ferre poſſint, deſcribi imperauerant, poſtea perſcriptæ etiam conditiones, quas Senatus cognitore Regio conſentiente, addita tamen clauſula, vt ratum id Rex haberet, conuocatis vniuerſis claſſibus poſtmodum in acta referri decreuit. Eo ipſo tempore fama quædam, aſt incerta, innotuit, quaſi clanculum ad Hiſpaniæ Regem miſiſſent, vt dum Rex ætate maturior adoleſceret, pro amore fraterno Religionis patrocinium in Regno Frãciæ ſuſcipere dignaretur: etiam proiecti ad Vaſconicæ Pyrenes teſqua populi 1563.

1563. ab his turbis minimè quieuerunt: Nam cum anno superiore, in comitatu Foxensi Palearius Vicecomes Prouinciæ præses, Apameæ, Foxii & Tarascone tumultuātes summa moderatione cōpressisset, & paucorum pœna, qui contra Ianuarii edictum, (quod illi maximè vrgebant,) templa, statuis & altaribus confractis ac disiectis, publicę tranquillitati consuluisset, extitere quidam, qui locorū latrociniis infestorum, vt in regnorum limitibus fieri consueuit, opportunitate freti, motus per vrbes & oppida compositos, vagis hinc inde discursionibus aluere: & in iis quidam nomine Honoratus, manu promptus, & Lombati fratres, Tarascone nati, homines facinorosi, qui propter homicidia, in Mercerorum familiam patrata, patria exulantes, initio Monlucium secuti fuerant, & cum nullum aliud criminibus suis tutum receptaculum viderent, ad Protestantium, qui in patria pollebāt, partes postremo transiere, & consilio de Tarascone capiendo cum triginta coniuratis inito, cum Serius Vicecomes & eius frater cum trecētis armatis, recognita, eos in montes vsq; vicinos persecutus esset, à gnaris locorum interclusus, in angustiis cæsus & propria Honorati prædicti manu vna cum fratre germano crudeliter trucidatus est, potissimum autem hac de causa, quod pretium redemptionis persoluere recusassent: quo facto Honoratus, quasi re benè gesta Apameam redit, Lombati vero sibi ob alia crimina malè conscii ad turrem, iuxta Tabernas, à se munitam concessere: quę haud diu post hominibus sanguinis ac prædæ auidis se in manus dedit: nam artificiose confictis lit-

Serius Vicecomes vna cum fratre suo germano crudeliter, à latrone Honorato interficitur.

teris, quibus de Ecclesiasticorum Apameensiũ cũ Petro, Monlucii filio, consiliis occultis suspicio iniiciebatur, exasperata ab Honorato & Lõbatis plebe, (q̃uis Brimontius, qui illuc, post amissum Lactoratum venerat, omnem operam daret vt furori tẽperaretur,) tanta rabie concursum est, vt momẽto quasi quatuor mendicantium cœnobia, maius vrbis templum & sacri Collegii sodalium ædes direptæ sint, monachis passim maiorem in partẽ occisis aut spoliatis, tanta sæuitie simul & rapacitate, vt ipsimet Protestantes factum non dãnare nequiuerint. Eã immanitatẽ insolita grãdine ter cœlo missa Deus Ter Opt. Max. tamquam omnium scelerum seuerus vindex iustusq; Iudex, vltus est, quæ nõ solummodo fruges & arbores, sed ẽt omnẽ agrorum virorem est depasta. Lõbati vero cum in turre sua obsessi & postremo eã relinquere coacti essent, ad latrocinia consueta reuolutis. Qua autem peste immania ista monstra siue bestiæ, humanam dumtaxat speciem referentes, extinctæ sint, incertum est, nusquam enim ab eo tempore rursum conspectæ sunt. Sed iam satis, in recensenda Francorum occidentalium historia, prolixi fuimus, quocirca ad dulcissimam tamdem patriam nostram reuertamur, & quid in eadem hocce huius anni mense acciderit, paucis explicemus. 1563.

Sub idem huius anni initium, quarto nimirum die Ianuarii, Eliesabetha Landgrauia Hassiæ, Guilielmi Hessorum Principis filia, primo Ludouici Ducis Palatini Veldencii, post Georgii Ducis Palatini Spanheymẽsis, coniunx, Lauingæ vitã cũ morte commutauit, postquam sexaginta annos in- *Obitus Eliesabetha Hassia Landgrauia & Guilielmi Archiepiscopi Rigensis.*

1563. tegros in hac valle lachrymarum cōpleuisset. Desiit quoque eodem fermè tempore Guilielmus postremus Archiepiscopus Rigensis, Marchio Brandeburgensis, cum triginta tres annos diœcesi partim cum Antecessore suo Thoma, partim verò solus præfuisset. Rediit autem paucis ante diebus in diœcesim Christophorus Dux Megapolitanus, coadiutor illius, aliquot turmis equitū & peditū Suecicorum comitatus, qui Archiepiscopum, qui tum temporis adhuc decūbebat, non visitauit: Sed post illius discessum statim gubernationem diœcesis inuasit, nec tamen vllam subiectionis ac obediētiæ significationem Regi Polonorum præstitit. Cum autem inter Reges Poloniæ & Sueciæ apertū bellū gereretur, & Christophorus Erici Sueciæ Regis, Polonorum hostis, patrocinio & auxiliis palam nitens, occupare diœcesim conaretur: à Gubernatore Regis Poloniæ in Liuonia, Gothardo Duce Curlandiæ, & militum Polonicorum præfecto Ernesto VVeigero, in arce Dalem, captus, in Poloniam missus, & per integrum quinquennium in custodia detentus est. Qualis autem quantusue tyrannus, captus hic Rex Sueciæ Ericus fuerit, subsequentes versus satis superque testantur, quos ex auctore hic adscribere non piguit:

ERICO EIVS NOMINIS XIV. REGI SVECORVM, IN VINCVLA CONIECTO.

Vide Henrici Ranzouii HEROESL. 15. 23.

Quid memorem mea fata miser? reticere iubere,
Cade & coniugio notus & vbique meo.

Sexaginta meis manibus, sine iure, peremi, 1563.
Pars mihi magna horum sanguine iuncta fuit:
Quoquo ergo aspicio, diri mens conscia facti
Occurrit, miseris excruciatque modis.
Nunc mihi praeceptor Dionysius ilia crudo,
Traiectus ferro, tristis Erynnis adest:
Nunc proceres Orco missi, atque innoxia bello
Ante meos oculos, perdita turba volat.

IDEM RANTZOVIUS SED ALITER:

Me quis Alexandro similem inficiabitur vnquam
Obtruncat proceres ebrius ille suos.
Sobrius ipse etiam satior vel cade meorum,
Perfossi manibus qui cecidere meis.

Hucusque in Heroibus suis, heros ille Magnificus Rantzouius.

Capto sic Erico Rege Sueciæ, Sigismundus Rex Poloniæ Archidiœcesis gubernationem, vicario suo in Liuonia Duci videlicet Curlandiæ, administrandam commendauit tantisper donec ab ordinibus diœcesis nouus Archiepiscopus commode posset eligi: quæ tamen post triennium, petentibus Archidiœcesis ordinibus, Ioanni Kotkevvicio commissa est. Is Archiepiscopatum in Ducatum Transdunanum conuertit, & nobilibus Canonicis prædia Ecclesiastica, tamquam feuda ad hæredes transeuntia attribuit, nouosque Castellanos & alios ad Reipublicæ Lithuanicæ formam Magistratus creauit, atque ita Rempublicam gessit, vt decennio post, omnes illæ Transdunanæ Regiones in fœdissimi tyranni Moschici barathrum

Archiepiscopatus Rigensis in Ducatum Transdunanum conuertitur.

1563. coniicerentur. Sueci interea oppidum Nabsel, vbi Osiliensis Episcopi. Templum Cathedrale est, totamque viciniam occupant & diripiunt; Lealem recipiunt. Lodæ vero obsidionem, metu Polonici exercitus, qui aduentare dicebatur deserũt, quam tamen sequenti anno receperunt. Moschi hoc anno in Liuonia quieti fuere: ast in Lithuania amplissimum oppidum & arcem Polotiam, ad Dunæ, & Polotæ confluentes sitam vi expugnarunt: Sigismundo Polonorum Rege comitia ordinum Regni Petricouiæ interim celebrant, &c.

Fridericus Rex Daniæ aduersus Ericũ Regem Sueciæ expeditionem suscipit.

Interea Fridericus Rex Daniæ, bellum aduersus Ericum Regem Sueciæ palam gesturus, tribunis militum & ducibus à se conductis, vtpote, Günthero Comiti à Suarcenburg, Georgio ab Holle, Hilmero à Münchhausen, Danieli Rantzouio, Hilmero à Queren, Ioanni à Wisch, Iosuæ Qualen & cæteris mandat, vt equitum & peditum copias, ad diem præscriptum colligant. Classem autem quatuor nauium videlicet Herculem, Hectorem, Ceruum & Achillem Iacobo Brokenhusio præfecto, ad maris custodiam Bornholmam ablegat, quæ ex vrbibus maritimis & aliis gentibus nauigaturos in Sueciam, prohiberet. Lubecenses etiam Legati Segebergam & postea Hafniam, ad Regem profecti, & communi aduersus Suecum fœdere inito, nauale bellum, coniunctis cum classe Danica viribus, gerendum suscipiunt: Ericus Dux Brunouicensis ac Lunæburgensis, coactis equitum & peditum copiis exercitũ suum Regi Danorum defert: licet autem iussu Regis Hafniam venerit, minime tamen eius opera vsus est.

Lubecenses Regi Daniæ aduersus Regẽ Sueciæ socios armis se cõiungunt.

est. Cum itaque Brunouicensis penuria pecuniæ laboraret, subito in agrum Monasteriensem primum facit impetum, & Warendorfio astu occupato, cætera diœcesis loca peruagatus, triginta duo millia aureorum Bernhardo Episcopo & diœcesi extorquet, causam prætexens, quod Episcopi Monasterienses ante decennium, Erico, aduersus Philippum Ducem Brunouicensem auxilia, per legatos, in quibus præsens Episcopus fuisset, promisissent, sed non præstitissent, nec damna, quibus causam, hac sua desertione, præbuissent, resarcirent. Hinc inde discedens, paulo post Albim, ad Beyzeburgum ex improuiso traiicit, & sine incolarum damno se iter cum copiis facturum, principibus vicinis scribens (ipse fortassis quo tenderet ignarus) per fines diœcesis Hauelbergensis & Marchiæ in Pomeraniam contendit, & in Borussiam Dantiscum vsque progressus, cum à sororio suo Alberto Duce Borussiæ, qui cum Sueco militaturum suspicabatur, transitu prohiberetur, per Pomeraniam rediit, vbi à vicinis principibus Marchicis, Megapolitanis & aliis, equitatu mediocri coacto, cum ad Prenslauiam venisset, ab exercitu suo discessit. Cumque duces etiam & capitanei (vt vulgo vocantur) noctu aufugissent, copiæ rursum dissipatæ sunt. 1563.

Ex aduersa parte Ericus Rex Sueciæ, classem armatam nouendecim nauium, præfecto Iacobo Baggio in portum Rostochiensem ad Warni ostium mittit, vt Philippi Hassiæ Landgrauij filiam Christianam nomine, de cuius matrimonio per legatos superiore anno tractatum erat, *Rex Sueciæ sponsa sua Landgrauia Hassia potiri incassum laborat.*

exce

1563. exceptam ad Regem in Sueciam traducerent. Verum in tota Germania increbrescente fama belli, à Daniæ Rege Suecis inferendi, cum quidem peditum & equitum copię passim pro Dano palam colligerentur: Landgrauius non filiam, sed nuncios ad littus Balthicum miserat, vt de Regis voluntate, quem apparatu belli occupatum, nuptias in tempora tranquilliora dilaturum rebatur, penitus cognosceret. Et dubitationem Hasso mouebat, quod Rex Sueciæ, filiam ad se in Regnum mitti vrgeret, vbi de fœdere & aliis rebus cum Hassi consiliariis acturus esset, de quibus si conuenisset, nuptias se statim facturum esse ostenderat: ea enim conditione adiecta filiam mittendam esse nequaquam censebat, Quæ cum ita gererentur classis Suecica, prope Bolnholmiam in excubitores Danicos incidẽs, nauem pretoriam cum Amiralio Iacobo Brockenhusio, & duabus aliis, in iisdemq; multa tormenta bellica præter milites classiarios, amplius nongentis cœpit. Eadem ipsa die, in Academia Rostochiana, quæ iam annis fere centum & quinquaginta, à prima fundatione, in solius vrbis senatus potestate fuerat, post diuturnas aliquot annorum tractationes, ex Illustrissimorum principum Megapolensium & senatus vrbis professoribus, vnum Academiæ corpus factum, & Rector illius primus, Dauid Chytræus, consentientibus noui senatus Academici suffragiis electus, & quatriduo post publice renunciatus est. Sueci, quatuordecim fere dies in statione ad Warnum commorabantur, nec cuiquam ex Danis, qui plurimi illo nundinarum Rostochiensium tempore, per eorum classem, longa

serie & interuallis mediocribus à se mutuo nauibus disiunctis nauigabant, molestiam aut damnum vlla in re vel minima inferebant. Nihil enim sibi aliud constare aiebant, quam pacem & amicitiam suo Regi cum Dano intercedere, & se ad sponsam Regi suo adducendam, non vero ad bellum venisse, nec se aggressuros ad Bolnholmiam naues Danicas fuisse, nisi primum ab illis irritati & aliquot tormentorum ictibus pacifice prætereuntes, hostiliter petiti fuissent. Cum autem reuersis ex Hassia Pegasiariis cursoribus, quos primo aduentus sui die illuc ablegarant: Landgrauio, metu instantis belli, rem differendam videri, cognouissent: sublatis ancoris in Sueciam reuersi, pro sponsa belli nuncium de ingenti equitum & peditum exercitu, terrestri & maritimo, qui à Rege Daniæ, Lubecensibus & eorum sociis aduersus eum in Germania colligeretur, Regi suo retulerunt. Cui Fridericus Rex Daniæ, collectis Warburgi circiter quatuor millibus equitum, & viginti quatuor peditum millibus, & classe quinquaginta quatuor nauium, in quibus tredecim Lubecensium erant, & sedecim cohortes militum classiariorũ & totidem fere nautarũ vehebantur, summo præfecto Petro Schrammio, bellum literis per fecialem missis indixit, ac tamdem cum exercitu Warburgo mouẽs, Elsburgum, arcem & portum Regni Sueciæ, inter extremos Halandiæ & Noruegiæ limites, per quem vnicum & solum ex regno Sueciæ in Oceanum occidentalem exitus patebat, obsidione cingit, & à rusticis, qui in præsidio erant, deditum, Georgio Rantzouio, adiunctis ei quatuor peditum cohor-

Elsburgum Sueco à Dania rege adimitur.

1563.

tibus,

1563. tibus, tuendam commendat: reliquas copias, partim dimittit, partim in hyberna de consilio ducum, qui satis hoc anno actum putabant, deducit. Interea Electore Saxoniæ & Landgrauio Hassiæ intercedentibus, Rostochij conuentus Legatorum, pacis tractandæ causa, indictus est. Vbi cum multas hebdomadas frustra Suecos expectassent, quibus saluum commeatum Danicæ classis Amiralius, eo modo, quem Sueci expetebant, concedere, recusabat, tandem actione ne quidem inchoata rursum discesserunt.

[I]oannes [D]ux Fin[l]andiæ à [f]ratre Rege [S]ueciæ cum [v]niuersa [f]amilia [c]ustodiæ ca[p]itur.

Sueciæ autem Rex, denunciato sibi, non à Danis solummodo, verum etiam à Lubecensibus bello, sed etiam à Poloniæ Rege, (à quo Ioannes Dux Finlandiæ, Erici frater, ducta Regis Poloniæ sorore, & centum viginti Ioachimorum millibus insuper Regi mutuo datis, recens redierat) suspicans fratrem conscium aut etiam confœderatum esse Regi Poloniæ adfini suo & cæteris hostibus Regni Sueciæ, quod nihil de eorum fœdere & machinationibus aduersus communem patriam hostilibus, significasset, iccirco primum belli impetum in fratrem conuertit, eumque in oppido Finlandiæ Abo oppressum & captum, cum coniuge & ministris domesticis, Holmiam duci, & publice coram iudicio accusatum in custodiam dari, & familiares ipsius multos supplicio affici mandauit. Ineunte vero hyeme, per Westgothiam cum triginta peditum vexillis, decem turmis equitum & quadraginta quinque machinis bellicis progressus, Helmstat oppidum Hallandiæ maritimum, acriter oppugnauit, quod Christianus Manduuel

& Io-

1563.

& Iosua Qualen alacriter defendebant. Cum autem Danicæ copiæ Suecos depulsuræ ex hybernis denuo congregatæ fuissent, prælium commissum est, in quo Sueci, multis cæsis equitibus cesserunt & tormenta bellica in potestatem hostium venerunt. Paucis tamen post diebus iterum Sueci erumpentes, arces Lickouvv Ouerse & oppidum Sundebui ceperunt. Comes Schvvartzburgensis cum equitatu iter Calmariense ingressus, re infecta rediit & Almugæ in Scania hibernauit.

Sueci à I[...]ïis prælio vincuntu[r] & fugan[tur].

Cum hoc ipso tempore in Belgio proceres & Gubernatores, supremi arcani consilij senatores, odio & æmulatione aduersus Episcopum Atrebatensem, Antonium Perenottum Cardinalem, cuius auctoritate & consilio omnia gerebantur, diu iam arderent: Guilielmus Princeps Vranius, Amoralus Egmondanus & Philippus Hornensis, litteras ad Regem Hispaniæ scribunt, quibus Belgici totius ruinam minantur, nec se interfuturos amplius consiliis ostendunt, nisi Cardinalem à gubernatione remoueat. Id cum nulla causa peculiari expressa Rex recusaret: tandem tamen illis vrgentibus morem gessit & Cardinalem auocatum Neapoli in Italia proregem fecit.

In littore Balthico, Stetinensis Ecclesiæ ὀικιςὴς Paulus nimirum Rhoda, Quedlinburgi in Hercynia natus, cum ferme quadraginta annos Ecclesiam doctrina & consilio fideliter & feliciter rexisset, ad cœlestis Ecclesiæ societatem translatus est: in cuius Epitaphio hi versus inter cæteros conspiciuntur:

Mors Pauli Rhodæ Stetinensis Ecclesiæ directoris, cum eiusdem Epitaphiolo.

Hunc

1563.

Hunc vera ornabat cum pietate fides.
Concordes animos, lites exosus, amabat,
Ipse etiam in cunctos pectore mitis erat.
Non fuit æris amans, fastus nec pectus agebat
In miseros semper dextera larga fuit.

Iacobi Heraclidis Basilici in VValachia & Demetrij Visniouecij, tragicæ vitæ exitum.

Eodem temporis curriculo, Iacobus Heraclides Basilicus in Walachia, qui se Sami despotam & Pari Marchionem nominabat, cum Walachiam ante biennium, pulso Alexandro, auxiliis Alberti à Lasco, occupasset, à coniuratis Tonissa & aliis trucidatus, & Demetrius Visniouecius Dux, qui ipsi successerat in Walachia captus, postea Constantinopoli vnco appensus & sequenti anno Alexander Tyrannus iterum in Walachiam Turcicis auxiliis restitutus, id quod sequens indicat Chronosticon:

DespotA Vt eSt CasVs VIs noVeCIVsqVe tyrannVs,
RVrsVs ALeXanDer VLaChICa regna regIt.

Aurelia à Guisio obsidetur.

Guisius interea instaurato exercitu, rebusq; ad gerendum bellum necessariis ꝓuisis, Lutetia mouet, Aureliam obsessurus: Amiralius enim, cum maiore parte exercitus, omnibus quidem equitum Germanorum turmis, vt sese cum Anglis coniungeret, relicto Aureliæ ad vrbis custodiam Andelotio, cum reliqua parte exercitus. Laborabat autem Amiralius penuria pecuniæ quam grauissime, id quod Guisium minime latebat, & maiorum commodorum spe Germanos, qui Condæi partes sequebantur, quantum poterat sollicitabat: & quoniã ab ipsius militia Germani deterrebantur, quod bellum contra Religionem geri ab Guisio; ab Religiosis vero Regi Regiæque familiæ ad pristinam

liber-

libertatem asserẽdæ, Edictoq; de Religione defendenda dicebatur: Guisius, bellum minime contra Religionem geri testabatur, & Regium edictum de condonandis ob religionem armis, adducebat: nec Regem Reginamq; vllumve Regiæ stirpis captum dicebat: illius rei confirmandæ causa Regium rescriptũ curat, quo Rex & Regina Marescallo Hassiæ ac Germanis, qui ipsius auspiciis Condæo militabant, se nec captum nec Reginam captam significant & pro ea, inquiunt, amicitia ac cõfœderatione, quę iam olim inter Principes Germanos, & Reges Galliæ, maiores nostros, intercessit & mutuorũ officiorum ratione, quibus alij erga alios sæpenumero sunt vsi, communi vtrorumque commodo & vtilitate; certe non potuisset nobis non permirum ac peregrinum videri, nonnullos ex principibus illis Germanis amicis nostris, auxilia, vt dederunt, dedisse subditorum nostrorum illis, qui arma contra nos sumpserunt, & Regnum nostrum in grauissimas turbas seditiose coniecerunt, nisi seditiosi illi eos principes falso prætextu decepissent, quasi diserte intelligeremus, arma illa ad obsequium nostrum sumpta, adque nos è captiuitate liberandos atque vindicandos. In qua opinione conati sunt ad hunc vsque diem retinere tribunos militesque Germanos, quos ad hanc causam prætextumque in hoc regnum nostrum adduxerunt, quorum sane virtutis & æstimationis ita sumus persuasi, vt intellecta à nobis rei totius veritate, graui & iusto quidem dolore, quod ita fuerint decepti, indignaturos confidimus. His de causis, fide Regia testamur, significamus Marescallo Hassiæ summo illo- 1563.

1563. rum Germanorum Duci, tribunis militibusque nos nulla vi detentos vnquam aut quoquo modo impeditos, nec corporibus nec voluntatibus nostris: contra, in aliis subditis nostris certam alacremque, ad ea quæ nostri obsequij causa *illis* imperauimus mandauimusque obedientiam expertos esse fidemque: Nec vero nullo nostro aut mandato aut permissu, copiam seditiosis illis nostris subditis dedisse, militum illorum ad Germaniam faciendorum: vt nunc existimamus Marescallum ipsum Hassiæ, ex quo in hoc regnum venit, perspexisse: & è pugnæ quidem nuperæ successu, & infinitis cædibus, rapinis, expugnationibus, exprædationibus, quæ quotidie ab iisdem illis seditiosis expatrantur in miseros nostros subditos: quo non possit validius certiusque argumentum existere, vt perspiciant, quodnam sit seditiosorum illorum consilium, & quis animus, quoue illorum consilia, Religionis à tam nefariis ac impiis facinoribus alienæ prætextu, velata aspirent: vt non possimus non in animum nobis inducere, quin Germani illi viri militares, harum nostrarum litterarum monitu, ab illius erroris tenebris, quibus eos seditiosi illi conati sunt hactenus, inuoluere, liberati, huius sui animi certam dent significationem: quæ erit & illis digna & nostræ mutuæ amicitiæ meritum & debitum effectum: cuius à nobis talem gratiam inituri sunt & præmium accepturi, vt non minorem habituri sint occasionem grati animi, quam nos ab illis expectamus, in re adeo Dei gloriæ & officio contraria, quod subditi Principi suo naturali debent. Istis literis Alexander Regis

frater

frater Dux Aurelianus (qui postea Heinricus nuncupatus est) Henricus Borbonius Nauarræ Princeps, Carolus Cardinalis Borbonius, Ludouicus Borbonius Dux Mompenserius, Franciscus Borbonius Comes Alphinius, Carolus Borbonius Princeps Rupesuryonius, omnes è Regia familia, subscribebant. Id quod factum VIXXX. die Ianuarij ista autem machina, ad Germanos interuertendos appositissima Guisio visa, nequicquam ab illo vsurpata est: conquerente fraudem apud Cæsarem Amiralio, & Marescalli Hassiæ Germanorumque militum fidem ac constantiam maximopere per litteras, laudante. 1563.

Guisius itaq; cum omnia sibi ad gerendum bellum, vti diximus, necessaria comparasset, Aureliam valido exercitu tormentorumque bellicorum maxima copia obsidet: ad eam partem qua fluuius Ligeris prælerlabitur, media insula, vbi vrbem expugnatu faciliorem sibi Guisius pollicebatur; aliis enim vrbis partibus & æqua planities patet, ad castra metandum iniquo loco: & munitissima minantur propugnacula. Et primo quidem impetu Guisius suburbium, Portercellum nomine, occupat, Germanorum peditum, qui ad eam partem erant, secessione consternatiore: quibus in vrbem receptis, peditum Vasconum & Occitanorum cædes magna edita: pauorem vrbi primum illud tentamentum tantum dedit, quasi hostis media vrbe versaretur. Tũ admotis ab Guisio tormentis in vrbem maximo impetu fulminatũ est, Andelotio interea, licet per quartanam, quà laborabat,

Aurelia quo loco à Guisio potissimum infestata sit.

1563. minus ad administrationes bellicas expedito, ad communiendam vrbem strenue intento. Dein turrim, quæ ad primum pontis aditum conspicitur, per proditionem cepit Guisius, ex qua oppidanis plurima damna inferre poterat, nisi, pontis partem aliquam illa deiecissent, Andelotij mandatu insula munitissime bellicis omnibus modis custodita. Carpebat tamen indies magis ac magis Guisius & ad citeriorem quidem continentis partem, ceperat Magdalenes ædem, & crebræ ex ea perque portam Burgundicam eruptiones fiebant, sed vario ac diuersimodo ex vtraque parte euentu.

Amiralius auxiliis Anglicis magnopere iuuatur.

Amiralius autem, dum hæc Aureliæ geruntur, in Normannia Anglicis auxiliis se coniunxerat, à quibus præter validum hominum supplementum, opportuna quoque pecuniarum subsidia acceperat, ad Germanorum animos confirmandos. Sed Guisius Aurelianus magis ac magis indies vrgebat & nouis artibus, illos tentando in animo habebat: dum ecce in ipsius Guisij caput lethales diræ iniiciuntur: venerat enim Lugduno miles Poltrotius Meræus nomine, Amiralio Subizij litteras ferens, vir admodum strenuus & rerum gerendarum haud impiger. Postquam autem Amiralio Subizij litteras reddidisset, eidem significat se ad explorandum Guisij exercitum facilimas habere rationes & ipso etiam Guisio, si necessum foret, interficiendo minime, se defuturum & animum ad facinus istud perpetrandum, præ se ferre promptissimum ac paratissimum, ita iampridem illam Guisij trucidandi voluntatem ille venditabat. Amiralius hominis alioqui incogniti audaciam demirari & su-

spectam

ſpectam etiam fidem primum habere, attamen quoniam à Subizio commẽdabatur, & in iſtis ſpeculandi operis multorum hominum obſcurior eſſet vſus, ei, quemadmodum petierat, dat in mandatis, ad Guiſij res ſiue conſilia perueſtiganda, & vt ſe, de vniuerſo iſto negotio, quamprimum ac quam tutiſſime certiorem faceret, Guiſij interficiendi ſermonem, pro more ſuo irridens. Meræus ad has res cognoſcendas primum viginti aureos ab Amiralio impetrat & ad Guiſium in caſtra vadit, eique teſtatus, ſe dolere quod arma contra Regem geſſiſſet, culpamque deprecabundus, & meliora officia Regi impoſterum pollicitus, peramãter à Guiſio recipitur Meræus. Inde Amiralium conuenit & de rebus exploratis monet, ab eoq; rurſum centum aureos ad emendum equum impetrat. Equo igitur meliore ad caſtra Guiſij reuertitur, ibique paucos aliquot dies commoratus, de Guiſio interficiendo conſilium vehementius ſecum agitabat, & quidem cum vrbi acrius Guiſium indies magis magiſque inſultare cerneret, non obſcuro ſane illius expugnando periculo. Itaque re firmius impreſſa, rem vel capitis periculo tentandam vel magno vel paruo hominum numero comitatum, in animum penitus inducit. Guiſium igitur munimenta inuiſentem adit, illumque pro more comitatur, dumque Guiſius domum repeteret duobus tantum hominibus comitatus, muloq; inuectus, illum etiam ſubſequebatur: Leretoque fluuio cymba tranſmiſſo, domum Guiſius accedebat, tum Meræus occaſionem oblatam ratus, tormentulum ad hanc rem trib. globulis inſtructum, equo 1563.

1563. inuectus ad sex septemue passus Guisio admouet, ictusque loco ad inermem humerum, quoniam corpus ipsius armatum esse Meræus suspicabatur, designato egerit, ictumque ad eum locum tribus globulis defert, quo facto equo celeriter concitato fugæ se committit: Guisius vero saucius domum asportatur, atque aliquot dies vitam, inter acerrimos dolores ac cruciatus, tolerans tamdem infelicem animam efflauit, vir grauissimarum in Gallia calamitatum maxima causa, & grauiorum futurus, si ei vita diuturnior extitisset. Meræus equo hinc inde euagatus intempesta nocte (vt ad hyemem solet) in eum prope locum, vnde discesserat, Oliuetum nimirum pagum Lereto fluuio proximum, ad quem pagum Helueticis copiis locus erat constitutus, inque custodiam Helueticorum incautius incurrit, quo ex acclamatione sermonis Heluetici cognito, rursus equo concitato aufugit, & alia ex parte excurrit, dum equo delasso ad villam cogitur consistere, vbi ab exquisitoribus captus inque castra abductus est.

Guisius à Poltrotio necatur.

Quauis vero Guisius, hoc vt diximus modo è viuis sublatus & rumor iste Aurelianis per aliquot dies dissimulatus esset, nihilo segnius tamen ex Guisij instituto, obsidionem duces serio vrgebant: consternato tamen exercitu operæ fere intermittebantur, & ex mandato Reginæ & Condæi induciæ vtrimque imperatæ. Iamque de pace agi cæptum, Connestabili Aurelianis eam confirmatius pollicente: itaque vtrimque sæpenumero mutua colloquia, & inter ipsos etiam milites varij sermo-

nes

nes libere ferebantur. Amiralius interea ad Normanniam rem bene gerebat, expugnatoque Calomo, nobili vrbe Normanniæ magnisque pecuniarum copiis alacrior, maiora haud dubie moliebatur: ad Occitaniam collecto exercitu tentabantur noua consilia, & Cursolensis ad eam oram, vti diximus, Præfecti mandato, Bellodinæus exercitum adduxerat in comitatum Venaissinum, & indies maiori exercitu instabat minabundus maioribus oppidis, Carpentoracti Auenionique belli fortunam vlterius haud dubie obiturus. ·1563.

Pax inter Reginã & Cõdæi partes sancitur.

Inter diuersimodos hosce motus, de pace inter Reginam ac Condæum summa cura erat, Connestabili imprimis rem per litteras summopere solicitante: Condæo & suopte studio & præsenti conditione, ad pacem inclinatiore, Regina quamuis suas res videret perturbatiores, duobus summis ducibus amissis, alio capto: hostem contra, licet Condæo capto, & ducibus & animis florere, iamque vehementius rem capessere: tamen lente dissimulans, Condæum rerum maximarum spe replebat, & ad suam voluntatem, quantum poterat, inclinabat. Proponebantur igitur conditiones pacis iniquiores Condæo: quibus multum de Ianuarij edicto decidebatur, quod pacis formulam esse Condæus volebat. Veniunt itaque in colloquium Regina & Condæus cum Connestabili & Andelotio ad insulam Boariam, quæ non longe ab Aurelia distat, admonito etiam per internuntios Amiralio, qui tum temporis adhuc cum exercitu erat in Normannia: Rebus vero vltro citroque agitatis pax ad decimum tertium Martij initur,

1563. vbi Rex hunc ferme in modum locutus est. Nemo non nouit quantis turbis & tumultibus Regnum hoc nostrum aliquot abhinc annis, iusto Dei iudicio sit agitatum, opinionum diuersitate in negotio Religionis, illarum dissensionum causas præbente. Quibus rebus vt prouideretur & ad impediendum ne ignis ille ferocius euagaretur, habitæ sunt hactenus multæ è Regni nostri optimorum & sapientissimorum hominum selectissimis conuocationes, eorumque consilio, vt illis rationibus malo subueniretur, & incommodo, quod inde imminebat, obuiam iretur: nihilominus tamen iniquitas temporum paulatim ita peruicit & Deus incognito suo, at iusto tamen & nostris peccatis & iniquitatibus prouocato iudicio, permisit fræna ad turbarum illarum intemperies laxari, & eo quidem vsque, vt infinitæ inde cædes, vindictarum effusiones, exprædationes, expugnationes vrbium deuastationesque emanarint: templorum violationes factæ, pugnæ editæ, totque alia mala, tot tantæque calamitates ac vastitates variis in locis datæ: vt malo isto vlterius progrediente & tot peregrinis in nostrum Regnum effusis, quum etiam maior indies numerus appareretur eo deducendus, præsentem ita esse atque ineuitabilem nostri illius Regni ruinã animaduertamus: præter grauissimam nec reparandam iacturam maximo nostro dolore factam, ab istis turbarum tumultibus inchoatis, tot principum virorum nobilium, equitum ordinis nostri, Ducumque militarium: quod vnicum est sub Dei manu, & verum firmamentum

veraq;

veraque defensio ac protectio istius nostræ Coronæ: & vicinis nostris hostili voluntate aduersum nos præditis, nos lædendi atque inuadendi, certæ occasiones: quemadmodum minæ nobis & obiectæ sunt & indies adhuc obiiciuntur. Quibus rebus à nobis consideratis, & omnibus rationibus legitimis peruestigatis, (quamuis nostræ Dei beneficio, vires maximæ sint,) eum tamen perspiciamus, omnia incommoda quæ ex hoc bello proficiscuntur, ad nostri istius Regni diminutionem detrimẽtumque redundare: & experti nostro quidem maximo damno simus, hoc remedium minimè esse ad hanc rem accommodatum, (morbo ad populi nostri viscera animosque latitante,) existimauimus nihil magis operæ pretium fore, quam vt primum (quemadmodum Christianissimi, quod gerimus, nomen nos admonet,) ad infinitam gratiam bonitatemque Domini Dei nostri piè adiremus: & ipsius auxilio inuestigaremus rationes morbi istius asperitati, mansuete & pacate subueniendi: Subiectorum nostrorum voluntates ad vnionem concordiamque reuocandas, & ad obsequii cultusq;, quem nobis debent, agnitionem: Dei honorem & gloriam, Regnique istius nostri salutem incolumitatemque expeditis, ad retinendos subditos nostros rationibus: Sperantes quod tempus recti ac sancti, generalis aut nationalis concilii fructus, maiorisque nostræ ætatis proximæ, à Deo, huius Regni certissimo conseruatore, efficaciter gubernatæ, virtus atque auctoritas, veram deinceps firmitatem constantiamque Regno huic nostro sit allatura, ad gloriam ac honorem sui nominis nostro- 1563.

1563. cumque populorum pacem tranquillitatemque. Quam in rem voluimus adhibere prudens ac salubre consilium Reginæ charissimæ & obseruandæ matris nostræ, charissimorumque consobrinorum nostrorum Cardinalis Borbonii, Condæi, Mompenserii & Rupesuryonii, Principum consanguineorum nostrorum & Cardinalis Guisii, Aumalii, Mommorantii Connestabilis, Parium Franciæ, Estampiani, Marescallorum Brissaci & Burdillonis, Andelotii, Sansacii, Sipierzii & aliorum consilii nostri lectissimorum hominum, qui omnes communi consensu & voluntate viderunt æquum & necessarium hæc in publicam Regni nostri vtilitatem statui decernique, quæ nos firma rataque volumus ac iubemus, OMNES vt imposterum nobiles, maiores & plenioris iurisdictionis auctoritatem habentes, possint iis in ædibus, in quibus habitabunt, pacate & cum conscientiarum libertate & suæ Religionis, quam *REFORMATAM* dicunt, cum familia & subditis, vsu nullo impedimento, nullaque obiecta difficultate, viuere. Item, Fas esto omnibus nobilibus viris, qualemcumque iurisdictionẽ habentibus domi, sibi tantum & familiis: modo ne iis in pagis & vicis habitent, qui maiori iurisdictione (nostra quidem excepta,) subiiciantur. Quibus in rebus non poterunt iis in locis vsum adhibere Religionis, nisi maiorum illorum Dominorum copia & facultate, nec quidem aliter singulis præfecturis & aliis iudiciorum sedibus, quarum prima est ad summas curias prouocatio: statuemus vrbem ad Religionis Reformatæ hominum petitionem, ad quam possit fieri administratio Religionis

Consanguinei & consobrini Regis Franciæ.

Re

Reformatæ hominibus. Præfecturæ illius nec aliter nec alibi. Omnes tamen vbique poterunt DOMI PACATE viuere, nullo propter Religionis conſcientiæque vſum creato illatoque periculo. Omnibus in vrbibus, in quibus Religio illa exercebatur, ad VII. huius Menſis Martii, præter alias, quæ, vti diximus, peculiariter ac ſingulatim deſignabuntur, ad ſingulas præfecturas, eiuſdem adminiſtrationis perſequendæ facultas tribuitor, vno aut duobus vrbium locis, cuiuſmodi à nobis deſignabuntur. Ne tamen Reformatæ Religionis hominibus liceat Eccleſiaſticorum hominum templa occupare, quos volumus iubemuſque ab hoc tempore ad plenam rerum ſuarum, ædium, poſſeſſionum, redituumque facultatem reſtitui: vt illis, ſicuti ante iſtarum turbarum initos tumultus, vtantur & fruantur: diuinum cultum pro more iiſdem in locis, nullo cuiuſquam impedimento, perſequantur: Nec vero quicquam tamen propter templorum, illorum ſuorum deiectiones ruinaſque anteſtari poſſint. Volumus etiam iubemuſque, vrbem præfecturamque Pariſinam, ab omni Religionis illius vſu liberam immunemque eſſe. Qui tamen ex illis Religionis Reformatæ hominibus ædes redituſque intra aut extra vrbem, poſſint liberè ad ædes redituſue ſuos reuerti, vt illis pacatè vtantur ac fruantur: & nullam illis, aut rerum anteactarum aut futurarum, in Religionis quidem negotio, cauſa periculum creetur: Omnes vrbes ad priſtina cō- 1563.

mer-

1563. mercia reuocabuntur, omnesque peregrini, quam celerrimè fieri poterit, extra Regnum amandabũtur: Et vt subditorum nostrorum voluntates confirmatiores, quietioresque reddamus, volumus iubemusque, omnes nostro patrocinio nostraque fide conseruari, inque vsum rerum redituumq; suorum, munerum officiorumque, cuiuscunque sint generis, restitui retinerique: omnibus nequicquã contra sententiis arrestisque, ab Henrici obseruãdissimæ & felicissimæ memoriæ parẽtis nostri obitu datis atque ad effectum mandatis, propter Religionis causam illiusque causa gesta obitaque negotia Principis Condæi consobrini nostri mandato, aut arma ideo sumpta & quæ illa arma sunt consecuta. Quas sententias irritas esse iubemus, ne illarum causa aut ipsi ipsorumue liberi, hæredes, resque gerentes, possint vllo modo in facultatum dignitatumque suarum possessione vsuque impediri. Vt illis per istas litteras, quibus eos in plenam corporum fortunarumque suarum possessionem facultatumque permittimus ac condonamus, satis caueatur.

Ne vero, inquit Rex vlterius, de Condæi consobrini nostri fide animoque dubitetur: dicimus affirmamusque, illum nos pro optimo cognato, subditoque ac famulo rerum nostrarum studioso habere ac ducere: in quo fidorum subditorum numero habemus ducimusque omnes optimates, Dominos ac Nobiles, omnesque vrbium, pagorum locorumque intra omnes huius Regni fines incolas, qui illius consobrini nostri partes secuti sunt, adiuueruntque ad istos bellorum ciuilium tumul-

tus,

tus, quibuſcunque Regni iſtius noſtri locis: exiſtimantes ea quæ à noſtris illis ſubditis acta fuerint, tum armorum adminiſtratione, tum iudiciorum moderatione, bono illa conſilio ad noſtrum obſequium acta fuerint: Volumus iubemuſque Condæum conſobrinum noſtrum per iſtas litteras manu noſtra obſignatas, pecuniarum noſtrarum è noſtris ærariis à ſe ſuoue mandato ſumptarum rationibus planè liberari, quantamuis ſummam attingere poſſint: Liberari quoque pecuniarum ex oppidorum pagorumque municipiis ſumptarum rationibus: & Eccleſiaſticorum hominum quidem ſupellectilis aliarumque illorum facultatum, vt ne aut ipſi aut iis, qui ſuo mandato, ad illa munera conſtituti ſunt, aut hoc aut alio vmquam tempore, periculum hac de re creari poſſit, nec propter pecuniarum fabricationem, tormentorum bellicorum pulueriſque tormentarii effectionem, vrbium munitionem aut ædificiorum, propter illas munitiones Condæi conſobrini noſtri mandato, factas deiectiones, quarum rerum & vrbes & municipia etiam ipſa, per hoc edictum noſtrum liberamus. Omnes qui aut bello capti, aut propter Religionis negotium alio aliquo modo detinentur, omnes ſine vllo redemptionis præmio manumittantur: Quo tamen in numero minimè comprehendimus latrones, prædones ſicarioſq;, ad quos edicti iſtius beneficium minimè attinere teſtamur. Quoniam autem vnicè ac ſingulariter optamus omnes iſtarum turbarum cauſas præcidi, & omnium voluntates verè reconciliari, vt per iſtum animorum cõſenſum, obedientia, quæ nobis debetur, melius cõ 1563

firme-

1563. firmetur, ista statuimus iubemusque, vt omnes iniuriæ offensionesque, quas & temporis iniquitas & occasiones inde natæ attulerunt, omnesq; aliæ res per istos tumultus egerminatæ extinguantur, sempiternoque silentio, tamquam numquam accidissent, consepeliantur. Interdicto interim capitali vetamus omnibus nostris subditis, cuiuscumq; tādem sint conditionis, ne verbis contumeliosis mutuo se facessant, rerumque præteritarum inuidia inuicem se proritent & contentionibus ad dissensionem impellant: verum sese amanter, vti fratres ciuesque decet, contineant: hac pœna statuta, vt qui hoc fecerint tentauerintue, è vestigio, nec vlla alia iudicii contestatione, summa edicti nostri seueritate puniantur: cuius etiam gratia, vt omnis scrupulus eximatur siue penitus tollatur, subditi illi nostri omnem societatem omneque fœdus intra aut extra hoc Regnum abdicabunt, nec imposterum vllas conuocationes, hominum delectus, pecuniarum irrogationes facient, aliasue, quàm eas quas hoc nostro edicto, & quidem sine armis, permittimus: Quod eis seuerè vetamus ne vt nostrorum istorum edictorum violatores alioqui puniendi. Volumus iubemusque vt hoc nostrum edictum & per vniuersum Regnum solemniter publicetur & in curiarum commentarios referatur, abque omnibus sanctè & inuiolabiliter obseruetur: *HOCQVE NOSTRA AVCTORITATE RATVM FIXVMQVE ITA ESTO.*

Poltrotii Meræi supplicium. Interea Poltrotius Meræus, quem Guisium interfecisse diximus, postquam Lutetiæ quæstionibus subiectus fuisset, publico Senatus aresto dānatur

tur capitis, vt videlicet, pro more perduellium, 1563
candentibus forcipibus primũ discerperetur, postmodum verò, immanissimo isto lethi genere, quatuor videlicet equis in diuersas partes tendentibus mẽbratim diuideretur: antequã verò ad suppliciũ deduceretur priorẽ confessionem, quod nimirum cũ Subizio, Feuquerio, Briono, Colinio & Theodoro Beza, de interimendo Guisio, consilium contulisset, omnino & summa quadã animi constantia ꝑnegauit: verũ cum eidẽ exigua respirandi mora cõcederetur, mox oẽs facti istius ignaros pronunciauit, excepto Colinio & Andelotio fratre eius germano, quos ad extremum vitæ suæ spiritum, illius criminis conscios pronunciauit. Cũ itaq;, extincto & ad supplicium hunc in modũ rapto Meræo, & Amiralius, illius cædis auctor & hortator appellaret: ideo scripto publico innocentiã suã testabatur primumq; sibi viuũ Meræũ postulabat, vt ita secundũ præscriptum iudiciorum morem & institutum, accusato accusator præsens sisteretur: postea vero cõquestus erat præcipitatum ideo esse Meræi supplicium vt sibi copia cum accusatore ablata, falsarum accusationum præiudicia obiicerentur. Cardinalis verò Lotharenus, obtentu & respectu illius accusationis, omnibus modis Amiralio conflabat inuidiam, ita etiam vt ob id complurimorum animi ira & excandescentia replebãtur, imprimis vero quod tantũ scelus aduersus peritissimũ & summum belli Ducem perfidè per insidias fuisset susceptum: dehinc vna cum magna Guisianorum clientum copia, ꝑscriptis litteris peregrinorũ principũ animos quoque permouebat, remque tã tragicam

ad

1563. ad Ferdinandum Cæſarem & aliquot Germaniæ Principes deferebat: quod maximarum turbarum fuit initium: Hiſpaniarum Rex inſuper, à Cardinali frequenter per litteras ſollicitatus, Regi perſcripſerat cum proditoribus pacem minimè colendam eſſe, præſertim quod ſe tam illuſtris viri ſanguine commaculaſſent.

Amiralius ſcripto edito obiecta ſibi crimina diluit.

Has in anguſtias cum redactus eſſet Amiralius, iccirco, quantum poteſt ab obiectis criminibus, datis ad Regem Reginamque litteris, ſe purgare conabatur, accuſationes à ſemoliens illaſque iniurias à Cardinali ſibi illatas eſſe conqueritur. Quapropter ad neceſſariam ſui defenſionem ſcriptum edit huiuſmodi: Et quæ ego Meræi, inquit, accuſationi reſponderam, priori meo ſcripto Reginæ oblato & variè, per vniuerſum Regnum publicato, debebant ad me omnino à culpa liberandum, omnibus moderatis & placidis ingeniis ſatisfacere: non tantum iis qui anteactæ meæ vitæ peritiam habuiſſent, ſed omnibus profecto iis qui norunt atque intelligunt, quam genuinus ſit veritatis color & ſimplex candidaque illius oratio, cum & nimirum obnixe poſtularam, vt Meræus accuſator meus mihi loco temporeque idoneo ſiſtendus ſeruaretur: Quod certè minimè effeciſſem, niſi certa optimi mei iuris conſcientia fretus fuiſſem: Non enim inanis prorſus erat hæcce mea petitio, neque enim vi, neque perfunctorie hæc petebam, ſed vnico dumtaxat veritatis patefaciendæ illuſtrandæque conſilio. Verum cum iſta mea poſtulatio, mihi contra omnem ſpem & expectationem denegaretur, ideoque etiam omnes Senatus Pariſini

ſen-

ſententias aduerſus me latas, inanes atque irritas 1563.
eſſe iudicabam: id quod ita ſit, nimia præcipitantia
ſupplicii accuſatoris mei ſatis ſuperque teſtatur,
apparet inſuper quot quantiſque malis præiudiciis me innocentem onerent, facultate aduerſarii mei arguendi mihi omnino præciſa atque adempta. Feci ergo quod mei, hoc in negotio, fuit officii, & cognitionem legitimam vltro rogaui. Nā quod præter litteras huius argumenti à me ad Reginam datas, hoc etiam ſcriptum in lucem publicam emiſi, id non abſque cauſa ſingulari abs me factum fuit, quippe quod in hac re etiam prudentiſſimorum virorum conſilium ac ſententiam ſecutus fuerim, ſperabam enim hac mea poſtulatione, retardare ſupplicii feſtinationem quā videbam, iudices mihi nimirum infenſiores, moliri. Deinde incerto turbarum, quę tum temporis vigebant, euentu, multis gratificari ſtudebam, qui rem explorare percupiebant, potiſſimum vero peregrinis, apud quos ego calumniis & libellis famoſis maximè traducebar, donec tamdem per oblationem mei accuſatoris, melior excuſandi occaſio mihi præberetur. Nec prorſus incognitum, ſed plane perſpectum & penitus exploratum mihi fuit, quod Meræus, priorē illam, aduerſum me explicationem omnino prorſus abdicauerit: exinde conſtat, vi miniſque illum illuc fuiſſe coactum, clandeſtinas & ſecretas etiam Meræi reſponſiones ſcio ſub aduerſariorum meorum manibus latere, quibus itidem ipſe reus me innocentem palam profeſſus eſt: itaque alias Meræi accuſationes contra me editas confictas eſſe autumo, cum plurimorum bonorum virorum omniq;

Mm exce-

1563. exceptione maiorum testimonio apparere possit, Meræum non semel dictitasse, *se coram iudicibus me ab omni culpa immunem declarasse*: idemque cum ad supplicium traheretur, in præsentia plurimorum testium disertis verbis pronuntiasse, *Fuerunt illæ accusationes contra me ab hostibus meis scriptæ*, & coram illis solis, quos ad me criminandum nihil in hac causa fecisse reliqui, in eorum gratiam, quibus demerendis, venales conscientias suas iampridem demonstrarunt, quis non videat? Cuius rei argumento erunt litteræ (quas, si necessum fuerit, ego proferam,) ad Senatum, iudicum delegatorum beneficio, ad VI. & XV. Martii perscriptæ, in quibus hæc expressa verba conspiciuntur, *Meræi custodes corruptos esse, nec amplius adeo differendum esse morte multare, quod velit sermonem reuocare*. At vero satis intelligo calumniam istam de me nonnullos inde commentos, quod priori meo isto scripto fassus sim, me certam Meræo summam pecuniæ dedisse: quamuis vero satis huic rei responderim, atque inde demonstrarim, me bona fide agere, cum rem ipsam totam simpliciter nullo fuco adhibito enunciarim: nihilominus iam conabor ostendere, me candidè & simpliciter pecuniam istam Meræo numerasse, atque adeo planum facere meram puram putidamque esse calumniam, quicquid hoc in negotio mihi obiicitur, vt videlicet iis dumtaxat satisfaciam, qui rei bellicæ periti sunt illamque artem profitentur. Non enim ignoro rem istam quæ & belli causa & tempore contigerit, forensium iudiciorum cognitioni minimè teneri, (quamuis &

Verba Meræi Amiraltum ab accusationibus liberantia.

hæc

hac ratione mihi non foret difficilis ratio ad contestandam meam innocentiam,) mihi vero & coram Deo conscientiæ meæ testimonium, & coram hominibus, responsionum Meræi, in ipsa quæstione, diuersitas & contrarietas, animus, mortis terrore atque perculsione; consternatus, spes contra concepta è iudicum promissionibus, si me accusaret vitæ conseruandæ, (quam spem ad ipsius etiam supplicii articulum retinebat,) & ex mea parte; postulatio mea de Meræo accusatore meo mihi sistendo, & de mea adeo integritate, ni hoc mihi daretur, protestatio; iudicumque iam pridem à me recusatorum perturbatus atque præceps animus: accusatoris denique inconstantia ac perturbatio satis superque innocentiam meam demonstrant. 1563.

Nec sanè de meo isto numeratæ pecuniæ consilio tamdiu distinctius respondere distulissem, nisi ego, rogata hac de re, per disertas litteras Regina, deque mea innocentia testatus, existimassem minimè fore, vt in hanc supplicii edendi præcipitantiam aduersarii mei sese deferrent: qui tamen non poterant luculentius integritatis meæ testimoniũ comparare, quamuis id malo animo, præter omnẽ rationem & æquitatem fecerint: quandoquidem etiam nec propter istud tantum Guisii interfecti factum, sed propter aliam quoque grauiorem accusationem, quasi de Rege interficiendo consilium inierim, necessarium erat, vt mihi Meræus viuus sisteretur. Vnde apparet quam impudentes fuerint istæ criminationum, aduersum me præconceptarum, calumniæ. Age vero & de

1563. Amiralius subministrata Merao pecunia rationē reddit.

meo numeratæ à me Meræo pecuniæ consilio institutoque dicam: ne si peregrinorum animi istis rumoribus imbuti sint, innocentis hominis bona causa, re neque explicata neque intellecta, opprimatur. Primum ergo, quod ait Merçus se mihi operam suam hac in re detulisse, ita planè res est: Cum Subizii litteris commendatus, suam operam alacriter mihi deferret, egoque illum rogassem ecqua in re ille mihi posset esse vsui? mihi tunc ille respondit: magnam sibi cum Aumalio familiaritatem iutercedere, quod is idem, sua potissimũ opera olim ad Picardiam sæpe vsus fuisset, quem si in Guisii castris reperiret, posse per illum Guisii consilia facilimè explorare, meque omnium rerum continuo facere certiorem: & licet Aumalius abesset, se à tot tantisue Tribunis ac militibus, qui Guisio mererent, cognosci, vt minimè dubitaret, quin facilis sibi esset ad Guisiana castra aditus. Quod certè mihi iniecit de illo suspicionem, (vt tunc temporis præsenti Graumontio dixi, declarans quod eum à tribus aut quatuor tantum illinc diebus nossem: solis Subizii litteris mihi cognitus,) quum tanta alacritate sese mihi vltro exhiberet. Dedi tamen ei tunc pecuniam, viginti nimirum aureos, vt de illo dumtaxat facerem periculum: Norunt enim bellicarum rationum periti, quantum istæ viæ speculatoriæ possint, & quàm non sit ad res istas continenda pecunia, & qui me norunt, quàm parum istis in rebus pecuniæ parcam? Et hæc prima fuit numerandæ illius summæ causa: quam equidem profusam arbitrabar, nec quicquam maius quàm Meræum ipsum expectabam

Speculatores quantū in rebus bellicis valeant.

cum

cum Trannius vir nobilis ad me Nouillam venit, 1563.
ſeque eo Andelotii fratris mandato venire, vt certum hominem ad me adduceret, qui è Guiſianis caſtris recenter iam ſit reuerſurus: Hominem non quidem à me expectatum, (plures enim mihi huiuſmodi erant operæ) compello, & de rebus pluribus leuiuſculis interrogo, de quibus peritè illum reſpondere mihi videbatur: quæro itidem ab illo, num Dux Guiſius de meo Aureliis diſceſſu eſſet certior, & quonam proficiſcerer? Reſpondet ille, Guiſium profectionis meæ diem non quidem noſſe, ſed ab illinc ſex diebus certò reſciuiſſe me Normanniam petiturum: cui rei iam ita prouidiſſet, vt multa impedimenta eſſem in ipſo itinere reperturus: atque in hanc ſententiam mihi dixit, mandatum eſſe Mareſcallo Vielleuillio & Comiti Rhingrauio, de omnibus oppidis vel minimis etiã muniendis, eam darent operam, vt omnibus in locis hoſtis mihi non deeſſet: De oppugnandis autem vrbibus mihi nullam eſſe copiam, cum nec pedites nec tormenta bellica haberem: Guiſiumque curaſſe, omnes equos Lutetia deducendos, & poſtulare inſuper omnes & ſingulos, qui ad deuehenda tormenta eſſent idonei: ideoque omnino efficere, vt ad tria aut quatuor tormentariorum militum millia equis induceret, exceptis ſuis grauis leuiſq; armaturæ militibus, meiſque veſtigiis ita inſtitutum, vt ne Normannicis auxiliis me coniungere poſſem, nec vllam requiem haberem: & præter Germanorum equitum meorum iam laſſiores animos, illum in eas porro me difficultates conjectu-

1563. rum, vt aut ad se illos pertraheret, aut illi etiam aduersus me arma sua conuerterent.

Ast enimuero quoniam hoc vni cum maximo perè verebar, Meræo imperaui, vt cōtinuo ad Guisiana castra rediret, meq; de consilio Ducis Guisii p omnia certiorem faceret, id quod sedulo se effe-cturum Meræus constantissimè mihi pollicebatur; verum cum equo careret & sine illius beneficio nihil fructuosi perficere posset, illo ad vendendū aliquem rogante centū eidem aureos numero eumq; diligentissimè adhortor, vt de persequēdo me Guisio, operam nauaret solertissimam, sin vero aduersus Aurelianos hostiliter aliquid moliretur, vt tam Andelotium fratrem meum germanum, de sibi prospiciendo, admoneret: acceptis sic centum aureis Meræus confestim, insalutato etiam fratre meo Andelotio, quamuis per suburbia Aureliana transitum faceret, inde Muuium oppidum concessit. Hæc & non alia causa est cur nimirum Meræo centum istos aureos prima vice numerauerim: sed & hoc ingenuè fateor, cum ille mihi consilium suum, de interficiendo nempe Guisio, exposuisset, me ad sermonem istum prorsus obticuisse, quasi factum istud vel probarem vel improbarem, cum an id vellet vel etiam posset, minimè æstimarem, & cum centum illos aureos numeraui, nō alio id certè me effecisse consilio, quàm nisi vt me quàm celerrimè moneret, si nimirum Guisius de me persequendo consilium instituisset. Et cur hoc timerem, mihi certæ quædam ac grauissimæ causæ erant, quas particularius commemorare, minimè

pige-

pigebit. Non enim eram nescius Guisium profectionem meam minimè latuisse, quoniam coactus fueram, de frequenti isto equitum cœtu, octo diebus, ante discessum meum agere: nec prius poterã discedere, quoniam omnia equitum Germanorũ impedimẽta Aureliis relinquere necessum habui, quam rem (licet inauditam nec vnquã inter Germanos equites assuetam,) vt consequerer plurimũ certè desudaui: Guisium autem hæc rescire potuisse minimè dubium est, cum pmulti ex nostrorũ eq̃tum turmis, vt illos ad defectionẽ sollicitarent, obuersarentur, nonnulli ẽt eo animo iã affecti essent, vt Marescallus Hassiæ atq; primores aliquot tribuni, illorum fidem in suspicionem traherent. Noueram præterea (præter illud quod à Meræo iamdudum præcognoueram) per omnem Normanniã, de omnibus incõmodorum obiiciẽdis rationibus, quibus exercitus infestari posset, serio fuisse imperatum: imo, quod maius erat, indicium, litteræ in manus meas peruenere, in quibus, vt mandata nimirum ista summopere exequerẽtur, summa quadam cum seueritate imperabatur, deque in vrbes maximè commeatibus conuehendis, (vt id multis in locis factitatum fuisse comperimus,) eque pistrinis ferramentis molariis adimendis, deq; me omnibus viribus adoriundo. Occupatis vrbibus, viisque mihi ita obstructis, minimè fieri poterat, quin ad sumendam ab Anglis pecuniã, ad mare tutus mihi cõncederetur aditus, quã ad persoluenda Germanis equitibus stipendia, summo studio expectabã: qua re illis cognita, magnum erat militaris seditionis periculum, communibus etiam hac de re ser- 1563.

1563. monibus peruagatis, quod si turmas nostras Guisius carpere instituisset, maximum certè erat periculum, fore vt nobis maximoperè incommodaret: certè vti impediret, ne ad mare accederemus, ex quo pendebat, (secundum humanorum quidem remediorum rationes,) spes auxiliorum necessariorum (pecuniæ nimirum,) sine qua equitibus Germanis stipendia persoluere non poteram, vnde (adempta sic mihi pugnandi facultate,) rerum mearum clades calamitasque propediē certè fuisset consecuta. Nam post Neuburgicam planiciē, ita & incommodus locus, vt quingenti tormentarii, fœda fuga, decem equitum millibus terga vertere coegerint: & quod maximè ad tantam necessitatem optare poteram, erat vt pugnæ copia mihi fieret: quod tamen nisi maximis grauissimisque incommodis efficere non poteram, multis circumquaq; vrbibus munitis, quo pateret hosti meo aditus incommodè circumsessus. Erat & alia grauissima difficultas, in illa regione adeo desertos esse vacuosque vicos, domosque ita variè dissipatas, vt vix ad quinquaginta equites vna conuenire possent. Quæ omnes difficultates, nec Guisio nec ipsis etiam tribunis suis erant incognitæ, quod efficiebat, vt existimarem Guisium potius Normānicum iter suscepturum, ad me persequendum, quam ad Aurelianum obsidendum: turmis enim meis delectis, verisimillimum erat, Aurelianum periturum, iisdem incolumibus, etiamsi expugnatum esset Aurelianum, spes tamen mihi erat fore facultatem belli persequendi: Quæ volui minutius edisserere, vt istarum rerum peritis demonstrem, an pro isto

susci-

suscipiendo negotio, pecuniæ debuissem parcere: 1563.
cum omnino esset necessarium, vt intelligerem, quod cõsilium Guisius agitaret: Et permulti erant à me ad operas istas tunc occupati, qui non pœnitendas pecuniæ summas à me acceperunt, quas tamen minime mihi iam euenditant. Quod vero inter tot tantasq; difficultates à me cognitas, suscepi tamen iter illud, eo sane me extremum periculum, ne ab equitibus Germanis desererer stipendiorum penuria, inuitum coegit. Istis itaque numeratæ pecuniæ causis à me explicatis, hoc etiam addo Meræum (vt id complurimorum hominum testimonio comprobatur) iamdudum solitum hunc sermonem de interficiendo Guisio vsurpare: at illum numquam mecum fuisse locutum, inque meam notitiam peruenisse (antequam Subizij litteras ad me perferret) ex suo ipsius etiam testimonio apparet. Vnde profecto conicitur, veritati minime esse verisimile, me illius rei auctorem extitisse, quã ipse iam pridem animo conceperat: Deinde quod Renaldium sanguine proxime attingeret, verisimile esse suo quodam peculiari priuatoque odio aduersus Guisium fuisse concitatum. Ita sane res se habet, quemadmodum superius explicaui: vnde certe perspicuum esse existimo, eos qui in animum sibi inducunt me isti' cædis fuisse impulsorem, præterquam quod puerili leuissimoq; argumento nitantur, me nec recte nosse: Si enim alterius aliquid imperassem, non dubitarem pari libertate agnoscere. Et certe libenter eos interrogarem ecquid putent causæ esse, cur primam meam responsionem curauerim edendam, nisi vt ab hominibus

Meræus nõ solummodo apud Amiralium, verum iamdudũ Guisium interficere conatus est.

1563. publice cognosceretur? Si quid vero præterea esset, id cur dissimularem? Quis enim mihi vnquam infensior, quis apertior hostis extitit quam Dux Guisius? Cur enim Aurelianum obsidebat, nisi vt vxorem & liberos, quicquid mihi denique preciosum esset, pessundaret atque deleret, testantibus etiam fide dignis hominibus, illum non vna dumtaxat vice gloriari solitum, fore vt vrbe expugnata nemini parceret nullo sexus ætatisque habito discrimine? Nec dubitandum est, eorum quos in Druidensi acie maxime deposcerem peteremque, illum vnum fuisse: nec minus dubium esse potest, quin si tormentum bellicum aduersus eum potuissem intendere, id non libenter effecissem: nec minus, si decem tormentariorum millibus præfuissem, non vltro eis imperassem, omnes vt contra illum vnum dumtaxat collimarent. Denique, nullam omnino rationem earum, quas artis bellicæ instituta ferunt, pretermisissem, vt ab hoste mihi meisque totque bonis viris adeo infesto, me quouis modo liberatem. In summa testor coram Deo Angelisque suis, me nihil præterea mandasse, quam quod scriptis istis meis indicaui. Si quis vero amplius aliquid desideret, is me ipsum consulat, & ad respondendum me habebit promptissimum atque paratissimum.

[...]terarum [...]miralij [...]iloquia.

Regina interim Galliæ ante mortem Guisij, ac quidem cum iamiam à Poltrotio tribus, vt paulo ante recensuimus, sclopeti globulis traiectus esset, Heinricum Oisellum & Lemouicum Episcopum ad Condæi vxorem & Andelotium non vna dumtaxat vice ablegauit, vt de pacis conditioni-

[Re]gina [Fr]anciæ ad [Ch]risto-[...]orum [W]irtem-[ber]gicum [li]teræ.

bus

bus inter se inuicem transigerent: Guisio vero mortuo cum Regina pacem rursum summopere vrgeret, Condæi autem ac Momorantij partium Ducum potentiam vereretur, de externo Principe in Regnum Occidentalis Franciæ accersendo, qui res pacis ac belli tempore suo arbitrio moderaretur, consilium iniit: in illaque cogitatione iam hærenti, ante multos alios Germaniæ heroes imprimis dignum iudicauit Christophorum Principem Wirtembergicum, quem nec Lotaringis inuisum sciebat, nec protestantibus suspectum, vt qui in auxilia Condæo summissa non solummodo consensum, sed & insuper pecuniam contulisset: adhæc Principis istius moderatio ingenij Reginæ probe perspecta erat & cognita. Itaque Rascalonem, vtpote qui à Guisio, dum adhuc in viuis esset, aliquoties ad eum missus fuerat cum literis fiduciariis ad Christophorum ablegauit: Qui cum, Mense Martio, Stucardiam ad Illustrissimi istius Principis aulam peruenisset, mandata sua exponit, quorum summa potissimum erat: quod nimirum Rex vna cum Regina matre, cum Electori Palatino, tum ipsi Wirtembergico summas agerent gratias, nec vmquam beneficiorum in Regnum Galliæ, imprimis vero Francisco primo & Henrico eius nominis secundo Francorum Regibus, collatorum, sese fore immemores pollicerentur: Sed cum nunc Gallia, propter bella ciuilia & motus intestinos, adeo fracta ac debilitata siet, rogare sese itidem, vt ad pernoscendam tantorum malorum lernam, non dedignaretur coram ad eos 1563.

venire

1563. venire & præſens cognoſcere qui nam iſtorũ motuum auctores cenſeātur: qui apud proceres Germaniæ, per colorem fictitium vel diſſimulati, vel contra ipſam veritatis normam, aliter quam oportuit, delati fuiſſent: Si vero in Franciam venire recuſaret, ſaltem ad limitem Campaniæ vſq; ſe conferret, ad quem ipſum ſibi deſtinatum locum Regina ipſa quoque ſe ſit receptura: Cum vero cauſas iſtorum Regiorum mandatorũ, præter omnem ſpem & expectationem ſibi allatorum, Wirtembergicus exquireret: nihil aliud Raſcalo reſpondit: niſi quod per obitum Regis Nauarræi, & cædem, paulo poſt, in Guiſio perpetratam, omnis Regni totius adminiſtratio ad Reginam deuoluta ſit, nec ipſam, etiã in vniuerſo Regno Gallico, quemquam dignitate atq; auctoritate magis pollentem reperire poſſe cui Regij ſubditi parituri eſſent: (quippe qui & iura dominis & tributa Regi debita perſoluere nollent) iccirco ſe rogare illum, vt cum tribus equitum ac peditum Germanorum millibus in Galliam venire haud dedignaretur: idque potiſſimum eo fine, vt modo dictæ copiæ, ſuo ſub imperio, Regiis ſumptibus militent, nec in dubium trahat, quin opera ac ſtudio Reginæ, ſubditi Regij ſibi poſtmodum parituri ſint: aſt inferente Wirtembergico quod intellexerit, belli cauſas imprimis exinde fuiſſe ortas, quod edictum Ianuarij minime ſeruaretur, & mortuis iam illud violantibus, totius negotij molem facilime componi poſſe: ideque etiam conſultum eſſe, vt Cæſar rogatus partes ac auctoritatẽ ſuam interponeret, qua de cauſa ſeipſum in vltimis comitiis feciſſe mentionem; Aſcalo re-

Wirtembergicus cauſam Regiorum mandatorum explorat.

ſpondit,

spondit, alias causas hic subesse, idque ex eo potissimum deprehendi posse, quod Condæani (quamuis edictum istud denuo confirmatum & nouis insuper capitibus auctum esset) arma minime deponerent: cæterum summopere Regem ac Reginam ipsius aduentum expetere, atque in mandatis habere vt (si modo itineri Gallico se vellet committere) pecunia ista, quæ Diuioduri Mediomatricum ad delectus Grumbachij esset deposita, in ipsius viaticum expenderetur, & quamprimũ cum mandatis Regis ac Reginæ manu, ex consilij sententia subscriptis, ad eum veniret; sin minus saltem Diuiodurum aut Barrum Ducis vsq; progrederetur, & vna secum Fridericum Electorem Palatinum, Wolffgangum Principem Bipontinum, Guilielmum Hassiæ Landgrauium & Carolum Marchionem Badensem adduceret, quo nam Regina & cũ illa præcipui ex consilio proceres, se propediem recipere vellet. Sed cum à Wirtembergico suisque consiliariis propositæ rationes, per quatriduum, vltro citroque agitatæ fuissent: tamdem loco responsionis Regi Reginæq; agit gratias, vicem Regni se dolore dicẽs, pro cuius incolumitate ac tranquillitate, seipsum noctu ac interdiu, assiduas ad Deum Ter Opt. Max. preces fundere, suisque, vt idem publice faciant, serio imperare: tum prouinciam, quæ iam modo sibi à Legato Regio, iussu ac voluntate Regis ac Reginæ fuisset imposita, tamquam tanto Atlanti impar Hercules, deprecatur, & propter profectionem in Regnum Galliæ, eiusque limitem se excusat: cæterum se ita existimare, Condæum eiusdemue asseclas arma, contra edicto-

rum

1563.

VVirtembergici a postulat. Regia re[illegible] lutio.

1563. rum Regioru violatores, nec quempiam in alium finem, sumpsisse: consultius itaq; facturā Reginam si ad auertendam Dei iram, prouideat, vt diuinus cultus ab omni errore ac superstitione vacuus, purus in toto Regno constituatur, causę offensionum vtrimque tollerentur, & demum fidei confessio (ad imitationem Augustanæ confessionis) in eodem Regno Galliç ederetur, vbi absq; vllo dubio, quemadmodum & in Germania, pax & tranquillitas in Regno subsecuturæ sint propediem.

Rex Franciæ maiorennis declaratur, & Pontificij Religionem Reformatorum euertere conantur.

Circa idem ferme tempus Rex Gallorum, ex summorum consiliorum siue Parlamentorum, vti vocant, sententia, postquam decimum quartū ętatis annum ingressus esset, MAIORENNIS declaratus est; quamuis antea, secundum statuta Gallica, inauguratus & coronatus fuisset. Ita & Regni Ordinum rationes, quibus Regibus adhuc minorennibus prouidetur & vicarius Regni custos opportune tum temporis exclusus, propter fœdus illud ineundum, nouasq; turbas exsuscitandas, quarum decreta absque præiudicio & auctoritate ordinum minime fieri poterant. Exacerbatis autem plerorumque Regni optimatum & procerum, aduersus Reformatam Religionem, animis, nihilominus tamen nequicquam per apertā vim, auctoritate priuata, aggredi audebant, nec sane, pro ratione illorum temporum, facile poterant. Itaq; Cardinalis Lotharenus hoc ingenioso cōmento vtebatur, ne videlicet quisquam edicto Regio temere vel aperte insultaret, vsq; dum fœderis sanciendi tēpus aduenisset, edictique, de Regis voluntate, plane euertendi pessumdandique, interea animis populi infigeretur:

geretur: minime perpetuum illud esse, pro Religione, Edictum, sed ad temp⁹ dumtaxat promulgatum, donec Regni, ad vnam eandemq; Religionis formam, reuocandi facultas tribueretur, Rexque vna cum fratre suo germano, maxime aduersus Reformatam Religionem inflammaretur, aptęque ad huiusmodi inuenticula, rationes applicarentur. Et palam eodē tempore dicebatur, Regē Reginamq; omnino velle vt Edictū istud passim & ab omnibus obseruaretur, & frequentibus id aulicorum hominum sermonibus indies quoq; spargebatur: Sed interim, studio & opera Cardinalis Lothareni & ipsi⁹ etiam Reginæ, idoneis ad operas istas præstandas hominibus, secreta dabantur mandata, ne vererentur Edictum iis in rebus (quarum efficiendarū occasiones præberentur) violare: si quæ à Reformatis de se, contra Edicti Regij præscriptū, violatis, querelæ deferrentur (deferebantur autem earumdem frequentissimæ & ferme indies) tamdem data Reformatis, iniurias suas conquerentibus, loquendi copia, respondebatur: Regis esse voluntatem ac sententiam, vt suum istud DE RELIGIONE DECRETUM, vbique sartum tectumque conseruetur, & is qui illius violati reus comperiretur, seuere puniatur: Sed viderent ipsi, ne qui de acceptis iniuriis conquererentur, Edictum violarint, dum alios calumniose criminarentur. Itaque maxima fere pars conquerentium, minis perterrebatur, plurimi etiam in vincula coniiciebantur, tamquam falsarum accusationum & seditiosarum turbarum auctores extitissent. At nihil attinet, istarum rerum particularia hic exempla vt

1563

Cardin. Lothare. & Regi. astutia.

recen-

1563. recenseam, cum illud iustæ historiæ sit munus, non autem nostri instituti, dum circa breues historiarum commentarios colligendos dumtaxat sumus occupati. Vrgentibus autem Reformatorum hominum delegatis, vt quæstio haberetur, cum id impetratum fuisset, en subito ingeniosi & exquisiti homines ad inuestigationes illas suscipiendas adhibebantur, resque ita agebatur, vt noua commenta, ad veritatem inuoluendam obiicerentur: vt vel omnino falsum à Reformatis, aut certe non ita verum: at implicatis perspicua culpa Pontificiis, intexebantur causę speciosæ, quę eos, ad illa efficienda legitime compulisse demonstrarent. Itaq; grandiores facinorum culpæ, etiam violatis Reformatis, aduersus ipsos deriuabantur, atque inde occasiones quærebantur nectebanturque interpretandi explicandique, ex Pontificiorum sententia, Edicti: male ita mulctatis indies magis ac magis Reformatis, populi studiis & factionibus, ista impunitate scelerum ferocioris atque insolentioris.

Condæus de violato Regio edicto conqueritur.

Violato sic hunc, vt diximus, in modum Edicto Regio & ipsis Reformatę Religionis cultoribus, illi continuis precibus apud Condæum instabant: qui tamdem permotus, apud Regem Reginamque hac de causa vehementissime conquerebatur: at sententia Regiæ voluntatis in explicando intelligendoq; edicto isto, subinde Reformatorum querelis, opponebatur: & quo testatior illa esset cum Regij, tum senatus Parisini consiliarij selectiores, ex mandato Regio Lutetiam citantur: & penes hosce etiam ipse Condæus, nonnullis proceribus & viris nobilibus, Reformatorum Religionem

ample-

implectentibus, comitatus, ad conuentum istum vocabatur. Quo cum à singulis peruentum esset, à singulis quoque suæ dictæ sunt sententiæ, verum cum Pontificiorum numero reliquis præualerent, Regium ob id Rescriptum fuit côditum, quo Edicti istius Regij interpretatio, iussu & nomine Regis hunc fere in modum cauebatur: Quod videlicet Rex, iis motibus qui Regnum suũ varie concussissent, perlato hac de causa Edicto, prouidere conatus esset, quo illis ipsis suis subditis, Reformatę Religioni addictis, illius exercendæ facultas concederetur: vt itaque illud fixum ratumque apud omnes fiet, ideo se illud ipsum iam velle ac iubere: suumq; nimirum animum illum fuisse animũ, vt pacis tranquillitatisq; bono accõmodo subditis illis suis rem eam condonaret: quam eadẽ illa ratione polliceatur fide Regia, quantum & quandiu expedierit, cõseruandam. Siquidem se nosse quantam habeat à Deo auctoritatẽ, qua ẽt moderate ac sancte vti velit ad commodum ac emolumentũ suorum subditorum: cuius cum vnicam habeat, post Dei gloriam, rationẽ, ideo ẽt vnice se habere in votis, vt illa, edicti illius sui beneficio, promoueatur. Itaq; cũ agnouerit quædam in illo edicto suo Regio generatim contineri, q̃ vel male intellecta, vel perperam vsurpata præbuissent iam causas perturbationum, ita vt maiorum turbarum occasiones, & pericula (nisi mature isti malo occurratur, id quod iam depellendum sibi in animum omnino duxisse) videantur obiicere: itaq; his de causis fuisse permotum & ob id voluisse, vt omnium suorum subditorum querelis, quantum quidem in se esset, satisfaceret, perspi-

1565.

Edicti Regij in gratiam Reformatorum promulgati, interpretatio.

1563. Quod certę adiunctum fuisse perspicuum erat, in nonnullorum Parisinorum senatorum nobiliumq; Patronorum & virorum etiam aliorum inlustrium odium atq; inuidiã, vt hac ratione Lutetia relicta, alio emigrarent. Atq; quarto edicti capite, OMNIBVS vbiq; domi pacate viuendi, nullo, propter Religionis conscientięq; vsum, creato illatoq; periculo, facultas tribuebatur, seueraq; exceptione arctabatur: eo numero minime cẽseri eos easue qui monasteriorum cœnobiis, superiorum motuum tempore aut post eosdem sedatos exiissent: quibus aut ad eadem illa cœnobia regredi, aut Regni finibus excedere, si coniugium iniissent, diuertere iubebatur. Ita consulebatur (maiorum tamen incommodorum iniuria & fraude) multis familiis, è quibus filij filiæq; in monasteriorũ cœtus olim detrusi, inde egressi erant, puriore donati veritatis cognitione: tunc vero è patrimoniis ius suum repetebant. At ista exceptione oĩs actionis facultas eis eripiebatur, aut in monasteria rursum cõiectis, aut è Regni finibus abire coactis. Et præbebantur quoque grauiũ, hoc modo, iniuriarũ, occasiones; exemplo memorię detestandæ ab Anuillio edito, aduersus Mutonium verbi diuini ministrũ q; facinus huius interpretationis ꝑtextu contegebatur. Religionis item administratio, q̃ cõmuni vocabulo concedebatur, iniecta hac noua interpretatione, diminuta est: *Ne cui nisi indigenæ*, id est è regni Gallici prouinciis oriundo: *liceret fasue esset ministerium Religionis exercere*. Priuatę hoc modo fuerunt suis doctoribus nonnullę Ecclesię: & Lugdunensis quidem Ecclesia Petro Vireto: qui ad frequentissimam illam vr-

Petrus Viretus Ec-

bem celebrem operam Euangelio seminando prębebat. Ille prima vice Orengium se recipit: postea vero, Reginæ Nauarrę mandato Beatnum venit, vt Ecclesias ibidem partim confirmaret, partim nouas constitueret. 1563. clesia Lugdunensis minister, vrbe excedit.

Cum itaq; hæc interpretationis formula perlata ac publico scripto significata fuisset, latam edicto ruinam (voluntate etiam Regia testata) patefactam esse Pontificij irridebant, temporariiq; edicti ad breuissimum tempus vltimæ internecioni diem dicebant, iocabundi minabundique: substratoq; isto aditu, nouas violationes indies comminiscebatur impunitas. Et tentantur nouæ viæ, Condæus nimirum vt à Religione Reformata abduceretur. Successerat Cardinali Lothareno prius illud erga Regem Nauarræum commentum, idemque erga Condæum placebat, existimanti easdem fore per vias solicitandi peruincendique Condæi rationes, quibus olim Nauarræus fuisset expugnatus, Reginæ idem animus & ad illud moliendum paratissimus, & maximæ ad efficiendum rationes adesse videbantur. Facile Condæo ingeniũ pacisq; amans, & superiorum bellorum summa satietas: deq; pace colenda singulariter studiosus, turbas omnino detestabatur: frequens ergo ad aulam, Regi Reginæq; familiaris, infrequentius vero, in Condæi gratiam Guisij aulam adibãt & minus familiares apud Reginam esse videbantur. Ita nullis rationibus ac artibus, imo nullis commentis parcebatur. Regina frequenter peramanterq; apud Condæum testari de sua erga illum voluntate, & eam erga ipsum quidem per se pronam, & Regis item suamq; maxime Condæus à Pontificiis ad defectionem sollicitatur.

1563. esse & fore voluntarem, Principes consanguineos suo loco habendos & colendos & erga ipsum, peculiariter Condeū singulares esse causas, cur maior arctiorq; intercedat sibi cum illo amicitia atq; coniunctio: nec existimaret quicquā vnquam potuisse interturbare veri & genuini amoris erga illū sui studium: tantū ipse videat officio suo ne desit, occasionesq; omittat, quæ ad suam suorumq; vtilitatē splendoremq; promouēdum atq; amplificandum præbeantur. Et multa intexebantur, qualia aulicæ artes fœminæ disertæ & astutæ copiose suppeditabant: addebantur præterea particulariores pollicitationes, vetusq; illud de Sardiniæ insulæ cōmentum, quod & Regi Nauarræo frequenter propositum olim erat; Condæo item, à Regina, quasi Hispaniarum Regis nomine, reponebatur. Et ne verbis tantum videretur res agi, donis nec apud Condæum, nec apud ipsius liberos parcebatur. Matrimoniorum quoq; artes, vt necessaria cōiunctio copularetur tētatæ. Marescallo Santandræo ad Druidēsem aciem interfecto, ditissimo locupletissimoq; viro, vnica supererat filia, hæres amplissimarum illarum facultatum: hanc ætate prope nubili puellam Condæi filio natu maiori, Duci Anguieno, despondere satagebat Regina, vehementissimo viduæ Marescallæ matris ad hanc rem, studio. Non quidem par vtrimq; generis dignitas & splendor, at ex Marescallæ parte valde superabant diuitiarum copiæ, contrahendorum in hoc aureo seculo, efficacius fere auspicium: Nec alienissimum ad hāc rem se ferebat Condæus: familiariterq; & mutuis inter se officiis certare cepit, adeo vt Marescalla fundi

[...]gina fi[...]am inter[...]cti Mare[...]alli San[...]ndræani, [...]io Condæi [...]care co[...]tur.

Vale-

Valeriani, fructuosissimi & ornatissimi loci ius & possessionem, cōsentiente ac probante illud etiam Regina, Condęo condonaret: ergo matrimonij illius maxima tum temporis erat expectatio, & Condæus in aula visebatur frequentior: atque vt hominum animi à laborib. ad libidines, per prauas consuetudines proni, muliercularum amorib. (præter Reformatæ Religionis institutum bonosq; mores) liberius indulgere, talesq; illecebras licētiosius indies assumēs & vxoris fœminę lectissimę, è Royensi familia, negligentior, ac erga Religionē Reformatam remissior omnino videbatur, non sine ingenti Reformatorum dolore, & econtra, maxima Pontificiorum voluptate existimantium, fratris Nauarræi vestigia Condæum secuturum. 1563.

Hoc tempore Pamiesus (oppidum est satis frequens, ad Pyrenæorum illam partē quę Comitatus Foxij appellatur) belli tēpore adhuc tenebatur: at cum facta pace, Anuillius ad Olcinam profectus, hostilib. præsidiis vrbes defatigaret, Pamieseni, ex alienis incommodis sua presagientes, Anuilliū per literas rogarūt, vt præsidiis nequicquā premerentur, cùm nec ita vllo modo opus esset, sibi ad omnia ipsius mandata, & ad pacem quidē sanctè colendā, paratissimis futuris. Anuillius vehemētius vrgebat vrbisq; consulib. grauissime imperat vt cœpto desisterēt, fore alioqui, vt ipsi oppidanorū facinus suo luāt capite. Itaq; illi territi Anuillio, se paratissimos demonstrant obire oīa illa q̄ imperaturus sit, populumq; in summa cœtus frequentia grauiter obiurgant: populus aūt contra obtestatur, præter omne ius & æquitatē, imo ꝓpter ipsā pacis formulā illud

Anuillius Pamiesum oppidum miserum in modum crudeliter vastat.

1563. fieri, seq; potius apud Regem præsidis conquesturos iniurias, nec vmquam se præsidis irati libidini suas res, vxores, liberos ita condonaturos. At verbis vltro citroque agitatis, vehementior inter populum consulesque oboritur contentio: consules à populo tumultuosius propelluntur: vrbsq; à populo continuo munitur, præsidioque Anuilliano negatur aditus. Cum autem hanc populi Pamesiani contumaciam Anuillius apud Regem conquestus fuisset, à Rege ad oppidanos grauiter mulctandos ac præsidium in vrbem imponendum mandata accipit. Quocirca cum Rambullietus ad vrbem venisset, illico ab oppidanis intromissus & acceptus est, hac cum protestatione non id rebellandi gratia se fecisse velle se Regi tamquam summo Domino & Anuillio ipsius præfecto, parere: consulum suorum importuna vehementia contigisse, vt populus incommodorum suorum metu perturbatior, irreuerentius cum ipsis ageret: at sese liberos fortunasq; suas libenter Regis voluntati condonare. Ita missus in vrbem Rambullietus, Anuillium de oppidanorum voluntate monet, itaque Anuillius cum aliquot equitum peditumque turmis eo venit vrbemque ingressus & à ciuibus reuerenter exceptus, continuo cum illis hostiliter agit, omnibus priuilegiis vrbem exauctorat, mœnia diruit, ciues nobiliores varie multat, nonnullos capite plectit, Tachardum Ecclesiæ ministrum in crucem tolli iubet: ciuium fortunas prædam militibus facit, in matronas puellasque impune laxatur furiosus miles: ciuium ad octingentos vrbe pelluntur, vrbeq; vastata, maxima quoq; incolarum parte vastatur.

In

In Italia hoc anno magis à motibus cessatum est quam quietæ res omnino fuerũt. Genuenses enim Finalium, quod ad S. R. Imperij iurisdictionem pertinet, in Liguria Carrectæ familiæ oppidum, ad id votis & ope oppidanorum adiuti, qui Dominorum suorum pertæsi ad Genuensis Reipublicæ patrocinium aspirabant. Quocirca cum Alphonsus Finalii Marchio hac de re sæpissimè apud Cæsarem conquestus fuisset, ac paulo post Genuensibus litem mouisset, tamdem Cæsar Alphonsi causam iustam pronunciauit, & Genuenses, ad restituendas Marchioni expensas, condemnauit: verum Genuensibus non parentibus, nec missum à Cæsare fæcialem ad componendas Genuensium cum Alphonso lites audientibus, res ista mox ob Genuensium duram ceruicem siue contumaciam, ad apertum bellum prorupisset; sed cum interuentu Philippi Finalium, (licet oppidanis inuitis) Marchioni restitueretur, Genuenses Cæsari reconciliati sunt, sed hos non minor cura angebat de Corsica, in qua Sanpetrus Ornanus Corsus homo ferox otiiquè impatiens, sequaces vltimis bellis suis, ad defectionem per emissarios suos inuitabat, nec fucus verbis ipsius defuit, exemplum suum inde ostentantis, qui post pacificationem bonis non restitueretur, & inde metum à Genuensibus intentantis, qui odio irreconciliabili aduersus Gallicas partes sequentes, incensi, ipsos tamquam suspectos aut Insula expellere aut omnino è medio tollere, sibi in animum induxerant: is vero cum viribus Gallicis nequaquam confideret, primo cum Pontifice Maximo, postmodum autem cũ Cosmo

1563. Rerum Italicarum compendiosa descriptio.

1563. clanculum egerat, fidemque operamque suam ad Corsicam occupandam, sponte sua obtulerat: Paulo post, ne ab incæptis prorsus desistere videretur, ad externa auxilia imploranda, etiam in Africam ad Dragutem se receperat, cuius consilio Constātinopolim profectus, ibidemque eodem de negotio cum Purpuratis tractauerat allatis ad eos Regis Nauarræi, dum adhuc viueret, litteris, quod Genuenses de Italiæ principibus temere à Corso rogatis securos male admodum habuit, verebantur enim Nauarræū, cui de traditione Regni Sardiniæ spes facta fuerat, ob viciniæ commoditatem oculos in Corsicā coniecturum & opes Gallicas, (quas tamquam Regni præses penes se habebat,) cum Turcis crudelissimis atque infensissimis Christiani nominis hostibus coniuncturum: verum cum Nauarræus iam iam in viuis esse desiisset, omnis etiam Turcicorum auxiliorum spes Corso adempta est. Omissis itaque peregrinis auxiliis, Corsus suis innixus viribus ac ad assectarum potentiam conuersus, periculosissimum, sibi ipsi tamen exitiabile, bellum in Corsica excitauit.

urca O-num ustrā ob-lent.

Toto quoque mari mediterraneo, hoc ipso tēpore, trepidatum est ad famam obsidendi à Turcis Orani: Quocirca Rex Algeriæ, cladis ante triennium à Christianis acceptæ haud immemor, Oranum Coloniam Hispanorum, in ora Africæ è regione nouæ Carthaginis sitam, & circumiacentes ditiones quotidianis Præsidiariorum excursionibus infestauit, coniunctisque cum Dragute consi-

liis

liis ac viribus, filium cum viginti octo triremibus 1563.
ac aliis insuper nauibus & terrestribus Maurorum ac Turcorum copiis illuc ablegauit, qui positis ad Marzachebirum primis castris, arcem quamdam, ab Hispanis ad suorum commoditatem exstructa & firmo præsidio munitam, subito aggrediuntur: sed cum obsessi aliquot dierum interuallo strenuè se defendissent, postremo propugnaculis decussis, nocte castello excedunt, & in oppidum se recipiunt, quod & hostis eodem impetu hostiliter adoritur, insulaque octingentorum militum præsidio munita, ad intercludendos ea parte auxiliorum aditus, pulsationem diuersis partibus instituunt: Sed cum obsessis plærisque locis ruina benè vertisset, & præsidiarii hostiles impetus aliquoties fortiter sustinuissent, hostem repulissent & intus murum, transuerso aggere vtrimq; firmatum, duxissent solumque excauassent, eo fiebat vt muro ac cauis latentes minus ad tormentorum ictus aperti essent, ita, vt obsidionem tantisper protraherent, donec auxilia in tempore maturarentur, quæ etiam opportunè admodum, Duce Francisco Mendoza, aduenerunt: Verum cum Ioannes Andreas Auria classis maritimæ præfectus celeberrimus, Mendozæ coniungeretur cum Neapoli veniens ad Barcinonem excensionem fecisset, ægrè Auria eius tulit imperium, quod sibi deberi putabat: Sed cum Rex Hispaniarum Philippus, ad quem ille celerrimis itineribus se receperat, factum excusaret, quod videlicet instans & præsentissimum Orani periculum, cuius salus in sola celeritate sita

Simultates inter Auriam classis præfectum & Mendozam.

esset,

1565. esset, Mendozam quem præsto haberet, deligendi necessitatem imposuisset, cũ Auriæ ex Italia reditus serior existimaretur, ideo Auria excusationem istam, quam omnis fuci expertem esse iudicabat, acceptauit: ea tamen lege ac conditione, vt absque vllo honoris titulo, tamquam in voluntaria *militia*, operam in expeditione ista nauaret. Itaque triremium administratio Pagano fratri, ex Regis Hispaniæ consensu, tradita fuit, ad quem Regis mandata deferebantur. Inde ambo Carthaginem nouam, sub specie concordiæ, tendunt, nihilominus tamen animis, ob recentem offensionem, aliquomodo exulceratis, cum Mendoza sibi controuersiam de imperio motam indignaretur, Auria verò dignitatem suam imminutam doleret: quod in causa fuit, vt pulchra rei benè gerendæ occasio è manibus erepta sit: nam cum duorum dierum nauigatione secunda vsi fuissent, & ad conspectum montis, cui Oranum subest, peruenissent: Mendoza statim refixis malis vela demittenda imperat, ne procul ab hoste conspiceretur: id quod tamen Auria recusabat, idque sine ratione & ante tempus fieri contendebat: ita intermisso cursu & sequenti nocte qua iter inchoatum persecuti sunt, mutata nauigatione accidit, vt prima exoriente luce duodecim ab Orano milliaribus abessent: vnde ab alto conspecti tempus idoneum præcipiendæ fugæ Mauris dederũt, quos si ex improuiso depulissent, ad componenda armamenta, seque ad præsentem nauigationem aptandos, haudquaquam satis temporis habuissent. Ita classe præcipiti fuga dilapsa, terrestres copiæ ac castris per summam trepidatio-

nem

nem incensis, nonnullisque machinis, partim re- 1563.
lictis, partim corruptis vel submersis ab obsidione,
re infecta, discesserunt. Hinc Christiani, ex man-
dato Philippi Regis Pignonium arcem oppidi in
Africa, (quod Velecia vulgo nuncupatur,) in sco-
pulo sitam, quæque infame ac tutum erat pirata-
rum receptaculum, ex quo illi in circumiecta ma-
ria excurrentes, assiduis prædis siue latrociniis, lit-
tora Hispaniæ infestabant; interdum etiam fre-
tum Herculeum prætervecti commeatus ex India
venientes intercipiebant magno non solum incõ-
modo ac detrimento, verum etiam pudendo pro-
bro Hispani nominis: ad ea incitabantur Petri
Vanegæ Melillæ, præfecti vrbis, qui per duos loci
præsidiarios à se corruptos rem confici posse, con-
firmabat. Quod cum Sanctius Læua in Mendozæ
locum, ex morbo decumbentis suffectus tentasset,
classe noctu ad Promontorium cum scalis summo
silẽtio appulsa Christiani nõ à desertoribus, vti spe-
rauerant, ast vice versa tormentorum ictibus ex-
cepti & conatus eorum hoc anno fuit irritus.

Pignonium arx piratarum temerè ab Hispanis tentatur.

Non multo ante Mediolani magnorum mo-
tuum principium factum est, serpente ob viciniã
ex Gallia per Allobroges & inde trans Alpes in
Saluciæ principatum nouarum de Religione opi-
nionum contagie. Sabaudus, qui bellum Conual-
lense ob eam causam infeliciter ante triennium
susceptum vtrumque composuerat, malum quod
à bello & violentia vires sumebat, pace ac patien-
tia frangendum esse sibi persuaserat, quo in con-
silio dum perseuerat: ex subalpina Regione, in qua
clam Protestantes tolerabantur, in Insubres ea-

Tumultus Mediolanensis propter inquisitionem.

dem

1563. dem facilitate malum sensim manauit: cui cũ mox in ipso nascendi initio seueritate occurrendũ existimarent Hispani; ad idque lucri ingentis & emolumenti consequendi spe incitarentur: Rex Hispaniarum, summissis precibus à Pio Quarto Pontifice Maximo efflagitabat, vt ex potestate sue auctoritate Pontificia iurisdictionem inquisitionis Mediolani sicuti & in Hispania instituere dignaretur, Quocirca cum de negotio isto in Consistorio aliquandiu deliberatum fuisset, & Cardinalium maior numerus de non admittẽdo iure inquisitionis, sententias suas dixisset, Pontifex, quamuis id animo inuito faceret, vt in ciues Mediolanenses, (à q. bus suam trahebat originẽ,) grauius quicq̃ statueret; tamen cum Philippo Regi instanti ac roganti, id commodè negare haud posset, tandem ex consilio Pii Carpensis concessit, confecto ea de re diplomate, de quo, vbi fama petitionis concessæ innotuisset, mirari non potest quantum omnium animi, prima vice ad rem istam consternati & mox inde commoti & exasperati fuerint: parum siquidem abfuit, quin non similes tumultus, quales ante aliquot annos Neapoli, sub Petro Tolosano excitarant, exorti quoque Mediolani fuissent. Quod cum videret Ferdinandus Consaluus Cordubensis Suessiæ Dux, qui (post discessum è Prouincia Piscarii marchionis,) præfecturam Insubriæ nactus fuerat, ne Magistratus sui primordia, pari seditionis ac tumultuum intestinorum exemplo contaminarẽtur, apud Philippum Regem & Summum Pontificem, per delegatos ciues suos obtinuit, vt consilium istud de instauranda Mediolani iurisdictione

inqui-

inquisitionis Hispanicæ, tamquam Reipublicæ, paci ac tranquillitati publicæ noxiũ intermitteretur. 1563.

Hæc dum in Africa & Italia geruntur, noui bellorum tumultus in Germania nostra quoque exarserunt. Guilielmus enim Grumbachius, cum propter damna quæ in bello publico, Anno huius seculi Quinquagesimo Secundo, Alberti Ducis Brandeburgici auspiciis, contra Melchiorem Zobelium Antistitem Herbipolensem suscepto, eidem Episcopo intulerat; proscriptus bonisque suis ob id spoliatus fuisset, nec eadem, etiam interuentu ac intercessione summorum principum, recuperare potuisset, & occiso, vt diximus, Episcopo, in necis eiusdem suspicionem incurrisset, diuque ob id vagabundi instar, Germaniam variè perambulasset, tamdem vagæ vitæ pertæsus scelus iam admissum, nouo crimine cumulare, & quod precibus à VVirceburgensibus antea impetrare haud poterat, id insigni quopiam facinore ab iisdem vi extorquere apud se constituit. Itaque postquam sexcentos militum equites, totidemque insuper pedites summa celeritate atque agilitate conscripsisset, iisdemque (quamuis cui militaturi essent insciis,) ad Sinnum fluuium, locum & diem condixisset: die constituta cum suis ex agro Coburgensi progreditur, & Richardum de Keeren, Cathedralis Ecclesiæ VVirceburgicæ Prælatum & Præpositum, ad Vestervvinkelum cœnobium, haud longè à Vilhusio oppido situm, intercipit, ac inde summo mane ad Mœnum, fani Burchardi arcem præterfluentem, rectà tendit, ibique vnoquoque equite peditem in tergum assumente,

Guilielmus à Grumbach, VVceburgum Orientali Francia oppidum capit.

vadum

1563. vadum fluminis à piscatoribus præmonstratum, transmittit: cumque Wirceburgensis oppidi portam, (quam macellariam nuncupant,) adhuc occlusam reperisset: ad alteram, nimirum piscatoriam, illico se contulit, illamque malè custoditam reperit & eamdem per sese satis debilem, ferrulis in vsum huncallatis, reserat ac aperit: qua aperta magno impetu irruens, quatuor in locis, ad quæ ciues, de more consueto concurrere nouerat, singula equitum ac peditum signa locat: Quo facto & ciuibus exinde conueniendi facultate ex manibus quasi prærepta, statim ciues voce præconis, præmisso prius turbarum clangore, admonere iussit, ne latum quidem vnguem ex domiciliis suis procederent, siquidem sibi cum vniuerso clero, nec cum minimo quidem ciue, esse negotium: itaque ex numero ciuium duodecim dumtaxat, qui, spreto edicto, incendium vrbis metuentes, foras ad tumultum se proripuerant, interfecti & interempti sunt: miles autem eius ad meridiem vsque, ieiuno stomacho famem tolerare coactus fuit: hinc portæ vrbis præsidio firmatæ & arma ciuibus erepta sunt, quibus suos iisdem haud minus instructos milites Grumbachius armauit: post Quatuor viris vrbis præfectis imperauit, vt nequicquam litem hancce suam facerent, multo minus huic negotio sese vllo modo implicarent; rem enim istam non ipsos, nec ciues ipsorum fidei concreditos, sed solummodo attinere clericos, à quibus restitutionem bonorum, contra fas & æquitatem sibi ademptorum, peteret, quo facto nulli se vel minimum detrimentum illaturum, sed absque vlla in-

iuria rursum discessurum. Præfecti itaque post- quam hanc Grumbachii mentem percepissent, militi Grumbachiano, bona venia, permisere, vt quod quisque vellet hospitium sibi ipsi eligeret, atque in illud secederet. Itaque non solummodo priuatorum domicilia, verum etiam cœnobia tam virorum quam virginum, hostili prorsus modo, di- repta sunt, vbi potissimum in Canonicos ac cleri- cos sæuitum est, quorum concubinæ non solum inhumaniter tractatæ, sed etiam grauissimis tortu- ræ quæstionibus subiectæ sunt, vt ita ad detegenda & publicanda clericorum suorum flagitia, hoc pa- cto adigerentur. 1563.

In hoc ipso tumultu Episcopus, Fridericus Wirs- pergius nomine, in arcem se receperat, & paulo post ad Noricos tamquam profugus & ad com- modius ac tutius rerum suarum receptaculum, confugerat: Præsidiariis interim in Grumbachii militem quotidie ex arce fulminantibus: ast cum idem Grumbachius, tamquam moram Wirceбur- gi facturus esset, ad militem coercendum, patibu- lum siue crucem, pro prisca consuetudine militari, erigi, & metatores, nomina falsa seu fictitia, quasi venturorum adscribentes ad hospitia assignanda ædes circumambire mandasset, hac annexa clau- sula se (ni pareant,) non solum vrbem, sed & totam viciniam incendio vastaturum, librumque insuper proferret, quo Episcopi ac clericorũ flagitia atro- citer exagitabantur, illumque sese per typos publi- cos, euulgaturum minitaretur: Clerus sibi metuẽs, ne forsitan minis istis Grumbachianis facta quo-

Fridericus VVirsper- gius Epi- scopus Her- bipolensis, propter tu- multum Grumba- chianum ad Noricos confugit.

1563. *Transactio inter VVirceburgenses & Grumbachum.* quę corresponderent, tamdem quinto, post interruptionem, die in has conditiones consensere. 1. Vt bona paterna & hæreditaria per delegatos eidem restituerentur. 2. Ernesto Mandeslouio & Guilielmo Steynio summis belli ducibus ac amicis, de damnis bello Albertino, ab Episcopo *Herbipolensi* acceptis satisfiat, & illi quidem sex millia, huic vero decem talerorum millia dependantur, & ad instaurationem arcis Breytbachicæ omnis, ex nemore ac sylua Bambergica, materia suppeditaretur. 3. Conuentum vt memoria cædis in Melchiore Zobelio, Episcopo Wirceburgico, perpetratæ penitus aboleretur, neque de eadem in suspectos amplius inquireretur: litibus quæ in Camera Spirensi Imperiali & coram feudali iudicio Wirceburgico, contra Grumbachium penderent, omnino extinctis. 4. Richardus de Keeren, vbi de Redemptionis precio cum Iusto Zeduuicio conuenerit, dimittatur: additum postremo transactioni, vt si Cæsarea vel Regia Maiestas, vel quiuis alius, contra hanc pacificationem aliquid suscipere voluerit: Episcopus coram Cæsare, Camera Imperiali, fiscali & aliis Grumbachium ac complices suos defendere & indemnes præstare teneatur: atque adeo efficere, vt qualiscumque hæc transactio in omnibus confirmetur. Quo facto articulis hisce pacificationis octo nobiles loco Episcopi subscripsere: nomine Grumbachii vero Ernestus Mandeslouius cum Guilielmo Steynio. Ita Grumbachius persoluto militi, ex coacta ciuium pecunia, stipendio, victor ac triũphator VVirceburgo egreditur, dimissisq; copiis in arcem suam Hellingen-

sem

ſem ſe rurſum contulit: in qua non diu ſolido inde cõcepto gaudio fruiſci potuit: Ferdinandus enim Romanorũ Imperator, poſtquam omnem rei ſeriẽ percepiſſet, cumque ad S. Rom Imperii dignitatem conſeruandam, ſuam quoque auctoritatem ptinerẽ iudicaret, vt vis ac iniuria hac vice coërceretur, facti indignitate permotus, ratione officii omnia Herbipoli acta inter Grumbachium & Epiſcopum reſcidit, Grumbachiumque cum Steynio, Mandeslouio, Zedvuizio, Michaele Fuſtlino & Theodorico Pichtio, tamquam præcipuos belli iſtius Franconici Duces, proſcribit, proſcriptosq; per Imperium pronunciat, eo nimirum exitu, vt non diu, poſt ſententiam in reos contumaces latam, pœna eoſdem tardauerit. 1563.

Penes alios viros literatiſſimos, quos iniqua Parca paſſim in toto orbe terrarum ſuſtulit, minimè tacendus eſt Arnoldus Ferronus Iuriſconſultus & Senator Burdigalenſis, hic enim non ſolummodo leges patrias, quemadmodum bonum patriaq; peramantem ciuem decet, elegantiſſimis ac eruditiſſimis ſcriptis illuſtrauit, verum etiam hiſtoricam Gallicam, ſecundum Pauli Æmilii inſtitutũ, ad exceſſum Franciſci primi vſque proſecutus eſt: commendant illum inſuper non contemnenda ſcripta, puro & eleganti perquam ſtylo latinè ab ipſo edita, adeo vt non immerito, a Phœnice literatorum hocce noſtro tempore, Iulio nimirum Cæſare Scaligero Attici nomen iure reportarit. Cui in ſuperiore Germania eodem hocce anno morte ſua ſucceſſit Sebaſtianus Caſtalio, qui penes alias ingenii dotes quibus eximiè pollebat, et Biblia

Mors Arnoldi Ferroni Senatoris ac iuriſconſulti Burdigalenſis.

1563. vniuersa, puro, eleganti & perspicuo sermone cõuertit: Paulo post autem Henricus Glarcanus Heluetius, Poeta Laureatus & Musicus excellentissimus, summus quondam desi. Erasmi Roterodami amicus, annum ætatis agens septuagesimum quintum, fatis concessit Friburgi Brisgoiæ, de quo tale circumfertur elogium:

vide Germaniam Ægid. Periandri pag. 345

Clara sub Aonio splendebat Glarea fonte,
Hinc etiam Musis clarior vnda fluit.

Maximiliani in Regem Hungariæ coronatio.

Mense Septembri, postquam Ferdinandi Cæsaris filius Maximilianus, anno superiori in Regem Romanorum ac Bohemiæ, consentiente parente Ferdinando & Sacri Rom. Imperii electoribus, electus ac diademate Regio insignitus fuisset, in Regem quoque Hungariæ, in præsentia ac conspectu vxoris, Regiorum liberorum, Ferdinandi & Caroli fratrum Germanorum Archiducum Austriæ, Archiepiscopi Salisburgiensis, Episcopi Vratislauiensis, principum duorum Monstetbergicorum, Ducis Teschinii, Principis Plauensis, & multorum adhuc insuper Bohemicorum Hungaricorumque Procerum, officium peragente Episcopo Strigoniensi, coronatus est, vbi postero die Maria coniunx eamdem honoris dignitatem reportauit. Cũque inter diuersimodorum ludorum equestrium spectacula, pyramis ante tempus accenderetur, & ob id maxime etiam sortis ac conditionis homines læsi fuissent, tantus inter Italos ac Hungaros tumultus exortus est, vt ipsos etiam Imperator ad sedandum illum vix suffecerit. Eodem hocce tempore Elephas quidam eidem Maximiliano Roma-

[E]lephas [...]gensis.

norum

norum, Bohemiæ ac recens iam coronato Regi Hungariæ, muneris loco ex Hiſpania tramiſſus, in Belgio conſpectus eſt: cuius ſtatura octo pedum excedebat, quanquam annum nonum nondum attigiſſet: & adeo perdomitam & aſſuetam feram fuiſſe ferunt, ita vt etiam viris pariter ac mulieribus eleganti inflexione debitum honorem ſponte ſua deferre potuerit: Præter alia etiam eſculenta quamplurima, vini ſex vel ſeptem menſuras, vno hauſtu exſorbuiſſe.

1563. *ſimus Maximiliano ex Hiſpania, muneris loco, tramiſſus.*

1564.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER QVINTVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.

REx Galliæ vniuersum regnum suum ad dirimendas subditorum suorum querimonias obequitando perlustrat: Aurelianum & aliæ protestantium vrbes mænibus priuantur: Ducatus Aurelianus quo pacto regis fratri natu maioris ademptus fuerit: Rex Protestantibus exercitium religionis interdicit: Citadellam Lugduni extrui mandat. Rossillonæa edicti regii interpretatio: Protestantes Turoni grauissime persequuntur, & ipsorum Pastor in cathedra confoditur: Condæus de facta iniuria Protestantibus apud reginam conqueritur: Declaratio Rossillonæa à Condæo taxatur: Caussa cædium ac latrociniorum in Gallia impunitas: Tria mala Regni Francici: Rex Galliæ ad Condæi litteras respondet & obseruationem edicti pollicetur: Ferdinandus Cæsar ac reliqui Germaniæ proceres Daniæ & Sueciæ reges frustra re-

con-

conciliare conantur: Ferdinandus Cæsar moritur: Elsburgum à Sueco frustra obsidetur; Episcopus Naumburgensis cedit Augusto Electori Saxoniæ: Arnoldus Comes Bentheimensis religionem Catholicam abolet: Adolphus Dux Holsatiæ cum Christina Landgrauia Hassiæ nuptias celebrat: Guilhelmus Grumbachius scripto apologetico rem suam apud delegatos Cæsaris tueri conatur: Episcopi VVirceburgensis ad Grumbachii apologiam responsio: Rex Poloniæ vincit Moscouos; Heinrici Stuarti cum regina Scotiæ agit nuptias: Eas legatus Angliæ frustra impedire conatur: Heinricus Stuartus rex Scotiæ contra rebelles expeditionē suscipit: Rebelles Scoti in Angliam se recipiunt; Rizii potentia apud Reginam indies accrescit: Econtra auctoritas regis Scotici vilescit: Cocherannus è Latomo, Marriæ Cōmes factus bellum ciuile excitat: Rizius multis vulneribus confoditur: Ruuenus cædem in Rizio cōmissam apud Reginā excusat: Regina Scotiæ in percussores Rizii animaduertit: Tragicum exemplum fortunæ inconstantis: Noua regia edicta in Gallia: Cardinalis Lothareni armata expeditio ridiculoso exitu confunditur: Rex apud Massilienses magnificè excipitur: In Oscitaniam progreditur: Ioannæ reginæ Nauarreæ struuntur insidiæ: Monlucius à coniuratione Nauarrea se defendit: Cæsar ac Germaniæ Principes communionē sub vtraque specie & matrimonium sacerdotum à Pontifice efflagitant: Pontifex quibus rationibus matrimonium concesserit: An propter bona Ecclesiastica cælibatus retinendus sit, disputatio. 1564.

1564. *Regis Galliæ per vniuersum Regnum obequitatio.*

IN Gallia, hoc tempore, certò nuntiabatur, Regem vniuersum suũ Regnum perlustraturum, siue, vt populari vocabulo nuncupatur, obequitaturũ: Expeditionis autem istius Regiæ variæ causæ, variorumque opiniones spargebantur: Prætendebant enim q̃dã, q̃ nimirum necessum fiet & summa efflagitet necessitas, quod Rex oẽs vniuersi sui Regni fines ac prouincias perlustraret; vt hac vice subditorũ suorum querimonias ac grauamina nõ solũmodo p̃sens exaudiret, verum etiã, ad sanandos afflictorum exulceratorumq; animos, vtilia ac necessaria remedia adhiberet, suaq; denique præsentia oẽs confirmaret: E contra quidã asserebant, aliud fuisse secretiusque Reginæ consilium, id q̃ res postmodũ subsecutæ satis abunde demonstrarunt: affirmabatur insup à multis rerum istarum peritis: Rege adhuc illius instituti plane ignaro ac inscio fœdus illud sacrum, cuius prima quasi fundamenta & lapides in Concilio Tridentino iacti fuerant, cum Philippo Hispaniarum Rege fuisse confirmatum: ideoque etiam summam datam fuisse operam, vt Regis adhuc adolescentis animus, aduersus Reformatã Religionem amplectentes, incitaretur ac cõmoueretur, rebus p ciuitates ita constitutis, vt Protestantes frustra conqueri, & ipsos potius turbarũ auctores esse censerentur. Antequam autem regia ista expeditio in effectum deduceretur, ad vrbes illas, quas Protestantes belli tẽpore tenebant, Regium rescriptum mittitur, vt in iisdẽ propugnacula amolirentur; & quoniam Regi nihil sit antiquius magisque curæ, quam vt pacatis istis bellorũ motibus, omni-

bus

bus Regni ſui partibus, pax & tranquillitas reſti- 1564.
tuatur, ſeque omnes adeo turbarum occaſiones amouere voluiſſe ac ſtatuiſſe, vt illæ ipſæ munitiones, quæ ad tutandas ſiue defendendas vrbes ſuperiorum bellorum tempore, conditæ eſſent, dimouerentur, vt hoc pacto omnibus ſuis ſubditis, ſine vllius metu periculi, poſthac coleretur: cum nimirum ſua fides per edicta publice teſtata, omnibus pro munitiſſimo propugnaculo ſiue ſepimento eſſe merito debeat. Variis ergo in vrbibus, vtpote Aureliani, Montalbani, Valentiæ aliiſque maxime nobilioribus vrbibus, munimenta ſiue propugnacula diruuntur, quod ſane factum toti Regno maximum incommodum, vaſtitatē ac deſolationem peperit. Aurelianum igitur oppidum toti Regno opportuniſſimum & quidem extremis Regū Regnique temporibus, tunc nimirum maxime cum Caroli VII. tempore, Anglis longe lateque victoribus, tota Normania ipſaque etiam Lutetia, quæ totius Regni eſt Metropolis, circumiacentibuſque regionibus occupatis aut obſeſſis, Regnoque paſſim, ob hoſtium potentiam perturbato, ipſum ferme ſolum Aurelianum Regi totiq; adeo Regno, præſentiſſimum tutiſſimumq; fuit perfugium. Itaque vrbibus iſtis luctuoſa rebellionis inuruntur veſtigia, quoniam, vti iam modo recenſuimus, periculoſiſſimis Regni temporibus, bonam Regiorum ſubditorum partem conſeruarunt: Aureliano iccirco ad pagi faciem turpiſſime vaſtato, arx ad portam, Lutetiam verſus, exſtruitur, & ſeuero militum præſidio, ad coercendam perdomandamque vrbem, munitur: Religionis tamen exercitium mi-

Aurelianũ & alia proteſtantium vrbes mœnibus priuantur.

1564. nime illic immutabatur: nec mitius cum aliis protestãtium vrbibus actum est, quæ tamen belli tempore aduersus Pontificiorum hostiles impetus strenue ac fortiter admodum sese defenderant. De Reginæ Regiiq; consilij sententia, eodem hocce tempore, res magni ponderis ac momenti, inter Regem ipsiusq; fratrem, adolescentes adhuc ambos, constituuntur. Ducatus enim Aurelianorum, prisco quodam & hæreditario iure, in Galliis recepto, Regis fratri natu maiori tribuitur. At multis inter Regem ipsiusq; fratres controuersiis obortis, propter summas vrbis atque Regionis illius opportunitates, ideo è Regis Regniq; vsu fore visum fuit, si Ducatus iste Regis fratri adimeretur. Pacto igitur conuentioneque inter fratres Regios facta, Ducatus Aurelianus Heinrico fratri Regis eripitur, inque illius vicem Andium Ducatus, & summi per omnes Regni prouincias, Gallicique nominis Regiones Proregis titulus ei tribuitur, cum centum aureorum millium annuis reditibus, qui etiam ex eo tempore copiosissime sunt amplificati. Ita adempto, Regis fratri Ducatu Aureliano, mirum tamen in modum rursum, & locupletissime quidem, ditatus atq; recreatus est.

ucatus Aurelia. us quo pa o Regis atri natu aiori adeptus uerit.

Rex itaque perlustrandi Regni sui, vti in primordio huius nostri quinti libri commemorauimus, specie, Lutetia relicta, Trecas (quod nobilissimum Campaniæ est oppidum) primum proficiscitur, Lugduno, atque inde per Delphinatum, Prouinciam Occitanamque petiturus Baionam, Aquitaniæ vrbem ad mare vltimam Hispaniæque finitimam, sacri illius fœderis constituendi stabi-

x Regni i perlu- ationem orditur.

liendiq;

1564.

liendique causa, quæ generatim ac breuiter de toto istius Regiæ profectionis negotio (copiosiorem siquidē ac vberiorem suscepit istius itineris descriptionē, iustæ historiæ relinquim⁹, lectoremq; illius rei cupidū illuc ablegamus) hic attexuimus. Hinc Molinio Rex Lugdunū Pontificiorū consiliorū destinatā sedem venit: at consilia illa, diutius ibidem cōmorādi, pestis, tum tēporis in tam populosa vrbe grauissime sæuiens, impediuit: nec rumor tantū Reginā coegit, vt Regem alium in locū deduceret, sed pernicies domestica, postquam fœminā quandam ex suo comitatu, peste infectam ac mortuam, amisisset. Quapropter ad euitandā, luis istius pestiferæ, contagionem, Lugduno Rossillonem, familię Turnoniæ oppidū, se recipit, ibidemq; ædibus regio apparatu, magnificentissime instructis, Regali prorsus pompa excipitur. Verū cum adhuc Lugduni commoraretur, protestantib. interdixit vt ab exercitio Religionis, per illius præsentiam, prorsus abstinerent, condito hac occasione rescripto regio: *Vt qua Rex transiret, commune illud esset, ne videlicet Reformatorū Religio iis locis omnibus, quibus Regia Maiestas trāsitum suum sumeret & quamdiu ibi commoraretur, vel lisue Regiis ædibus posthac, exerceretur;* cuius causa addebatur: *Turbarum occasiones ne sererentur, Catholicorum hominū animis exacerbatis*. His adiuncta erat præfatio: *Id in ipso edicto fuisse omissum qui nihil hac interpretatione additū, Rex velit ab omnibus intelligi*. Et hoc pacto edicti nomen vsurpabatur, dum ipsissimum edictū in rei veritate pessundaretur. Decreto quoque Regio propugnaculū, (oppidanorū in officio retinendorū causa) in editiori vrbis parte ad Sanctibastiani collem, ędificari, præsidiumque, suffecto

Ob luem pestilentem Lugduno discedit.

Protestantibus exercitium Religionis interdictū.

Citadella Lugduni extruitur quādo, & id qua de causa.

1564. nouorum militum supplemento, amplificatum, & hac vice quoque protestantibus, nota rebellionis rursum manifeste inusta est.

Rossillonaa [e]dicti Regij interpretatio. Interea Rossilloni quoque noua conditur edicti interpretatio, & *Rossillonaa* nuncupatur *Declaratio*: in qua primum inlustris substernebatur præfatio: Esse nimirum Regis voluntatem, vt edictum de negotio Religionis vbiuis locorum totius Regni seuere coleretur, rei vero vehementer punirentur, & ex æquo omnibus ius redderetur: Regem hunc in finem Regnum suum inuisere, vt omnibus rerum confusionibus mature ac in tempore prospiciat: at quoniam intelligat, exercitium Religionis quotidie variarum contentionum ac querelarum causam præbere, iccirco & huic negotio quamprimum quam optime fieri posset, succurrere. Ac ne quid in ipsius edicti, suo mandato conditi, sententia, relinquatur ambigui ac omnibus innotescat sibi soli competere veram ac dilucidam suæ voluntatis edocere sententiam: ideo his, nec aliis, de caussis se fuisse permotum, articulorum nonnullorum controuersorum, planam ac genuinam explicationem scripto publico significare. Quod autem Nobilibus exercendæ suæ Religionis facultatem permitteret, id ita velit intellectum, vt sibi familiisque suis hoc tantum peculiare fiet beneficium, & suam hanc, in condendo edicto, fuisse mentem, demonstrare ipsam verborum formulam. Itaq; etiam Nobilitati suæ prohibet, ne quemquam istius beneficij faciat participem, nisi fuerit ex suorum subditorum numero: alioqui se in illos tamquam rebelles, pro ipsorũ merito, grauiter animaduersurum:

vetat

vetat etiam insuper ne protestantes, sub forma synodi, vspiam conuentus celebrent: nec pecunias, loco tributorum postulent vel exigant: qui secus fecerit, ex culpæ æstimatione suo luat corpore. 1564.
Quoniam vero complurimi, sacris Religiosorum cætuum ordinibus proculcatis, pristinam suam presbyterij vel Monachat⁹ quouis tempore vitam abdicarint & contempto Religiosę castitatis voto, ad nuptias sese præcipitauerint, ideo rigore carceris viris imponit, vt vxores relinquant & ad pristinum suum institutum confestim reuertantur, aut perpetuo exilio mulctati, intra duorum mensium spacium, vniuersi Regni finibus excedant: id qui neglexerit, virum ad remigium, mulierem ad perpetuum carcerem adiudicat: & illa omnia ad edicti obseruantiam, fixa rataq; esse iubet. Protestantibus autem, exceptiones nouæque edicti istius explicationes, plurimum incommodi importabant: Primo siquidem illo capite, permultis hominibus in singulis Regni totius prouinciis, hinc inde dispersis, qui vrbes ad conciones destinatas adire per difficulter poterant, & præter istam interpretationem multum adeo periculi creabatur, locum commodiorem adeuntibus & violati edicti crimine impacto. Imo ipsi etiam Nobiles nō multo minus periclitabantur, contra interdictum illud, aliquos ad audiendum Dei verbum, in ædes suas receperant. Synodorum etiam & pecuniariarum collationum interdictum, omnes rerum agendarum rationes auferebat, accisis neruis disciplinæ, quæ & per Synodos seruatur & ipsa conseruandæ Ecclesiæ, maximum est instrumentum.

Interea

1564. *Protestantes Turoni grauissime persequuntur eorumdemque pastor in ipsa cathedra confoditur.*

Interea dum hæ Regij edicti violationes à Pontificiis Regio nomine prætexto, procudebantur: alia ex parte exempla eduntur summæ illorum in violando edicto audaciæ. Erat enim Turoni, nobili Franciæ oppido, Ecclesia magno protestantiũ numero instructa; at quoniam in illa vrbe exercitium Religionis, ipsis minime permittebat, ex mandato Regis locus, (Loriũ nomine) proximo Castello vicinus ad excipiẽdos Protestantium cœtus destinabatur. Itaq; insidiarum istarum Protestantes inscij, cum certo quopiam tempore, ad verbi diuini auditum, conuenissent, multiq; omnis ętatis atq; Ordinis tum viri cum fœminæ essent præsentes, subitaneus Pontificiorum cum armis irruentium clamor exortus est. Itaq; cum isti tamquam inermes, aditibus circumsessi nec iisdem vllus aufugij locus esset reliquus, pauido ac trepido more fugitantes quamplurimi, viri pariter ac mulieres mixtim trucidatæ sunt: vbi nec ipsi verbi ministro fuit parcitum, qui etiam ipsa in Cathedra confossus, postmodum autem eodem impetu in Oppidanos crudelissime sæuitum fuit.

Itaq; cum tanti facinoris ac lanienæ immanissimæ rumor vndiq; sparsus fuisset, vicinæ Ecclesiæ mirum in modum consternatæ atq; perculsæ sunt: ita vt Condæus rem tantam suæ & Protestantium auctoritati indignã non immerito conquestus fuerit. Rem iccirco Condæus non solummodo apud Reginam, verum etiam apud ipsum Regem literis conqueritur: earum vero summam, quæ typis publicis prodiere, ex fide digno auctore, heic copiosius commemorare minime pigebit, imprimis cum

ſuperiorum rerum præteritarum ſummâ in ſe contineant: Cum ipſe vltimam reſponſionem Reginæ, ad ſuas literas attente ac mature conſideraſſet (quibus, videlicet, illam admonebat, de iis rebus, quæ videbantur indies apparari ad publicæ vtilitatis totiusq; Regni perturbationem, quarum rerum initia, cædib. iam & impune perpetratis, & q̃ quotidie perpetrâtur, præſagiant futuras & impendentes turbas) & cum ſingula reſponſionum illarum capita diligenter perpendiſſet, & illud nimirum, quod Roſſillonæi reſcripti cauſas contineret: at vero nunc, cum non tantum ſerpere, ſed in peius magis ac magis ruere malum ipſum animaduertat (Regis adminiſtrorum inobedientia & factionibus, & ſumma quamplurimorum Regis ſubditorum indignatione, quæ exinde naſcatur, quod violari edictum, multaſque quotidie rapinarum, cædium, omnis violentiæ intemperies ſentiant, nec vllum tamen ſibi, ex iure remedium, videant dari, atque adeo tam prope accedant ad animi deſperationem, vt non poſſit non maximum tumultus periculum pertimeſci, ne ipſi nimirum præteritarum iniuriarum indignatione petirati, conaturi ſint vim vi à ſe depellere armiſque ſe tueri, niſi maturo prouideatur remedio.) His de cauſis videri ſibi ſui eſſe maxime officij, Regem Reginamque iſtarum rerum facere certiores, vt fidum nimirum addictiſſimumque ſubditum & famulum deceat, qui cupiat periculum præſentiſſimum & oculis & manibus declinare: nec cauſæ eſſe quicquam, cur vereri debeat, vt ipſis videatur importunus, etiamſi ſæpius eaſdem res inculcet: 1564

cum

1564. cum illud & fides integritaſque, tum præſens rerum neceſſitas ita expoſcant atque efflagitent, vt non poſſit nec debeat res tanti momenti ſilentio præterire, niſi velit communis calamitatis culpam pœnaſque ſubire. Orare etiam atque etiam ipſos, ne malam in partem accipiant, quod pro iis interpellet, qui præter omne ius & æquitatem fatigentur, atq; interficiantur, præter ipſorum voluntates publice teſtatas, quandoquidem cum nullum ad iſtas difficultates remedium poſſint habere, ad ſe perfugerint, exiſtimantes id ea ratione obtineri poſſe, eo ſanguinis & loci, quem in hoc Regno obtineat, habito reſpectu: Et quidem ipſe his etiam de cauſis arbitretur, minime ſe potuiſſe hoc officium legitime detrectare, pro ea obedientia, quam Regi debeat, vt apud illum iſtarum rerum querelas, cum omni modeſtia ac reuerentia, exponat. Et viderunt quidem, ait vlterius, omnes tui ſubditi vtilitatem, quam tuum de pace edictum continuo per vniuerſum Regnum attulit: quod tamen edictum ita fuit à priori ſua forma diſtortum atque diminutum, vt nunc de illo recognoſcendo & minus quidem obſeruando, nulla cura reſtet. Licet quoque perſpicue ſæpius teſtatus fueris, de tua illius ab omnibus ſancte ac Religioſe obſeruandi voluntate: quorumdam tamen, Religionem Reformatam antiquatam cupientium, præpoſteræ cupiditates ita peruicerunt, vt nonnullæ edicti iſtius interpretationes, etiam tuo nomine, ſint datę: quarum quidem præfationes præclaræ ſunt atque inluſtres. At ſi quis vel minimi etiam iudicij homo, illarũ finem perpenderit, is ſane profecto comperiet rationes

[C]ondæus [d]e prote[s]tantibus [f]actis iniuriis apud Regem ac Reginam [c]onqueritur.

iſtas

1564.

Declaratio Rossillonaea à Condaeo taxatur & cum edicto comparatur.

stas esse inuentas ad eneruandam accidendamq; edicti libertatem: & quidem non ita pridem declaratio ista Rossillonæa (cum nemo adesset qui causam Protestantium tueretur) fabricata est, qua edicti priuilegium ita conuellitur atq; discerpitur, vt illud diutius posse consistere, vix credendum sit: Sic enim edictum sonat: *Nobilibus viris, maiorem iurisdictionem habentibus, Religionis Reformatæ LIBERE exercendæ, fas esto, sibi, familiis, subditorumque suorum iis, qui isti exercitio libere adesse voluerint:* at edicti istius declaratio siue interpretatio sic ait: *Eo numero minime censeri ea loca, quæ fuerint à facultatibus Ecclesiasticis edicto Regio distracta atque diuendita, nec qui Ecclesiasticos reditus habuerint, eo beneficio fruantur:* ait insuper edictum: *Facultatem Religionis non solum ad Nobilium familiam, sed ad ipsorum etiam subditos, pertinere, qui quidem libere interesse voluerint:* Rossillonæa interpretatio progreditur vlterius: *Nec patiantur Nobiles quemqam qui non sit ex suis subditis, concionibus illis interesse: qui secus fecerit, primum quingentorum aureorum: Secundum, ædium & Castellorum, in quibus conciones illæ habitæ fuerint, mulctam esse:* Quem sane rigorem minime seruari posse apparet, cum pauci sint è Nobilibus, qui omnes suos subditos: pauci vicissim subditi, qui sese inuicem norint: Posset itaque aliquis ad eius ædes venire, cuius tamen non esset subditus, nec à Nobili agnosceretur existimanti illum vnum esse suorum subditorum: hac tamen de causa grandem mulctam persolueret & fisco addiceretur istæ suæ ædes, in quibus habita fuisset concio, & easdem pœnas subiret, si ab amico vicinoque aliquo inuiseretur: quod profecto

1564. est humanam illam societatem mutuamque communicationem atque consuetudinem (Princeps nimirum verarum amicitiarum continendarum vinculum, omniumque Rerumpublicarum atque Monarchiarum firmamentum) non tantum interturbare, sed etiam ad miseram prorsus seruitutem redigere.

Ait porro edictum: *Singulis praefecturis & aliis iudiciorum sedibus, quarum prima est ad summas curias prouocatio, statuendam vrbem vbi Religionis Reformata fiat administratio.* Hoc vero vltimum nondum obseruatum est, nec ad eam petitionem protestantibus locus datus est, quamuis id maximopere efflagitauerint, & promissio ista, etiam diserto Regiarum literarum rescripto, confirmata fuerit, nonnullaeque vrbes nominatim expressae, vt accommodatiores deligerentur. Ad praefecturas vero, pro eo quod debuerat, ex praescripto edicti, designari locus ad Reformatae Religionis exercitium, in suburbiis nominatorum à Rege locorum, aliis in locis constitutus est incommodissime ad viginti & vigintiquinque leucas remotius. Vnde & plurimae caedes & seditiones, variis in locis consecutae sunt. Denique hoc edicti caput omnino fuit violatum, quam tamen violationem non existimo profectam esse à te, aut ab iis qui integram edicti obseruationem volunt, nullo alterutrius Protestantium praeiudicio: Sed à Praesidibus aliisque ministris tuis, qui praepostero, Pontificiae Religionis studio se continere non potue-

runt

runt quin impotẽtibus suis libidinibus edicti proculcationem condonarent ac protestantes omnibus quibus possent modis, violarent. Significat quoque edictum vt *Omnibus in locis, in quibus Protestantium Religio exerceretur ad septimum diem Martij Anni millesimi quingentesimi sexagesimi secundi, iijdem; præter & alias vrbes, singulis præfecturis constitutas, exercendæ Religionis facultatem dari vno aut duobus vrbium illarum locis, quemadmodum à Rege designandi essent:* Sic autem edicti istius expositio: *Beneficium illud eas solummodo vrbes alligat, quæ tempore motuum vi tenebantur:* atque ita plurimis illud demit, quæ tamen Reformatæ Religionis vsum, & ante & inter ipsum motum, ad septimum Martij habuerant. Præterea, & variis è locis Reformatæ Religionis libertas, in quibus tamen illa ad VII. Mart. obtinebat: Nobilium quorumdam precibus, non tantum qui eorum locorum meri Domini essent, sed qui precaria solummodo ac fiduciaria opera Regio beneficio ex ipsius dominio obtinerent. Quod edictum violare minime est dubium, similiter & edictum absque vlla distinctione, omnibus vbique dat licentiam Religiosis; at iis qui, (tam viri quam mulieres) monasteria reliquerint, illud beneficium tollitur ac ad cœnobia sua redire, & secundum Pontificiarum constitutionum regulas viuere coguntur: Ast Rossillonex interpretationis mandato iubetur: *Vt presbyteri nimirum, omnesque, viri pariter ac mulieres, quæ Monachatus insignia habuerint, &, relicto isto instituto siue viuendi regula matrimonium contraxerint, superioris belli tempore*

1564. *aut post eiusdem sedatos motus, cogantur, rigore carcerum matrimonia illa abdicare, pristinamque illam vitam suam repetere, & ex illarum constitutionum præscripto viuere*; quod certe, præter manifestam edicti violationem, permittentis vnicuique ex conscientia sua viuere, atque nouam acerbamque conscientiarum vexationem, aperte Dei mandato repugnant, qui tamen auctor est matrimonij. Illa etiam Rossillonæa declaratione adiungitur synodorum interdictum: non tantum manifeste contra edictum, sed etiam contra alia Regiarum literarum rescripta. Quamuis enim diserte de illis non loquatur edictum, cum tamen nec illas prohibeat: Religionem vero reformatam concedat, omnino & illas permittere est consequens, cum ad illam Religionem synodi maxime pertineant, nec tantum pertineant, sed & sint nerui ad Religionem continendam, quibus nimirum olim veteres frequenter vsi sunt, antequam generalium, atque Oecumenicorum conciliorum vsus esset: & quarum adeo vsus ita necessarius est ad doctrinæ morumque corruptelas, quæ in Ecclesiam quotidie irrepunt, amouendas, hominesque prophanos & profligatos arcendos à Sacramentorum aliorumque piorum rituum communicatione (nulla tamen alius maioris iurisdictionis vsurpatione) vt sine illa, doctrinæ morumque puritas constare nullo modo possit. Nec aliud, infit, optamus studiosius quam vt certi homines tuæ maiestatis mandato committantur, qui illis synodorum cœtibus intersint, vt ita omnium sinistrarum opinionum suspiciones præcidantur.

Penes

Penes & has edicti violationes, quæ tot tantarumque seditionum sunt vnicæ causæ: illi etiam, qui istarum auctores fuerunt, tibi quoque persuaserunt necesse esse, quo illæ studiosius obseruentur, addi pœnas violatarum istarum violationum: testati tamen nihil per illas interpretationes, edicto adimi, cum tamen fiet manifestissimũ, edictum non posse efficacius euerti. Publicatio bonorum, ædium, clientelarum, quasi criminis læsæ Maiestatis imponuntur, quod certe satis superque demonstrat illorum, qui tuo nomine abutuntur, voluntates pessimas, nimirum de tuis subditis delẽdis, imo & de nobilissimis, vniuersi Regni tui, familiis pessundandis, ad maximam fidelium tuorum subditorum ruinam, quæ serius nequicquam, tamdẽ aliquando defleretur. Sumus quidem ego & mecum omnes Reformatæ Religionis homines, de tua erga nos beneuolentia & clementia, ita persuasi, vt minime existimemus tuam hanc esse voluntatem, omia ista supplicia adeo rigide atque seuere à nobis expeti. At plerorumque præsidum ministrorumque tuorum ea est animi impotens libido, vt omnem ingeniorum suorum vim atque acumen, ad hos ritus hasque formulas, ita habeant intentum, vt dum de nobis perdendis vnice satagant, hanc vnam rationem sibi oportunam existiment, si videlicet Protestantes viderint alium locum adeuntes, precandi Dei sacræque concionis causa, quam qui eis fuerit designatus, aut ad nobilis viri domum cui non sint subditi (quod certe, neque ad tuum obsequium, neque ad publicam vtilitatem, nihil attinet) vt quæstione his de rebus habita, no- 1564.

1564. bis periculum creent. Verum cum ob illorum oculos, cædes seditionesque turbarum istarum violandæque pacis luctuosæ & periculosæ causæ obuersantur, conniuent atque tergiuersantur: & quidem ita agunt, vt potius malint quæstionem aduersus eos instituere, qui ipsi fuerint violati & ob id conqueruntur, quam vel tantum significatione data, se velle ius ex æquo omnibus tribuere, sicariorum illorum impetum retinere: quos ab illis defendi atque impelli tam verisimile est, quam manifesta grassatur iniuriarum illarum aduersum nos factarum impunitas, quasi detestabiles tibi essemus, nec in eo, quo cæteri tui subditi, numero à te haberemur. Quam autem hoc sit verum, quotidiana exempla citius demonstrant, quam vlteriori demonstratione opus sit: cædium seditionumque rumoribus ac nuntiis, quotidie omnibus è Regni tui partibus partim percrebrescentibus, de quibus tamen nullum sumatur supplicium. Et præter infinitas cædes, per omnes Regni prouincias commissas, quod Creuani, quod apud Cenomanos, quod in prouincia, Aquitania, Puteolis & recenter quidem Turoni: quibus rebus tantum abest, vt adhibitum fuerit ad hunc vsque diem remedium, vt contra, nonnullis in locis, ne quæstio haberetur, mandatum fuerit: aliis etiam, habita sit in violatos quæstio: quæ quidem vt læsos grauiter conturbarunt, ita seditiosorum animos vehementius inflammarunt, aliisque, qui reprimi facile poterant, maiores ad perseuerandum aculeos addiderunt.

Causa cædium ac latrociniorum in Gallia impunitas.

Itaq;

1564.

Itaque duo hic metuenda sunt pericula, ne vel non possit cum volueris, remedium adhiberi; aut violatos in eam desperationem abducas, vt cum perspexerint omnem Iustitiæ vim sibi tuorum administrorum præuaricationibus denegari, præter tuam perspicue testatam voluntatem, ipsi sibi defensionem parent iniuriarumque vindictam: Non quasi non intelligam sæpe tuo mandato imperatum esse, vt de iniuriis quæstio haberetur, quod tuam de edicto tuo obseruando voluntatem integram, satis superque testatur: Sed ecquod tamdem querelatum remedium adhibitum est ab iis quibus vti darent operam, ne quid iniuriarum impunitum esset, mandaras? Prouinciarum præsides, quorum munus est intemperies illas vindicare atque coercere, quique in hunc finem stipantur militum præsidiis, prouincialium suorum pecunia & sumptibus: illas ipsas vires plerique, plerumque expromunt in vnius partis gratiam ad alterius partis internecionem. Quod si quæstionis habendæ causa, loca ipsa aliquando adierint, id ad Catholicorum culpas tegendas factum est: quæstiones vero vel non habitæ, vel omnino celatæ. At si quæ aduersus eos, quos Huguenotos, per inuidiam, appellitare solent, querelæ ad te fuerint delatæ, extemplo, nec animaduersa accusatione vera ne an falsa sit, capitis fortunarumue, soloue æquandarum ædium, grauissimæ sententiæ prius dantur, quam quæstionis habendæ mandata. Id quod apparuit

1564. cum incerto & vano rumore Tarridius, non ad te, sed ad priuatum quemdam amicum dixerit, scribebat de quodam motu, quem existimabat accidisse Montalbani: Vix rumor iste emanarat, è vestigio statutum est, vt vrbis mœnia deiicerentur, quemadmodum & similes sententiæ variis in locis datæ sunt, in quibus Protestantium numerus copiosior & potentior extitisset, vt nuperrime Valentiæ & Sisternonæ accidit, quod minime iis in vrbibus euenit, in quibus Catholici principem locum obtinuerunt, quamuis complurimas, complurimis in locis, fuisse, illorum culpa, seditiones sit perspicuum. Nec eadem quoque adhibita est diligentia in exquirenda vindicandaq; Curæi cæde, quamuis nomen Regij præsidis gereret. Cum enim ipsius fratres vel hæredes, animaduersionem sceleris requirerent & postularent, vix ad sex hebdomadum spacium, impetrarunt mandatum de habenda quæstione, quod certe vnum, quo in loco simus, satis superque demonstrare potest. Nouimus econtra quid in hac re Domino Monpenserio fuerit mandatum, aduersus Cognerium qui nihil nisi de Delegatorum mandatis egerat, in Curæi cæde probanda, nihilominus tamen ei mandatum est, vt nisi te confestim sisteret, ipsius ædes solo æquarentur. Quod nimirum est lancem in alienam partem deflectere, atque summam violandi edicti cupiditatem patefacere, variis quidem modis ac tribus in rebus potissimum, inæqualitate iuris tribuendi, iniquitate mali tolerandi: odio deniq; aduersus Reformatæ Religionis homines, quo

Tria Regni Francici mala.

impelli

impelli perſpicuum eſt, tum ipſos viros primarios, 1564.
qui tamen de obſeruando edicto maximè debebãt laborare; tum plebem tam frequenti impunitate inſolentem, & quidem primariorum illorum indulgentia & nutu impotenter ferocem. Cum enim videt ipſos iuris adminiſtros, adeo nobis eſſe infenſos, vt cum de nobis tuendis depellendaque à nobis iniuria agatur, omnino dormitare: cum verò aduerſus nos aliquid eſt agendum, promptos euigilare & nos, nec audita rei veritate, condemnare: inde occaſionem arripiunt ferocius & maiori cum temperantia inſoleſcendi & agitandorum conſiliorum aduerſum nos. Quas iniurias poſtquam diũ Proteſtantes tolerauerint, conqueruntur apud p̃ſides, tuoſque alios miniſtros; Sed reſponſi loco reportatur, Maieſtatem veſtram valdè eſſe occupatam, vt vtriſque ſatisfaciat: Catholicos ſiquidem non minus de Proteſtantibus queri, quàm illi Religionis Reformatæ homines de ipſis Catholicis conquerãtur: id eſt, vt dicam quod res eſt, vt vnuſquiſque nullo tributo iure, iniuriam patiantur: atque ita effrenis licentia aduerſæ parti condonetur, vt cupiditates ſuas aduerſus Proteſtantes exequãtur, nimirum vt illos effuſe violent, nulloque metu ſupplicii interficiant. Accidit etiam, & ſæpius quã opus eſſet, adminiſtros Regios, (pro eo quod ius adminiſtrare deberent iis qui ſe violatos eſſe demonſtrant,) recriminatione vti ad compenſationem iniuriæ, aliamque ab aliis culpam prætexere, aut ſubinde rumor effingetur rei perperam à Proteſtantibus quaſi factæ, qui continuo ad violatorum os obturandum obiicietur, & ita vacui domũ

Summum ius ſumma quandoque iniuria.

1564. amandentur: quamuis culpæ quæ Protestantibus imponi possunt, non sint ita graues, nec reparatu difficiles. Audiendi nimirum verbi Dei studio alium locum, quàm qui sit Regio mandato destinatus, illos adiisse, aut Religionem Pontificiam aliquot in locis nondum restituisse: Sed & *alia sunt* partis contrariæ peccata, quippe quæ à publicatione edicti centum ac quadraginta cædes commiserit, quarum tamen ne duæ quidem vel in speciem vindicatæ fuerint.

Has itaque nonnullas saltem causas esse vides, cur ego & Protestantes diminutum esse edictum nosque adeo malè haberi dicamus; præter & illa q̄ à maxima Prouincialium præsidum parte aduersus nos quotidie aguntur, quod aliam opinionem nostræ sententiæ contrariam in Religione sequantur: & infinita alia consilia, quæ contra nos agitari perspicuum est; quæ omnia quàm sint à pace ac tranquillitate aliena tibi considerandum relinquo. Equidem ne quid in eo obsequio, quod tibi debeo, omisisse videar: hæc tibi significare volui: at te etiam atque etiam rogo, oro atque obtestor, vt ea bonam in partem accipias, atque patienter expendas: quæ nimirum pacis publicæque tranquillitatis studio, cum omni modestia atque reuerentia, tibi, Rex, expono, aioque non posse veram firmamque pacem huic tuo Regno restitui, ex tua illa, quam sæpe declarasti, voluntate, nisi edictum ex prima sua ac germana forma obseruetur, omnibus iis interpretationibus quæ illi adiunctæ sunt, planè recisis atque antiquatis: omnesque

1564.

que intemperies, seditiones, cædes ex vtraque parte, post edictum editum, factæ, seueræ ac æqualis iustitiæ exemplo, propediem puniantur atque vindicentur, inque Magistratuum indulgentiam & præuaricationem animaduertatur: alioquin non video, quomodo Maiestas vestra possit vniuersam pacem firmamque tranquillitatem subditis vestris constituere; at contra præsagio & prospicio eorum qui toties violati atque variis iniuriis lacessiti ius nondum obtinere potuerunt, delassos atque fatigatos animos in eam desperationem tamdem aliquando venturos, vt se ipsos posthac defendere, seque ab iniuria vindicare conaturi sint, vnde non possint maximæ grauissimorum periculorum occasiones non existere.

Rex Galliæ ad Condæi litteras respondent & obseruationem edicti pollicetur.

Ad hasce Condæi ad Regem perscriptas litteras siue querelas, illiusque & Protestantium omnium indignatione perspicuè demonstrata, temporis effecit necessitàs, vt de tantis sceleribus delendis, aliqua daretur significatio. In ea enim peregrinatione Rege longius à Lutetia & Regni Metropoli remoto, Regina verebatur, ne quid noui Condæus cum Protestantibus susciperet. Itaque peramantes Regis litteræ ad Condæum dantur, quibus & ipsius de Regni pace studium Rex se probare testatus, ait, Nihil sibi esse antiquius, quàm vt ius vnicuique ex æque reddatur: suam hanc esse vnam voluntatem. Nam quod ad edicti illius interpretationes, quas hactenus edidisset, attineret, adesse causas grauissimas cur hoc fecerit, adque suorum subditorum vsum atque vtilitatem id maximè pertinere: præ-

1564. terquam quod etiam ipse existimet, Condęo numquam venisse in mentem, Regiam voluntatem pro suo arbitrio velle moderari. Si quid verò à suis administris peccatum fuerit, se tales de iisdem sumpturum pœnas, vt omnes intelligant se vnicè velle ac iubere, vt edictum de pace constanter vbique obseruetur, atque peræque omnibus suis subditis ius reddatur nullo Religionis habito discrimine: se viciſsim hoc de Condæo existimare, ad quem etiam Regni incolumitas atque conseruatio maximè pertineat, daturum illum omnem operam ne quæ turbæ ex Protestantium parte violatos se conquerentium oriantur; cum æquiſsimum sit, haudquaquā ipsos iniuriarum, quas sibi illatas dicant, ex se ipsis vindictam sumere: at verò sibi summo Domino rerum istarum curam relinquere, ni velint & ipsi grauiſsimas pœnas in sese accersere, tantum ipse viderit, ne quis falso accusetur, & quod in alios reiicitur, in ipsos merito, non poſsit retorqueri. Denique nouerit suum hoc vnum esse certiſsimum votum, vt ex edicti præscripto pax apud omnes suos subditos vbique colatur, id quod reipsa sit vsque demonstraturus propediem.

[...]rdinan[...] [...]s Cæsar [...] reliqui Rom. [...]p. Principes Daniæ [...]ciæ & [...]loniæ Reges frustra concilia[...] conan[...]r.

Ad componendum bellum inter Daniæ, Suecię & Poloniæ Reges Imperator Ferdinandus & alii Rom. Imperii Principes, hoc anno rursum Rostochium ablegarunt: & Ferdinandus quidem Christophorum Carolovvicium: Maximilianus Rex Bohemię, Heinricum à VValdstein; Augustus Elector Saxoniæ Ericum Volcmarum à Berleps; Heinricus Dux Brunouicensis ac Lunæburgensis, Cunradum à Sulcheld: Fridericus Rex Daniæ Otto-

nem

nem Crumpen Regni Danici Marescallum, Georgium Rosencrantzium, Heinricum Rantzouium, D. Ioachimum Hinkium Decanum Bremensem: Sigismundus Rex Poloniæ Martinum Cromerum Episcopum VVarmiensem, celeberrimum istum scriptorem Historicum, & Ioannem Costam, (qui postea ad honores Palatinatus Sendomiriensis euectus fuit,) Lubecenses verò Hieronymum Lunæburgum, consulem & Hermānum à VVecheld, vrbis Syndicum, miserunt. Verum cum isti Rostochii per nouem integras Septimanas, Commissarios Regis Sueciæ temerè expectassent: tamdem Christophorus Minquicius Cæsaris Legatus ex Suecia reuersus, retulit Regem Sueciæ, quod non antea tempestiue siue in tempore de hac pacificatione Rostochii instituenda quicquam significatum sit, & quia de more & consuetudine prisca, (si quæ inter Daniæ & Sueciæ Reges controuersiæ inciderint,) ad vtriusque Regni limites, ad pacificationem legati mittendi sint, ideoq; neminem hoc tempore ex suis missurum esse Rostochium: quod si vero Dani ad Regni limites accessuri sint, suos vicissim ad comparendum fore paratissimos & promptissimos. Quo allato Sueci responso singuli domum, vnde redierant, reuertuntur, cum rerum venalium pretia, supra modum vsitatum illinc auxissent. 1564.

Commorantibus autem adhuc Rostochii Legatis, Ferdinandus Imperator, Philippi Archiducis Austriæ & Hispaniæ Regis filius, Caroli V. Inuictissimi istius, pientissimæ memoriæ, herois frater germanus, piè ac placidè, ex miseriarum hacce *Ferdinandus Cæsar moritur.*

valle

1564. valle discessit & Maximilianum filium, designatum iam ante Imperatorem, successorem in imperio reliquit. Interim Rex Sueciæ Elsburgum, per aliquot mensium spacium, grauissimè irrito tamen conatu, obsidet: Itaque excursionibus in Hallandiam factis, circa Laholmum & Engelholmium omnia diripit. In Noruegia etiam Nidrosiam oppidum vna cum arce occupat: attamen Dani paucorum mensium interuallo vrbem istam recepere: ast in mari Balthico Danica & Lubecensis classes, propè Bornholmiam cum Suecica congressæ, nauem prætoriam (quam superbo nomine Makelos, quod similis illi nulla extaret, nuncupabant,) deserto clauo, & aliquot nauibus Lubecensibus ad latera, harpagonibus iniectis eam oppugnantibus, vna cum præfecto Iacobo Bagge, ceperunt, ducenta autem tormenta bellica nauis ista portabat, quæ tamen omnia, cum nauis medio in mari conflagraret, in profundum submersa sunt. Alia nauis Suecica, cuius præfectus erat Andreas Bero, in portu Rostochiensi prope Warnemundam commorabatur, aliquoties à Senatu ad vrbem propius adduci iussa fuerat vt à Danis, qui eam sibi dedi aut inde eiici petebant, esset tutior. Sed præfectus Regi suo & sibi turpe esse du cens, aliquam vel fugæ aut metus significationem vel minimam præbere, in statione sua mansit. Quare à Danis ex ripa & nauibus oppugnatus, cum per aliquot horas strenuè se defendisset, tandem vi tormentorum naui perforata & omni incolumitatis spe amissa, puluerem tormentarium in naui ipse accendit, & vna cum naui con-

Elsburgum à Sueco frustra obsidetur.

In dreadcro nauis Suecica afflictui, pugna naualis fortiter cadit.

lagrare, quàm in hostium manus peruenire maluit. 1564.

Circa idem fermè tempus Augustus Dux & Elector Saxoniæ, Naumburgensem ad Salæ diœcesin, post Episcopi mortem sibi regendam tradi, à Collegio minimè obstante, obtinuit: ac vtriusque Electoris; Saxonici nimirum & Brandeburgici imperio subiectorum Episcoporum reditus, postmodum in principum fiscos redacti sunt, corporibus tamen Collegiorum conseruatis & inspectione Ecclesiastica Superintendenti & Consistoriis commendata. Pius autem Quartus Pontifex maximus nouam & inusitatam antea iuramenti formam, Episcopis & Collegiorum Canonicis imposuit, cuius aliquoties in sequentium annorum, de libertate Religionis in Canonicorum Collegia recipiendis, concedenda Comitum & Nobilium supplicationibus mentio fit: in quo nominatim ad Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, ad credenda septem Sacramenta, ad omnia Synodi Tridentinæ decreta, ad Missæ sacrificium propitiatorium, ad Transsubstantiationem, Purgatorium, inuocationem & imagines Sanctorum, indulgentias, primatum Papæ &c. in specie obligantur. Hæc dum aguntur Arnoldus Comes in Bentheym & Stenfurdem, Ebervvini filius, cum Pontificiam Religionem in ditione sua mutasset: Iurisdictionem Episcopi Monasteriensis Ecclesiasticam deinceps agnoscere & mandatorum illius executionem, in territorio suo amplius ferre recusabat. Quapropter priorem quempiam, mandata Episcopi ex suggestu, Stenfordiæ

Episcopatus Naumburgensis cedit Augusto Electori Saxoniæ.

Arnoldus Comes Bentheymensis Religionem Pontificiam abolet.

denun-

1564. denunciantem, in vincula coniecit: Vnde tumultus exortus, qui tamen mox ad intercessionem vicinorum Comitum ac Episcoporum, rursum sedatus est. Fuit autem hic Arnoldus patre Eberwino, filio Arnoldi, matre vero Anna, filia & hærede vnica Conradi Comitis Teckelnburgensis postremi, prognatus: vxorem habuit Magdalenam, *Humberti* Comitis de Nevvenar filiam *Adolphi sororem*, cum qua VVirichum, Adolphum & alios, nostra ætate adhuc viuentes, suscepit.

Adolphi Ducis Holsatiæ cum Christina Hassiæ Lādgrauia nuptiæ.

Interea Adolphus Dux Holsatiæ, Christinam Philippi Hassiæ Landgrauii filiam, à duobus fratribus Gottorpium deductam, coniugem duxit: nuptiis istis, principali ac magnifica prorsus pompa celebratis, duæ viduæ Reginæ Danicæ, Sophia Bogislai Pomeraniæ Ducis filia, Sponsi mater & Dorothea Saxonica, Sponsi fratria, interfuere. Eodem hocce anno, quo Heinricus Iulius Dux Brunouicensis ac Lunæburgensis natus est, Rostochii

Obitus & Elogium Ioachimi Scroderi Ecclesiæ Rostochiēsis præconis.

denascitur, Ioachimus Scroderus Ecclesiæ ad D. Petrum pastor fidelissimus, vir optimus ac integerrimus, qui omnium primus purioris Euangelii ac sinceræ Religionis instaurationem, cum Ioachimo Slutero Rostochii adiuuerat, & iam per quadraginta duos annos integros, laborem & æstum diei sustinens, fidelissimè & præclarissimè de Ecclesia, Sponsaque Dei filii, erat meritus, ad cœlestis Ecclesiæ societatem euocatus est: Septem autem fi-

Eiusdem liberi.

lios post se reliquit, vtpote Enochum art. liberaliū Magistrum, Adamum, Christianum, Ioannem, Ioachimum, Dauidem, Zachariam (qui omnes excepto hoc postremo) pietatis & virtutis paternæ

vesti-

1564.

vestigiis ingressi in ministerio Ecclesiæ Deo fideliter seruiunt, & morum integritate & modestia ministerium splendidè exornant. Quod singulare exemplum, dulcissimæ promissionis Psalmi; *Generatio Rectorum benedicetur*: dignum mihi annotatione & memoria visum est.

Guilielmus Grumbachius scripto apologetico causam suam apud delegatos Cæsareos tueri conatur.

Grumbachium, in fugam verso Episcopo Herbipolensi, Wirceburgum occupasse, Clerum spoliasse & ob id à Cæsare proscriptum fuisse, suo loco diximus. Cum itaque ad cognoscendam istam cõtrouersiam, delegati Cęsareani conuenissent, Grũbachius, re intellecta, litteras apologeticas illuc misit, quibus prolixè demonstrabat, se licet pacis ac tranquillitatis publicæ semper fuisse studiosissimum, nihilominus tamen apud aduersarios in hũc vsq; diem locum neutiquam inuenire potuisse: vt autem pacis colendæ studium re ipsa testaretur & scripto fidem faceret, aiebat, se elapso quinquennio, instructissimum exercitum ex Galliis reductũ, suasu electorum, Deluarti in puncto dimisisse, ac Vindelicorum Augustæ pro concordia intercessisse: sed laterem lauasse & incassum prorsus laborasse, siquidem Clerum Wirceburgensem, iuratum eius hostem sacramento fidem astrinxisse, se nulla ratione nec vllo modo cum Grumbachio reconciliationem initurum: Itaque extrema necessitate & summa hostium suorum peruersitate eo fuisse adactum, vt pro bonorum suorũ recuperatione arma iusta sumpserit, vim vi repellere, iure naturali licere & ob id ius suum minimè negligere voluisse, sed amicorum, quorum quadringenti nobiles nume-

rari

1564. rari possent, auxiliis rei bene gerendæ fretum, beneficio fortunæ vsum esse transactionem, ab ipsis etiam hostibus suis sibi oblatam respuisse: Proscriptionis autem Cæsareæ nullam se iudicare rationem habendam esse, quoniam ista extra Imperii fines in Hungaria, nec cum consensu electorum facta sit. Quamobrem delegatos Cæsareos, quantum possit, sese obnixè rogare obtestariue, vt sua intercessione, proscriptionem istam aboleri & transactionis formulam à Wirceburgensi Clero factam inuiolabiliter ac constanter seruari curent. Ad illud Grumbachii scriptum Episcopus Herbipolensis Mense Martio scripto admodum amarulento respondet, ac simplici orationis filo ostendit Grumbachium proscriptum, minis Clerum Wirceburgensem territasse ni transactioni vi extortæ manu sua subscriberet & in illam consentiret: tum eum haud immerito bonis suis spoliatum dixit, cum vnus ex præcipuis Franciæ orientalis vastatoribus, extiterit, & decreta Imperialis Cameræ, de restitutione cum clausula in vim citationis simplicis iura resoluta sint: nec, aiebat vlterius, intercessionem principum, acceptandam esse: cum à primis istis suis commissis delictis non solummodo non destiterit, verum etiam malum malo ac iniquitatem iniquitate atrocius seu pertinacius cumulauerit: coniurationem autem Clericorum illum ad diffamandum illos, pro more & mala innata sua consuetudine confinxisse, & ordines imperii in hoc Augustæ Vindelicorum consensisse, si videlicet Grumbachius à cæde Melchioris Zobeli Præ-

Episcopi Vircebur-gensis ad Grumbachii apologiam responsio.

sulis

ſulis Herbipolenſis (cuius inſimulatus eſſet,) ſe purgaret, tum demum bonis ſuis reſtitueretur; ſed cum horum neutrum factum ſit, non videri eum à ſe ſpoliatum, qui citra omnem fraudem, ex mandato ſummi Magiſtratus & volente at imperante Maximiliano Cæſare pertinacem iſtum communis pacis ac tranquillitatis violatorem atque perturbatorem iuſtiſſimis armis repellat & propellat: mirandam itaque nec vllo modo hominis iſtius proſcripti ac ferocientis temeritatem ferendam eſſe: qui ſententiam proſcriptionis iuſtiſſimis de cauſis contra ſe latam, abſque omnis iuris fundamento euellere ſeu extirpare conetur: nuſquam enim gentium eſſe auditum, principem tamquam legem animatam, pacis & tranquillitatis publicæ perturbatores, abſque conſenſu ſeptemuirorum non poſſe proſcribere: Quocirca ſe Dominos delegatos peramanter & officioſe rogare, vt reiecto ſpretoque ſcripto Grumbachii apologetico, in cœpta conſultatione progrediantur, quo tamdem hoſtis pacis publicæ ac communis tranquillitatis vaſtatores condigna ſuo ſcelere pœna plectantur; & pax in toto Romano imperio ſalua ac incorrupta conſeruetur. Tamdem propter metuendum maius periculum, in conſultatione iſta concluſum fuit, vt propter præſentiſſimam neceſſitatem, adq; conſeruandam pacem ac tranquillitatem publicā mille ac quingenti equites quamprimum conſcriberentur & communi Sac. Romani imperii expenſa ſiue ſumptibus, ad rei feliciorem euentum, alerentur. 1564.

1564. Rex Poloniæ Moscorum victor.

Hæc dum agerentur Sigismundus Augustus Rex Poloniæ insignem de Moscis victoriam reportauit: Nam cum Legati Lithuanorum, ad Ioannem magnum Russorum Principem pacis firmandæ causa missi, aliquandiu detinerentur & interea ingentem exercitum conscripsisset tamdemque eos dimisisset, mox quam celerrimè illos ipsos subsecutus est, bipartitis copiis, quarum vna pars Duce Sereberrio Smolenco, pars Polos Ra Duce Soiskio Principis sororio in Poloni ditionem eodem tempore populabunda impetum fecit: Soiskius in campis Chasnicien sibus ad Vlam fluuium castra posuerat, Poloskæ nuper captę successu elatus, cum se Nicolaus Ratzeuillius Palatinus Vilnensis vir rerum bellicarum gloria celeberrimus, numero se imparem agnoscens, vix enim hominũ armatorum quindecim millia penes se habebat, astu ac virtute parem præstat: Is enim postquam cognouisset hostem viribus suis fidere & securum prorsus hinc inde ad prædas euagari, delectam manum militum secum assumpsit & vna cum Gregorio Chodkiesuicio castrorum præfecto, locis haud incommodis hosti struunt insidias: cumque is, pro more suo, siluis ac locorum angustiis tutus, vt sibi quidem blandiebatur, discurreret, à Ratzeuillio funditur partimque trucidatur, partim vero in fugam vertitur: Erant in Russorum exercitu militum quadraginta millia & Tartarorum triginta millia, ex quibus omnibus lue pestilenti, circiter triginta millia periisse ferunt, fluminibus quæ glacie stabant, fugientium ac curruum fragore ac pōdere resolutis, quo casu quamplurimi etiam sub-

mersi

mersi sunt: in pugna ista insuper tres primarii, Duces, penes alios adhuc quamplurimos, capti fuerunt. Soiskius vero supremus Russici exercitus Imperator cum fuga sibi vellet consulere, grauiter vulneratus ac demum à rustico securi percussus & inde Vilnam delatus, honorifica pompa in Russorum Basilica fuit conditus: ex aduersa autem parte Lithuanorum vix viginti desiderati, octingenti vero & circiter grauissime vulnerati sunt. Serebernius itaque alieno malo edoctus & similem metuens fortunam, omnem apparatum bellicum & pretiosissimam supellectilem in pedes abiecit & cum reliquiis suis aufugit, quæ tamē hinc inde per syluas delapsæ, à rusticis fermè omnes instar pecudum mactatæ sunt: Sic isto casu ac infortunio insolentes Russi, aliquomodo humiliati ac castigati sunt: qui tamen paulo post nihilo quietiores sese præbuere, siquidem hoc ipso anno ductore Georgio Touimakio Iezeriskio arcem, cum tredecim armatorum millibus oppugnare conarentur, Stanislaus Parius Palatinus Viteblienſis vna cum Isidoro Viteblienſi signifero & Snieporodo assumptis duobus leuis armaturæ millibus, hosti it obuiam, ac feliciter cum ipso congressus, mille & octo hostibus cæsis omnem apparatum bellicum cum signis ac tormentis bellicis in suam potestatem redegit: Touimakius cum vix salua vita euasisset, nihilominus tamen resumpto animo & viribus, postquam Pacius retro Vitebliam victor ac spoliis opimis onustus rediisset, eamdem arcem denuo obsedit & tandem acerrima facta oppugnatione, beneficio telorum 1564.

1564. igneorum, (quorum iis in locis maximus est vsus,) eamdem ad extremum expugnauit.

Heinrici Stuarti cũ Regina Scotię nuptię.

Interea in Scotia postquam Matthæus Stuartus & Heinricus eiusdem filius ab exilio reuocati fuissent & idem Heinricus, consentiente & permittente Eliesabetha in Scotiam traiecisset, à Regina vt amitæ suæ filius & propter formæ præstantiam comiter exceptus est, adeo vt ob quotidianam consuetudinem ac familiaritatem illum amare cœperit, & de iuuene in virum asciscendo cogitauerit: nec inuite Scotia Nobilitas id audiebat, præsertim cum idipsum Regina Angliæ fieri percuperet: nec illa auersabatur vtrique eodem consanguinitatis gradu coniuncta, sed nuptiarum auctor credi volebat; & vero sic existimabat sua interesse, vt propinquæ suæ potentia, hac conditionis mediocritate coerceretur, ne supra quam vicinis esset tutum augesceret, ast hanc Reginæ præcipitantiam retardabat Dauid Rizius citharœdi cuiusdam filius Augustæ Taurinorum vili conditione natus, qui ob Musicæ præstantiam aulicis ministerii sese immiscuerat: Is scitè Psallere domi à Patre edoctus, nec insuaui ac amœna voce præditus, cum Nicæam, in aulam Ducis Sabaudi profectus, nec ibidem voti sui compos factus esset, ideo Moretium, qui tum temporis à Duce Sabaudiæ in Scotiam ablegabatur, sequi sibi in animum induxit, ibidemue aliquandiu commorari & fortunam suam experiri attentauit, imprimis quod Regina Musica admodum delectari, nec vano rumore cre-

deba-

debatur: Cum itaque inter Musicos Francicos in aula Reginæ aliquoties conspectus fuisset, nec inconcinnum artis suæ specimen edidisset, in cantorum istorum numerum à Regina receptus est: & sensim, postquam Reginæ mentem exacte explorasset, perfecit vt maiorem Reginæ gratiam consecutus sit, apud cæteros vero in maius odium incurrerit: inde alios per calumniam traducere, eosdemue penes se contemnere vel planè etiam exauctorare & expellere Fortunæ sibi blandientis nisu, incœpit & maioribus negotiis aulicis sese immiscere statuit: nec eadem Fortuna obstitit, siquidem ex Citharœdo & cantore ab Epistolis factus, & ex mendico ad subitaneas opes progressus est: verum propter fortunam, arrogantiam & æqualium contemptum apud magnates in odium incurrerat: væsanus tamen ac cœcus iste homo ob procerum adulationem, qui (vt in aulis plærumque fit,) amicitiam eius captabant, illum comiter salutabant, foribus obambulabant, omnesque eius exitus & reditus obseruabant, eo dementiæ siue audaciæ progressus est, vt sibi rerum Scoticarum tractandarum arbitrium à fortuna sibi delatum arbitraretur. 1564.

David Rizius Musicus fit ex Iro Crœsus.

Itaque vt aduersus odium publicum firmum sibi compararet præsidium, Heinricum Stuartum regiis nuptiis, vt diximus, destinatum, omni adulationum specie, in nassam suam pertrahere studebat; ideo postquam familiaritatem cum ipso contraxisset illi persuadebat, sua nimirum opera ac diligen-

1564. tia potissimum fieri, vt adeo à Regina adamaretur: ob id Morauio; qui Scapham Scapham dicebat & ab omni adulationis vitio prorsus erat alienissimus, factus alienior Rizius, id postquam cognouisset idem ille Rizius, Morauium apud Stuartum per calumnias adeo traduxit: vt protinus etiam Morauius, tamquam suspectus ab aula remotus sit: quo facto omnia sibi tuta fore Rizius sibi pollicebatur.: nec inuito animo Morauius ab aula secessit, siquidem ob candorem & integritatem, sparsos de Regina & Rizio sermones, tolerare amplius non poterat. Regina vero vt aduersam illi factionem confirmaret Iacobum Heburnum Botuelium, Georgium Gordonium Suterlandiæ Comitem, alterum Georgium Gordonium Huntilæi Comitis filium, ab exilio reuocauit, atque hunc custodia eductum in pristinam dignitatem ac bona restituit: verum cũ Morauius, de recentibus contra se insidiis, Botuelium, qui iam ex Gallia reuersus fuerat, accusaret: Regina apud fratrem precibus intercessit, ac ad euitandum diem iudicii, Proceres, additis minis, dehortata est: fertur etiam exitium ei maturatum fuisse, destinato ad id Heinrico & Rizio, qui hominem Perthi, quo Regina illum euocatura erat, sermone collato & liberius respondentem atque obiecta sibi crimina acriter diluentem, per captatam istam occasionem confoderent: verum cum beneficio amicorum Morauius esset præmonitus præsens ac imminens sibi exitium tum temporis euitauit; ob id Rizius, maturandarum nuptiarum Reginæ auctor & suasor fuit; veritus ne Mo-

Morauius vir prisca integritatis, instinctu Rizii, ex aula pellitur.

rauius,

rauius, quamuis ab iisdem initio minime alienus, vt qui Heinrico ab exilio reuocando suaserat, ob id irritaretur & eis impedimentum aliquod adferret: Regina enim nequaquã dubitabat auunculos suos ab iisdem nuptiis alienos & auersos fore: prouidebatq; ne ob longiorem moram (quæ nonnunquam creat periculum) rursum sibi ab illis impedimentum pararetur. 1564.

Sed illis adhuc de isto negotio nuptiali consultantibus, ex Anglia Legatus adest, qui mirum sibi videri aiebat, vt res tanti momenti adeo præcipitaretur, petebatque vt Regina & Heinricus, quibus pari consanguinitatis gradu coniuncta esset, exigua mora interposita illud ipsum tam arduum negotium, acutioribus oculis inspicerent & accuratius perpenderent: Cum autem per legationem istam nihil efficeretur: confestim Nicolaus Trocmartonus missus est qui Leuinium eiusque filium adhortaretur, vt incertum, iam tamen præteritum, diem commeatum haberent & in Angliam redirent, id nisi facerent Reginam ambos ad exilium & bona ipsorum ad fiscum condemnaturam: Quo facto Regina Scotiæ nullam vlteriorem procrastinationẽ magis tutam fore existimabat: & iccirco ad dignitatem futuro marito conciliandam edictũ promulgari curat, in quo Heinricum Stuartũ Ducem Rotesaium ac Rossiæ appellabat: tum Sterlini proceres conuocabat, imprimis autem eos ipsos quos aut consensuros, aut repugnare non ausuros aut denique minime morosos futuros arbitrabatur: Itaq; multi quidem assensum suum in hoc negotio præbuere, hac tamen lege atque conditione:

Legatus Anglicus nuptias Reginæ Scoticæ frustra impedire conatur.

1564. *Ne prisca ac recepta Religio immutaretur*: Sed ex omnibus istis Andreas Stuartus Ochiltrius, nequaquam consentire voluit, vt Rex, qui Pontificiæ Religioni addictus esset, assumeretur: à conuentu autem isto tum Morauius aberat, qui tamen nuptias istas minime damnabat, eatenus tamen quatenus Regina Angliæ consentiret & Religioni priscæ caueretur. Tum horride istius libertatis quęstio agitari cœpta est nimirum; *Liceret ne Reginæ, defuncto marito, alium quem vellet, ex animi sententia, sumere?* Cum autem plærique censerent, in regionum heredibus diuersum & aliud ius esse, quam in priuatis ac plebeiis, quippe cum vna opera & virum sibi sumerent & populo Regem darent, multoq; esse æquius, vt populus fœminæ maritum, quam fœmina Regem vniuersis eligeret. His accessit ad rem accelerandam potentissimum telum *suspicio*: nam maleficarum ex Anglorum & Scotorum regno prædictiones siue vaticinia, multa Regibus imposterum pollicebantur, commoda, si videlicet nuptiæ inter Heinricum Stuartum & Reginam Scotię circa Quintilis mensis finem finirentur: Sin secus contrarium iisdem obuenturum Regibus minabantur: rumores insuper qui de Reginæ Angliæ morte tum temporis spargebantur, die etiam præscripto intra quem Elisabetha moreretur, Reginam Scotiæ nō mediocriter instigabant: Postremo tamen Rizius, fœminam natura precipitem, ad incœptum opus maturandum impulit; Plurimum enim iste, licet contra decorum & omnem æquitatem, apud Reginam gratia pollebat, qua fretus rerum in Regno isto omnium arbitrium sibi soli reseruare contendebat.

Diuersum ius inter hæredes Regios ac priuatos.

Is si

Is siquidem, qui videret, si nuptiæ consentiente Regina Angliæ, & Nobilibus Scoticis, coalescerent, duo suis rationibus potissimum aduersa fore: primum in istis conficiendis nullam suam fore gratiam: deinde Protestantium Religioni, quam euertere conabatur, cautum iri: omnia tamen cum exacte ponderasset, tamdem molitionibus suis perfecit, vt nuptiæ istæ (etiam contra voluntatem Anglorum nec satis æquum Scotorum consensum) in effectum deducerentur. Itaque vt prædictionibus istis, quas commemorauimus, fides tribueretur IV. Kal. Quinctilis Heinricus Stuartus Mariam, maximi ac potentissimi quondam Regis coniugem & amplissimi Regni hæredem, matrimonio sibi iungit, & die postero Edimburgi, pro more & consuetudine recepta, publico elogio Reges proclamantur: factum id est in absentia principum quasi Nobilitatis, vtpote; Iacobi Castri Eraldi Ducis, Gilesij Argatheliæ, Iacobi Morauiæ, Alexandri Glencarniæ, Andreæ Rotusiæ comitum & aliorum adhuc quamplurium: qui postquam per fœcialem citati, non comparuissent, omnes ad exilium condemnati, & inimici eorum (quod maius odium conflauit & rei asperitatem mirum in modum auxit) ad aulam Regiam accersiti sunt: paulo post Reges rebus ad rebellium coactionem comparatis, Glascuam cum armata manu militum venere & per fœcialem rebelles, Perseti commorantes, arcem Hamiltoniam dari postulant; cum illa denegaretur ad prœlium se expediunt: factionis aūt aduersę Duces, non eiusdē mentis erant, sed sententiis inter se discrepabant: nam Hamiltonij 1564.

Heinricus Stuartus Rex Scotiæ aduersus Regni Rebelles expeditionem suscipit.

1564. nullam pacis firmam rationem esse contendebant, nisi Regibus sublatis, priuatorum quippe simultates sæpe laborum tędio deponi aut iniurias magnis emolumentis compensari, regum vero inimicitias numquam nisi morte extingui: econtra vero Morauius & Glencarnius, qui intelligebant eos non Regni incolumitatem sed priuatas spectare opes, vt qui Regina extincta proximi hæredes essent, à cæde & Hamiltonij imperio, quod nuper crudele & auarum experti fuerant, abhorrebant & mitiora probabant consilia, consultiusque factum iri dicebant, si mala nascentia mitioribus remediis tollerentur; Semper enim in Scotia vsu receptũ & posteris ad imitãdum propositum fuisse, vt in vita Regum & moribus occultiora vitia dissimularent, dubia mollius interpretarentur, manifesta autem eatenus ferrẽt quatenus perniciem publicam secum non traherent, quæ etiam sententia primas tum temporis obtinuit. Itaque proceres extenuatis viribus tempori obsequendum rati, Hamiltonium ac postridie Edimburgũ proficiscuntur: inde cum ab arce infestarentur, nec amici è longinquis regionibus tam celeriter quam res postulabat, conuenire possent, regiis prope vestigiis eorum inhærentibus, auctore Ioanne Maxuallio Hæresiano, Dunfrisium versus tendunt: Reges vero retro Glascuam reuersi (Leuiniæ comite in regionibus ad hibernum occasum vergentibus vicario relicto) Sterlinum & inde in medium Fifam progrediuntur & partim adacta in fidem Nobilitate aliis, qui in Angliam secesserant, varia pœna mulctatis, con-

uentus

uentus iuridicos ad inquirendas rebellium reliquias indicunt. 1564.

Postea exercitus Edimburgo eductus Drunfrisium versus iter ingreditur: vbi Maxuallius homo solertissimus manuque consilioque promptissimus, venientibus, quasi pro partib. supplex, procedit obuiam, & postquam gratiam de parte patrimonij soceri sui impetrasset ad suos reuertit, ostenditque nihil amplius in se opis esse, quare illos velle admonitos, vt quisque sibiipsi consuleret, & in Angliam se reciperet, quo mox illos secuturus sit. Ita factio ista rebellium euanuit. Rebus itaque pro arbitrio constitutis, Reges Edimburgum reuertuntur & conuentus in proximum mensem Mart. indicunt, quibus bona exulum siue profugorum in Angliam publicarentur, nomina Nobilium albo eraderentur eorumdemue insignia lacerarentur ac confringerētur. Interim autem Rizius aulam proceribus vacuam nactus, nihil ad augendam ac amplificandam suam potētiam prætermittebat, continuoq; apud Reginam instabat, vt factionū Principes & Antesignanos è medio tolleret, ad quod patrandum stipatorum operam esse perquam necessariam: Sed quia stipatores isti ex meris Scotis constabant, quos in cędem Scoticorum procerum minime consensuros, sciebat, de natione Germanorum, fida Dominis suis gente, apud Reginam mentionem fecit: postea cum rem diligentius & exactius apud se perpendisset, commodius id rationibus suis existimauit, si Italos conterraneos suos accerseret, quos perinde magis in sua potestate futuros credebat: ad hæc homines ad quod-

Rebelles Scoti in Angliam se recipiunt.

uis

1564. uis facinus promptos, sub Regulis natos & educatos, bellis nefariis assuetos & qui procul domo in Britannia nihil charum haberent, ad res turbandas magis idoneos iudicabat: Igitur è Flandria vicina accersiti vagi milites, sed singuli fere & per interualla, vt res isto modo eo facilius lateret. Ita crescente indies Rizij apud Reginam potentia, sensim apud eam Regis auctoritas vilescebat: nam post præcipitatas istas nuptias, illico pœnitentia subsecuta est quod omnib. mox haud obscuris indiciis: nam cum in acclamationibus vir eius Rex publice pronunciatus esset: postea in diplomatis Regis & Reginæ nomina apposita sunt, & mox nomine vtroque seruato, ordo mutatus est, ita vt reginæ primo, Regis autem nomen secūdo loco poneretur: tamdem causata viri, frequentem venationibus occupati absentiam, qua fieret, vt multa, aut nō idoneo ac iusto suo tempore fierent, aut omnino prætermitterentur, obtinuit, vt ipsa pro ambobus subscriberet, Rizio, quo res indignior esset, ei substituto, qui publica diplomata ferreo typo, loco Regis signaret. Ita Regem omni dignitate spoliatum, vt cuius nec amicitia cuiquam esset fructuosa, nec ira formidabilis, ad maiorem contemptum asperrima hyeme Peblium ablegat, vt ita procul à consilio & publicorum negotiorum conscientia abesset, & omnium beneficiorum gratia, ad ipsam solam redundaret: Rege itaque hunc in modum remoto Rizius ex suæ obscuritatis latebris producitur, eumque Regina, vt etiam domestico honore magis magisque ornaret, mensæ conuictorem quotidianū adhibuit, ante aliquot men-

Rizij potētia accreuit & Regis Scotici auctoritas apud Reginam econtra vilescit.

ses.

ses, popularitatis specie, more introducto, vt plures ipsius tabulæ Regiæ assiderent auctoque eorum numero, vt in multitudine conuictorum locus Rizio minus esset inuidiosus: Sed mox idem iste numerus diminutus est, & iam assuetis insolentię spectaculi cunctis, ille cum vno & altero quotidianus conuictor adhibebatur; angustia etiã loci cum inuidię consultum existimaret, quippe in Cellula aut etiã apud Rizium ipsum epulabatur suspicionem auxit: & iam non belli sermones inter Regni proceres miscebantur, quod homo externus cultu supellectile, comitatu supra fortunã & Regem etiam ipsum, excelleret, passim frementes, cum Regina muliebri impotentia, illi ius suffragij in cõcilio attribuere, sibi in animum induceret, quod si faceret, illud deinceps se ad nutum circumacturam confidebat: ad id vero opibus ac titulis opus erat, ne inops & mercenarius senator, è sordibus ad tantum honorem euectus videretur: Sed cum nec precib. multo minus minis adhibitis, ab antiquis possessoribus impetrare potuisset, vt ad egenum aduenam ditandum & ornãdum prædiis ac dignitatibus cederent, eo magis ipsa inflãmari, populus contra indignari cœpit, plerisq; è seniorib. memoria tēp[9] illud repetẽtibus, quo Cocheranus, Regis fratre per summũ scel[9] occiso, è latomo Marrię Comes fact[9], belli ciuilis ea excitauit incendia, q̃ non nisi morte Regis ac pęne totius Regni interitu sunt restincta. 1564.

Cocheranus è latomo Marriæ Comes factus, bellum ciuile excitauit.

Quanquam autem Rex, qui ad vxorem reuersus erat, iis rumorib. maximopere offenderetur, nihilominus tamen rem istã de vxore suo sparsam, credere noluit donec ipsius omnem rei seriem pręsens

1564. explorasset, verum postquam intellexisset Rizium Reginæ cubiculum fuisse ingressum: ipse ad ostiolum, cuius clauem semper penes se habebat, propius accessit: Sed cum animaduerteret illud, contra morem, oppessulatum esse, & insuper nemo ipsi interroganti responderet, multo minus ostiũ aperiret, ex eo magnam irarum molem apud se concoxit, & integram ferme noctem insomnem duxit: Postero vero die re cum fidissimis sibi à consiliis communicata, de tollendo Rizio consilium iniit, Regina tamen non omnino inscia, quæ eum aliquoties, postquam illum arcanorum consciis interfuisse intellexerat, acerbe admodum increpuit, domesticis eius grauiter interminata; frustra eos consultare, se omnes illorum machinationes scire, & remedium in tempore adhibituram: quibus interminationib. non solummodo Regi, sed & omnibus rei istius cõsciis terrorẽ incussit: quocirca Rex ad consilium suum accelerandum impellebatur: Itaq; postquam clandestinas suas molitiones Matthæo parenti Comitis Leuiniæ, detexisset, vnus eis malorum exitus visus est: si videlicet illa pars Nobilitatis quæ aderat, reconciliari & quæ aberat reuocari posset, quam vtramque Rex vxori obsecutus, temere à se alienauerat: ast festinatione opus erat, præsertim cum comitiorum dies instaret, quibus Regina proceres istos absentes proscribere decreuerat, & Rizius singulos circumiret animosque illorum pertentaret, quid de iis quisq; esset decreturus, si Princeps sententiam rogaretur: promissis minas admiscens, vt quemquam metu vel spe duci intelligebat: quo magis sibi maturandũ Rex

ex parentis consilio Iacobum Duglassium Mortonij Comitem & Patricium Lindesium vtrumque, ex vtroq; latere sibi coniunctum accersit, qui rem cum Patricio Rueno homine fortissimo manuque consilioque promptissimo, sed ex diuturno morbo viribus adhuc debili seu infirmo, conferunt: Ab illis itaq; Rex fuit admonitus; quantum nimirum temporibus proximis errasset, quod præcipuam Regni Scotici Nobilitatem expulisset, idque solummodo in nequissimi nebulonis gratiam, illumque terræ filium tantopere extulisset, vt ipse iam ab eo turpiter contemneretur: qui culpam suã agnoscens, affirmauit se nihil absq; Nobilitatis consensu imposterum facturum; verum illi adolescentis vxorij ingenium veriti, ne blanditiis deceptus cum certa ipsorum pernicie pacta inficiaretur; capita, in quæ consenserat scripta ei exhibent, quæ erant de Religione constituenda, sicuti in reditu Reginę in Scotiam, cautum erat: de exulibus nuper pulsis in Regnum reducendis: de cæde Dauidis Rizij, quo saluo, Rex neque dignitatem, neque Nobilitas incolumitatem tueri posset; quibus omnibus Rex libentissime & perquam cupide subscripsit, cædis se auctorem professus: quo facto & reliqui omnes manibus suis subscripserunt, statimque vt procerum absentium condemnationi præuerterent, ac ne mora, consilium istud de tollendo Rizio secretum, forsitan euulgaretur, facinus illud in effectum deduci, placuit. Cum itaque Regina in cellula angusta, cum ipso Dauide Rizio & Argatheliæ Comitis vxore, cænaret, tum Rex ex cubiculo suo (quod infra Reginæ cubiculum erat) per 1564.

Rr scalas

64. scalas angustas, per quas nemini, prætérquam sibi soli patebat transitus ascendit, quem Patricius Ruuenus & ad summum quinque Comites illico sequebantur; dum interea Mortonius magno familiarium suorum numero stipatus, in extimo cubiculo ambularet, dispositis in subsidiali area fidissimis, qui, si qui motus interuenirent, præsto essent: Ad ingressum Regis ac Ruueni, ex diuturno morbo, squalidi ac macilenti, & tamen armati (quem astantes ex febre delirare credebant) conspecti, Regina commotior, cum quid rei nouæ esset, percunctaretur: Ruuenus verso ad Rizium sermone eumque surgere ac prodire iussit, indignum enim esse quod illo in loco sederet: quod cum Regina audiuisset, quod rei esset facilime coniectura assequi potuit: quocirca surrexit & propria obiectione sui corporis, aduersus aduentantes Rizium defendit: Sed Rex eam complexus bono animo esse iubet, nam nihil sibi metuendum esse, tantum cædem vnius nebulonis decretam esse: dein Rizius à coniuratis primum in proximum, secundo in exterius cubiculum pertractus, & ab iis, qui cum Mortonio erant, multis vulnerib. confoditur, præter Ducum voluntatem, qui eum publice strangulari & gratissimum populo spectaculum exhiberi malebant. Primum vulnus à Georgio Duglassio, Angusiæ Comitis filio notho inflictum, veram Mathematici prædictionem approbauit, qui Rizium præmonuerat, quod illi periculum à notho immineret: verum ille de Morauio illud interpretatus, nothumque illum se viuo eam potentiam, vt sibi metuendus esset, minime habiturum

ex
im
ian-
vul-
,
ibus
tur.

respon-

respondit: secundum Georgius, vt quis proxime steterat; Princeps feriebat, vel dolori suo indulgens vel in publicæ iniuriæ vltionem quasi socium ascribi cupiens. Huntilæus vero, Atholius & Bothuelius, Comites, qui in diuersa Palatij parte cœnabant, & tumultum exaudissent, cum erumpere vellent, absque noxa sunt, à præsidio cohibiti: Peracta sic cæde & Regina ipsa ex cellula in cubiculum progressa est: quam paulo post Ruuenus quoque, rigidus libertatis vindex subsecutus est, inque cubiculo sedens potum sibi dari petiit: quod Regina in eum vt perfidum ac proditorem recenti dolore inuecta ad iniuriam suam pertinere existimans; inter alia eidem Ruueno exprobrando obiecit, quod se stantem sedens alloqueretur: cui is respondit: nullam id ob superbiam, sed ob virium infirmitatem factum esse: postremo itaque illam grauissimis verbis adhortatus est, vt in Regno administrando Nobilitatem potius (cuius salua esse omnia intersit) quam vagabundos istiusmodi nebulones, tueatur: adiecta clausula, illos ipsos errones nullum suæ fidei pignus dare posse, cum neque in reipsa nec in fama quicquam habeant quod possint perdere: imo, inquit vlterius: Legitimum esse Scotorum Imperium nō vnius libidine, sed ad legum præscriptum & consensu Nobilitatis olim Regi solitum: ita vt qui contra quicquam attentassent; condignas ac meritas suæ temeritatis pœnas semper luisse: neque nunc ita Scotos à Maiorum suorum institutis degenerasse, vt exteri hominis, quem vix honeste seruum essent habituri; non modo imperium,

1564.

Ruuenus cadem in Ruzio perpetratam, apud Reginam excusat.

1564. sed seruitutem æquo animo ferre possent: quibus sic dictis, cum Regina vltra modum excandesceret, ne maior aliquis mot⁹ oborireretur, dispositis locis idoneis custodibus socij ac confœderati isti discesserunt. Cum vero ad primum istum tumultum populus accurrisset, Rex per fenestram se populo conspiciendum præbuit, illique præsens significauit, se ac Reginam esse adhuc incolumes, quocirca nullam tumultuandi causam subesse, & quicquid actum suo iussu factum esse, id quale fuerit, opportuno tempore se illis significaturum: quo dicto, cum singuli domum abire iussi fuissent, quisq; se ad suos rursum recepit.

[Re]gina Scotia in percussores Rizij animaduertit, eius[que] [...]mus ca[d]auer in monumen[tum] maio[ru]m suorũ [tr]ansfert.

Die postero proceres ex Anglia reuersi, sicuti à Rege moniti fuerant, ad dicendam causam in prætorio vrbis se sistunt: verum nemine ex aduersa parte aduentante eosdemue accusante, publice testati sunt non per ipsos stetisse, quo minus publico iudicio se commisissent, ideoque in diuersoria sua reuersi sunt. Regina vero vt custodes appositos falleret, Morauium fratrem suum accersiuit, cumque cum eo aliquantulum collocuta fuisset, eidem pollicebatur se post id procerum potestati se subiecturam: verum laxiore custodia habita noctu per posticum egressa, cum Georgio Setonio, qui ducentos equites secum adduxerat in eius arcem atque inde Dumbarum profecta est, quo & Regem simul deduxit mortemque ei, nisi paruisset, minata est, cumq; illic se cum proceribus exulibus reconciliatam esse simularet, in Rizij percussores impetum conuertit, in quos vt legibus liberius animaduerteret, nõ sine multorum risu per preconẽ antea

edici

edici curauerat, ne quis, Regem Rizianæ cædis vel conscium vel participem esse, diceret: Dehinc magna seueritate quæstio fuit exercita: multi enim variè puniti, pleriq; etiam innocenter, non absq; multorum magnorumq; virorum indignatione, capite luerunt: auxit insuper facti inuidiam, quod Regina nõ contenta, hominem ignobilem, neq; aut honestis studiis aut opera in Rempublicam insignem, ad tam inuidiosos honores euexisse: tamdem superante post periculum impotentiam, veluti iam rebus omnibus pacatis, demortui cadauer, quod ante templi vicini fores sepultum erat, de nocte transferendum ac in sepulchro Regis parẽtis eiusque liberorum, iuxta Magdalenæ filiæ, paulo ante Reginæ corpus, collocandum curauit. Hic exitus fuit Dauidis Rizij, qui aureæ istius Regulæ; 1564.

(Viue tibi quantumque potes prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit:)

cum tragico vitæ suæ dispendio, prorsus fuit immemor: Simile & maximũ inconstantis Fortunæ exemplum expertus quoq; est *VGOLINVS GIRADESCVS PISANVS*; (vt testatur Paulus Æmilius lib. 8. de reb. gestis Francorum, quod huic paginæ, ob conuenientiam historiæ præcedentis, inserere volui) Is enim, tamquam Guelphorũ Princeps, Dux & Coryphæus, Gibellinis ab initio pulsis, partim perculsis, ad tantam domi potentiam euectus fuerat, vt nutu suo omnia, ac quidem pro habitu & arbitrio, administraret, patriæque Dominus & esset & ab omnibus haberetur, diuitiis, Nobilitate, ingenij fama, authoritate vigens: vxore, filiis, nepotibus, & omnib. in vita bonis appetendis

Fortunæ inconstantis tragicum exemplum.

1564. circumfluens; beatus, felix & cæteris & sibi visus, eorumq; cogitatione perfrues, lætus, fidens, etiam illorum commemoratione gaudebat: In festo frequentiq; natalis sui celebrandi conuiuio, ad quod omnes suos inuitarat adhibueratq;, dum fortunam suam ipse fando effert, admiratur & ambabus quasi manibus, vt prouerbio dici solet, ad cœlum attolleret: quempiam amicorum suorum nomine Marcum, ecquid tamdem abesse sibi videretur, interrogare ausus est? Ille, vel reputatione rerum humanarum, quam fluxa nimirum fallaciq; spe omnes istæ circumagerētur, vel mēte diuinitus admonita, *SOLAM IRAM DIVINI NVMINIS, A TAM SECVNDIS REBVS PROCVL DIVQVE ABESSE HAVD POSSE*, sapientissime respondit: Et necesse erat in vnum hominem, aduersam fortunam nondum expertum, congesta bona, ingenti calamitate excipi. Cum enim Guelphorum vires iam consenescerēt: Gibellini Giradesci illius ædes circumuallādo obsident & tamdem expugnant: Quo facto, vnum ex filiis & vnum nepotem resistere & vim aduersariorum repellere conantes, trucidant: ipsum vero Giradescum duosq; præterea filios & tres eius nepotes comprehensos turri includunt, eiusdemq; foribus obseratis; claues in Arnum * præterfluentem deiiciunt. Ibi fama in oculis, parens siquidem moriens, pignora in gremio suo morientia vidit; vociferanti exposcentique, vt humanis suppliciis exigendis inimici contenti essent, Giradesco, eidem nec sacrosancti viatici copia ab hostibus concessa est: Recte itaq; & sapienter monet Valerius Maximus, caduca & fragilia, puerilibusque crepundiis

Prudentissima ac verissima Marci ad superba Giradesci interrogata, responsio.

** Fluuius est Tusciæ rapacissimus qui ex Apennino oritur & Florētiam alluens in Tyrrhenū mare effluit.*

consentanea esse, quæ vires atq; opes humanæ vocantur: *Affluunt, inquit, subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona, stabilibus nexæ radicibus consistunt: sed incertissimo Fortunæ flatu huc atque illuc acta, quos in sublime extulerunt, improuiso decursu destitutos, in profunda cladium miserabiliter immergunt: Itaque neq; existimari, neque bona dici debent, quæ inflictorum malorum amaritudine desiderium suum duplicant.* idipsumq; elegantissimis suis versibus confirmat iste Tragicus, dum inquit: 1564. *Vide plura de Arno apud Plinium.*

Vos quibus Rector maris, atque terræ *Seneca in Thyeste.*
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosque vultus.
Quicquid à vobis minor extimescit,
Maior hoc vobis Dominus minatur:
Omne sub Regno grauiore Regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimirum secundis,
Nemo desperet meliora lapsus.
Miscet hæc illis, prohibetque Clotho,
Stare fortunam rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Crastinum vt possit sibi polliceri.
RES DEVS NOSTRAS CELERI CITATAS
TVRBINE VERSAT, &c.

In Gallia hoc eodem tempore noua Regiarum litterarum rescripta, denuo publicantur, quibus edicti istius obseruatio omnibus & singulis seuere admodum imperabatur, & cum violatoribus tum ipsis etiam Magistratibus conniuentibus grauissimæ pœnæ denuntiabantur: Summa autem Rescri- *Noua edicta Regia in Gallia.*

1564. ptorum istorum Regiorum erat: *Velle Regem, vt omnes subditi sui concorditer viuerent, illiusque concordiæ regulam ac normam edictum iubet, cum omnibus istis declarationibus, quas non ita pridem edidisset: Hoc vnum ergo se vehementer edicere atque imperare: ne secus facientes, potentiam suam tandem, ad exitium suum aliquando experiantur, & iis, qui bonitate sua abusi fuissent, serior sit pœnitentia.* Mittitur quoq; Viilleuillius Marescallus Turonum, vt de seditiosis istis, qui Protestantium turbas adeo crudeliter mactauerant, condignas suo scelere pœnas, exigeret: at omnia ibidem ita acta & actitata sunt, vt (cum Marescallus ex suorum mandatorum præscripto se acturum diceret remque arcessere demonstraret) subsecutus illum sit Chauignius, ex profligatorum hominum numero, qui Marescallo aperte & per vim repugnãs, commodam nihil agendi occasionem, aduentu isto suo, obtulerit, quasi (si res vlterius vehementiusque fuisset deducta) ad nouum motum, exacerbatis potentiorum & maximi numeri oppidanorum animis, inclinatura videretur. Itaq; Marescallo, re infecta, ad aulam reuerso, rerumque gestarum rationibus explicatis; Regina Chauignio, ob rem hoc ipso tempore gnauiter gestam, luculentissimam mercedem persoluit, eumdemq; magni momenti muneribus gerendis & legationibus obeundis præfecit, quasi id hominis solertia & industria optime commeruisset.

Cardinalis Lotharenī expeditio armata, periculoso exitu confunditur.

Interea Cardinalis Lotharenus, in suæ ditionis ædibus, quæ non procul à Lutetia distant, à clientibus suis multipliciter circumstipatus, adhuc commorabatur, sed aliquando, seu vel noui quiddam

moli-

molitetur, seu Pontificios, pro more & veteri sua consuetudine, sua præsentia denuo confirmaret & vice versa, Protestantium Religioni addictos animos, insolito suo isto aduentu consternaret, Luteriam aliquando, maiore hominum, & quidem armatorum, numero, adire instituerat. Vrbis autem custodia ac administratio, Mommorantio primo isti Marescallo tum temporis demandata fuerat: Quocirca cum de inconsueto isto Cardinalis aduentu certior factus esset, illum subito admonuit, quod inter istas animorum conuulsiones, Rege, insuper tam procul absente, periculosum esset, si tanto numeroso armatorum numero ad vrbem tenderet: Quapropter se illum perquam amicè ac humaniter orare, vt ab incepta ista insolita expeditione, suspectoque ad vrbem aduentu, desistat, sin minus, sese suo officio minimè defuturum; Cardinalis vero illud Marescalli responsum, (ob innatam suam ergo Mommorantziorum familiam simultatem ac inimicitiam,) non solummodo ægerrimè tulit, siue in deteriorem partem interpretatus est, verum etiam maiore comitatus numero ad vrbem perrexit: cui confestim Mommorantius cum suis occurrit, atque ex iis sciscitatus est, cuiusne mandato istam expeditionem suscepissent, & an nesciant id contra Regia edicta fieri? Respondentibus autem, id iussu Cardinalis Lothareni factum: illis vicissim imperauit Mommorantius, vt absque vlla cunctatione atque mora, arma quamprimum deponerent, & à suis abducerentur, vt de illis, ex Regiorum interdictorum præscripto, pœnam, sua temeritate condignam, sumeret: Quo dicto Cardi- 1564.

1654. nalitii perterriti & huc illuc palantes sese ad tutiora recepere: Cardinalis & ipse, cum suos ita dispersos cerneret, cõsternatus, & in domum quamdam sibi noti mercatoris, se proprípuit. Cum vero istis in ædibus sibi non adeo tutus videretur, vicinæ domus parietes effringi iussit, vt ita longius aufugere & tutius receptaculum sibi posset acquirere. Ita ridiculo & pudendo exitu Cardinalis expeditio disturbata fuit: vulgus enim non dumtaxat, publicis vocibus sed etiam effictis ad id rem, cantilenis, infamiam istam decãtabat: imprimis quoniam Cardinalis exonerato pauidius aluo (ignosce nobis, lector candide, diu enim typis quoque publicis diuulgata, solũmodo hic repetimus) timorem suum contra decorum ostentasset: Hanc itaque rem cum stolide ac temere gessisset Cardinalis, indignabundus in Lotharingiam rursum descendit, & ab S. Rom. Imperii principibus ac ordidinibus efflagitat, vt in numerum principum Imperii cooptaretur. Hinc collectis aliquot militum agminibus, Salsedum Hispanum veterem eius famulum, quod mandata sua non satis perfecisset, armis persequitur: ast cum iste intra mœnia oppidi, quod iussu ac mandato Regis, tamquam præsidii custos, tenebat, Cardinalis conatibus quam facilime posset resistere: Cardinalis rursum re infecta, nec non sine maximo ludibrio, arma deponere coactus est.

...imprimis ...stinctu ...urdillonis ...arescallo ...suis adi... ...bus occi...tur.

Hæc cum Lutetiæ à Mommorantio & Cardinali Lothareno gererentur, Burdillo Marescallus

in

in Aquitaniam, Regem secutus, proficiscitur; vbi in omnibus locis, quæ à Rege inuisebantur, imperia de colenda, ex Edicti Regii præscripto, paceac concordia, nomine Regio repetebantur: ideoque non immerito istis in locis, motus pertimescebantur, præsertim cum protestantes ibidem iniuriis admodum, paratissimis licet animis, persequerentur: Inter illas tamen pacis colendæ rationes obseruandas, nihilominus Riuierius, apud Protestantes vir magni nominis, in sua domo à sicariis, qui specie visendi illius in ædes intromissi fuerant, trucidabatur: cuiusnam perpetratæ cædis auctor, Burdillo Marescallus publice insimulabatur, quoniam ex veteri simultate, Riuierium, ex cætu protestantium, vnicum, ad noui aliquid suscipiendum, esse opportunissimum, iamdudum præcognouerat. Rex itaque cum aliquā delphinatus sui partē iā inuisisset, Valentiæ Montiliiq; summa cum magnificentia excipitur: inde Orengium progreditur, vbi aures ipsius variis vrbis desolatæ querelis, replebantur: Sed Auenionem postquam peruenisset, miris ac exquisitissimis voluptatum generibus (in Reginæ gratiam, adolescentis illius animum istis illecebris mature imbuere conantis.) Auenionensium oppidanorum, Italorumque vrbi illi, ex mandato & auctoritate summi Pontificis, imperitantium studiis, exceptus est, vbi nec è puellarum amoribus, à spurcæ libidinis artificibus temperatum fuit: Quapropter cum & Reginæ Nauarræ filius, princeps Bearnensis in comitatu isto quoque Regis esset, à 1564.

Regina

1564. Regina matre diligenti ac debita cura coercebatur, ne istarum aulicarum decipularum laqueis irretiretur: absque omni enim dubio, Regia ista matrona perspectum habuit, aulicarum istarum libidinum irritamenta, non tam corpori, sed & quod maximum, animo obesse, & ob id plerumque virum, secundum Poetam elegantissimum, eripi, sic canentem;

vide Claudianum in laudibus Stilliconis paneg. 2.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus,
Membraque circeis effœminat acrius herbis:
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla
Interius, fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, tornos auro circumlinit hydros.
ILLA VOLVPTATVM, MVLTOS, INTEXVIT HAMOS.

Elegantissima & verissima voluptatis descriptio.

Et vt iste, voluptatis speciem ingeniosissimè depingens, illud de suo mihi largiatur, cum inquit: *Somnia beati sunt quibus aura mundi benignè spirat, vt nihil absit, quod petat vel optet voluptuosa vita; qua fruentes, per hoc inane seculum; mox rebus auolantibus secundis, more soporis in angore languentes lachrymando clamant: HEV TRISTE FATVM: CITO FVGIT VOLVPTAS: CVRA DVRAT.* Plures quoque Vino & Venere, quam ense, cadere, doctissimus ille Reusnerus, singulare nostræ Germaniæ decus ac ornamentum hisce testatur versibus, inquiens:

Emblem. 10. pag. 79

Sæua ferox que licet, posito Panthera Lyæo
Ebria captiuas dat sine lite manus.

Quem Mars haud vincit ferro, sine robore vincit
Compedibus, Bacchus saepe Venusque suis. 1564.
Crine potens Simson, inuictus robore quondam,
Pellicis infamis victus amore perit.
Magnus Alexander, dux insuperabilis armis,
Occidit Herculis haustibus, ante diem.
Annibal à Latio superator milite Poenus,
Assiduo luxu languidus, atque mero:
PLUS VENUS ET VINUM, QUAMVIS, FERRUMQUE NOCERE
SAEPE SOLET: MEDIUM QUI TENET, ILLE SAPIT.

Perlustrato Delphinatu Rex in Prouinciam recta contendit, & inuisis Arelate atque Aquis nobilibus oppidis, Massiliam adit magnificeque ibidem excipitur naualibus spectaculis maximoperè delectatus: In ista itaque Regione Protestantes mediocri pace atque tranquillitate fruebantur, opera ac industria Morsani Praetoris, viri optimi ac integerrimi, qui à Senatu Parisino cum nonnullis Consiliariis, ad infinitas turpesque Prouincialium intemperies coercendas ac plectendas, ad illa loca ablegatus fuerat. Ille itaque quo commissum suae fidei munus sedulo exequeretur, Senatum Aquensem, quod ad perpetranda ista scelera, impunitate reorum, ansam praebuisset, primum ad tempus amouit, insontesque coepit agere. Quo facto plurimi pedibus ac fuga salutem sibi quaesiuere: nonnulli tamen & quidem plurimi poenas meritas luere, Pontificiis frustra ringentibus: Nam quod res istae tam manifesta adeo correctione indige-

Rex apud Massilienses magnifice excipitur.

dige-

1564. digerent, & apertæ etiam Massiliensium seditiosorum (quod videlicet portæ vrbis, si Religio ibidem toleraretur vicino Hispaniarum Regi, propediem essent futuræ peruiæ) minæ exaudirentur, ideo Regina commerita ista supplicia palam improbare minime poterat; imo & querentibus apud eam protestantibus, pœnas illas venditabat, vt suam, de iure vnicuique reddendo, voluntatem prædicaret. Cum etiam protestantes crebra vehementique postulatione, locum ad suæ Religionis exercitium, sibi designari peterent, tandem illis Merindolum (locus in tota ista prouincia ob summam locorum auiorum ac præruptorum difficultatem) ad audiendas verbi diuini conciones, designatum est: idque non sine singulari Dei prouidentia, vt qui locus iampridem veritatem Euangelij, in densissimis etiam tenebris excepisset; & grauissimis etiam calamitatibus perpessis, eandem hanc ob causam insignitus ac celebrior factus fuisset, vt ita ille idem locus; edicti Regij beneficio, tamquam ad protestantium domicilium destinaretur eoque nomine nobilitaretur: Merindolo sic ad exercendam suam Religionem protestantibus concesso, agminatim illuc se conferunt: ad tuitandam autem Prouinciam Morsanus ille, de quo diximus, muneri isti à Rege præficitur, qui tamen paulo post, postquam Senatus Aquensis pristinæ suæ dignitati restitutus fuisset; à Rege reuocatus est.

Iter ad susceptu. Inde repetito itinere Rex Aueniionem reuertitur, ad maturandam profectionem in Oscitaniam; singulis vero oppidis, per quæ transiret, magnifi-

ce ex-

ce exceptus & amplissimis insuper muneribus recreatus fuit, quæ omnia hic recensere non est nostri instituti: Cum autem Nemausum ingressus esset, magnæ conquerentium querelæ ad eum delatæ sunt; adeo vt etiam in ædibus, ad quas Rex diuerterat, populus Iustitiam tamquam à summo suo domino, religionis vero exercitium ab eodem tamquam Rege Christianissimo expeteret: Cumque præ nimio populi eiulatu adolescentis Regis animus inflecteretur, interrogasse illum ferunt, Ecquid rei esset? verum cum illi, qui tum temporis aderant, rem dissimularent, subiratum respondisse aiunt: *Video male tractari meum populum*: ac ad reginam conuersus. *Eccur non satisfit isti populo? Volo domina iustitiam tribui populo meo.* Sed cum illos ipsos seditiosos esse, Regi adolescentis assidue inculcaretur, tandem vniuersa conqueritantium multitudo à Regia custodia vi repulsa est, confestimq; primores Ecclesiæ adesse iubebantur & increpabantur, quod confusæ istæ multitudini, adeo impune ac tumultuarie grassari, permisissent: ne fame omnino à sacrosanctæ Iustitiæ limine repellerentur, querelas suas apud supplicum libellorum Magistros deponere & Monpessulum adesse iubentur vt eorum petitionibus ex præscripto iure responderetur. Monpessulum vero cum Rex peruenisset, similes à Monpessulanis & vicinis protestantibus querelæ repetebantur, qui tamen cum Nemeusensibus B literas remittuntur: sed cum & ipsi Bitterensis Ecclesiæ aliarumq; finitimarũ Ecclesiatũ protestantes varie circumagerentur, demũ Tholosam remissi sunt, sed pari successu: Cõnestabili tã 1564.

multas

1564. multas aduersus filium Anuillium querelas grauiter indignante, nec obscurè, querelarum illarum delatoribus minitante, & eius etiam opera Clausonio Nobili, sedis præsidiariæ Nemausensis Consiliario custodiæ, cum grauis periculi denuntiatione, tradito: Potissimum verò hanc ob causam, quod Anuillii intemperies & moras istas apud Regios Consiliarios liberius demonstrasset: præter infinitas autem Anuillii vexationes, nihil reliqui à Senatu Tholosano factum est, ad Reformatarum Ecclesiarum odium apud Regem conflandum. Istæ fuerunt tantarum iniuriarum emendationes, & istæ denique Regii aduentus omnibus Regionibus afflictissimæ vtilitates.

Ioanna Regina Nauarrea struitur insidia, qua tamen irrito conatu, vrsum euanescit.

Hunc, vt diximus, in modum cum Protestantes in Regno Galliæ, diuersimodè vexarentur, ac variis suppliciorum generibus crudelissimè trucidarentur, Ioanna quoque Regis Nauarræi vidua vna cum Regiis liberis, Pontificiorum technas ac tyrannidem euitare haud potuit, quæ tamen coniuratio singulari Dei beneficio, irrito conatu detecta est. Mortuo enim Nauarræo Rege, æmuli, qui nullam aliam Religionis constituendæ, (quam semper rebus suis tamquam maximè speciosam obtédebāt,) tutiorem ac certiorem viam viderent, quam si Regni Proceres, qui Reformatorum siue Protestantium Religioni addicti erant, de medio tollerent, aut dumtaxat in potestatem suam redigerent. Quamobrem vt isti, Philippi Regis Hispaniarum gratiam, (cuius patrocinium hoc in negotium mirum in modum ambiebāt,) insigni aliquo facinore demererentur, consilium de Ioanna Regina Na-

uar-

narræa Heinrico itidem & Catharina liberis Regis Podii in Bearni pago tum temporis commorantibus, capiendis ac curam inquisitionis tribunali in Hispania sistendis consilium cepere: rei autem istius perficiendæ occasionem inde captauerant, quod sub id tempus Rex Hispaniæ, belli in Africa gerendi causa, magnas copias Barcinonem conuenire iusserat: eoque ardentius huic consilio illum auscultaturum confidebant quod patrato facinore non solum Religioni, (cuius ille se vindicem ambitiosa ostentatione iactabat,) prospiciebatur, sed de Regno Nauarræ, quod iniuste detinebat, etiam transigebatur: sublatis enim legitimis hæredibus, nullam imposterum de eo controuersiam moueri posse. Ita autem composito ordine res facilime regi videbatur si Tarraconem, (præmissa copiarum parte, quæ Barcinone erant,) inde per auia interiectorum montium Podium peteret: sic enim absque vlla suspicione militem induci & nec inopinato matrem cum filiis, absque vllo negotio opprimi sperabant. Itaque propter illud negotium ordinis quidam ductor nomine Dominicus ex Benearni pago, in Aquitaniam missus, iam pridem à coniuratis instigatus & subornatus, qui hominum, locorum atque adeo totius istius Prouinciæ gnarus, cum quibusdam Prouinciæ Regulis communicato consilio, in Hispaniam ad Philippum & Ferdinandum Aluarum Toletanum Albæ ducem, penes quem summa armorum erat, proficisceretur, & negotii magnitudine exposita, temporis commoditate vtendum esse demonstraret: Sed intermedio tempore cum Guisius 1564.

1564. in obsidione Aureliani, vt diximus, vltimum diem clausisset, non tamen vel eo casu moniti aduersarii, ab incepto destitere. Itaque Dominico isti, qui in Aquitania interea substiterat, rursum datum negotium, vt iterum Hispaniam accelararet, & olim data mandata tandem persequeretur: Quo audito ille Burdigala ad Albanum, qui illo tempore Albam ex permissu Regis secesserat, recta tendit, cum eo sæpius collocutus reque diligenter pōderata atque pensitata, ad Regem Hispaniarum remittitur, eique Comes adiungitur Franciscus Alaba, qui postea oratoris munere apud Franciæ Regem functus est. Philippus autem Rex Hispanus eo ipso tempore Musonii erat loco, ad Catalauniæ, Arragoniæ & Valentiæ Regnorum Comitia peragenda, destinato: cumque Alba Musonium tendens Dominicus, Madriti, qua in itinere transeundum erat, ob grauissimum morbum subsistere coactus est, p̄missoo interea Alabensi, qui ei ad Philippum pararet aditum: dum autem febre periculosissima laboraret Dominicus Annas Hesperius, Neraci natus ex Elisabethæ Philippi Regis domesticis, homo probus, ab hospite ad eum introductus est, qui sedula ope ægrotum, omnibusque humanitatis officiis subleuauit, ac ob id in penitissimam eiusdem amicitiam deuenit: Cum vero ægrotus iste ordinum ductor Dominicus, à quibus missus esset, profiteretur, ei hoc nomine summam gratiam habituros eos diceret: ille auditis coniuratorum nominibus aliquid monstri suspicatus, dissimulatione summa vsus est, &, quasi illorum par-

Annas Hesperius Dominicum ægrotum omnibus humanitatis officiis prosequitur.

dibus faueret, sciscitari ab eo cepit causam istius 1564.
profectionis, quam postremo ab homine, parum cautæ, aut certè morbo debilitatæ mentis, facilè didicit, cumque operam suam polliceretur, etiam mandatorum ipsius copiam à Dominico isto impetrauit: mox grauitate negotii apud se perpensa, quomodo præsenti malo in tempore posset obuiam procedere, animo agitare cepit: & optimum factu ratus, si re cum Sanctephano præceptore, & magno Reginæ Eleemosynario communicata, id ad ipsam postea referret. Itaque cum hæc ad Eliesabetham retulisset, illa facti atrocitate perculsa, & alioqui summa non solum propinquitatis, sed etiam amicitiæ necessitudine cum Ioanna Regina Nauarræa vidua, coniuncta, illachrymasse fertur: cumque eius periculum ad totius Regni dignitatem & incolumitatem pertinere existimaret, protinus ad Ioannam Eberardum Sansulpicium oratorem Regium, qui tum temporis Musonii commorabatur, dat litteras occultis notis scriptas: imo Sanstephanus ipse, iussu Reginæ ad Sansulpicium scribit & de hospitio, (ad quod Dominicus iste diuersurus esset,) specie habituq; & amictu hominis ab Hesperio edoctus, eum per litteras de totius rei serie certiorem facit; quas litteras tanta diligētia & fide homo ad id ab Eleemosynario delectus, ꝑtulit vt Dominici aduentū Musonii pręuerteret. Sansulpicius his litteris instruct⁹ ad diuersoriū fidos ex suis mittit, agnitoq; ex notis designatis Dominico, eius quoq; itus ac reditus per homines dispositos obseruari curat: & ter quidem nocte intēpesta Dominicum ad Philippum Regē

1564. in obsidione Aureliani, vt diximus, vltimum diem clausisset, non tamen vel eo casu moniti aduersarii, ab incepto destitere. Itaque Dominico isti, qui in Aquitania interea substiterat; rursum datum negotium, vt iterum Hispaniam accelararet, & olim data mandata tandem persequeretur: Quo audito ille Burdigala ad Albanum, qui illo tempore Albam ex permissu Regis secesserat, recta tendit, cum eo sæpius collocutus reque diligenter pōderata atque pensitata, ad Regem Hispaniarum remittitur, eique Comes adiungitur Franciscus Alaba, qui postea oratoris munere apud Franciæ Regem functus est. Philippus autem Rex Hispanus eo ipso tempore Musonii erat loco, ad Catalauniæ, Arragoniæ & Valentiæ Regnorum Comitia peragenda, destinato: cumque Alba Musonium tendens Dominicus, Madriti, qua in itinere transeundum erat, ob grauissimum morbum subsistere coactus est, p̃misso interea Alabensi, qui ei ad Philippum pararet aditum: dum autem febre periculosissima laboraret Dominicus Annas Hesperius, Neraci natus ex Elisabethæ Philippi Regis domesticis, homo probus, ab hospite ad eum introductus est, qui sedula ope ægrotum, omnibusque humanitatis officiis subleuauit, ac ob id in penitissimam eiusdem amicitiam deuenit: Cum vero ægrotus iste ordinum ductor Dominicus, à quibus missus esset, profiteretur, ei hoc nomine summam gratiam habituros eos diceret: ille auditis coniuratorum nominibus aliquid monstri suspicatus, dissimulatione summa vsus est, &, quasi illorum par-

Annas Hesperius Dominicum ægrotum omnibus humanitatis officiis prosequitur.

dibus faueret, sciscitari ab eo cepit causam istius 1564.
profectionis, quam postremo ab homine, parum
cautæ, aut certè morbo debilitatæ mentis, facilè
didicit, cumque operam suam polliceretur, etiam
mandatorum ipsius copiam à Dominico isto impetrauit: mox grauitate negotii apud se perpensa, quomodo præsenti malo in tempore posset obuiam procedere, animo agitare cepit: & optimum factu ratus, si re cum Sanctephano præceptore, & magno Reginæ Eleemosynario communicata, id ad ipsam postea referret. Itaque cum hæc ad Eliesabetham retulisset, illa facti atrocitate perculsa, & alioqui summa non solum propinquitatis, sed etiam amicitiæ necessitudine cum Ioanna Regina Nauarræa vidua; coniuncta, illachrymasse fertur: cumque eius periculum ad totius Regni dignitatem & incolumitatem pertinere existimaret, protinus ad Ioannam Eberardum Sansulpicium oratorem Regium, qui tum temporis Musonii commorabatur, dat litteras occultis notis scriptas: imo Sanstephanus ipse, iussu Reginæ ad Sansulpicium scribit & de hospitio, (ad quod Dominicus iste diuersurus esset,) specie habituq; & amictu hominis ab Hesperio edoctus, eum per litteras de totius rei serie certiorem facit; quas litteras tanta diligẽtia & fide homo ad id ab Eleemosynario delectus, ptulit vt Dominici aduentũ Musonii prçuerteret. Sansulpicius his litteris instruct⁹ ad diuersoriũ fidos ex suis mittit, agnitoq; ex notis designatis Dominico, eius quoq; itus ac reditus per homines dispositos obseruari curat: & ter quidem nocte intẽpesta Dominicum ad Philippum Regẽ

1564. Hispanum per Albensem, introductum comperit: quo magis sibi maturandum existimauit, vt eius conatus anteuerteret, Rullumque sibi fidum ab Epistolis in aulam cum litteris fiduciariis misit, vt Regem Reginamque de totius rei negotio quamprimum certiorem faceret: dato interim negotio, cũ per Aquitaniam transiret, Ioannam Reginam Nauarræam moneret, vt suę tum etiam liberorum Regiorum saluti in tempore prospiceret: quod & ille sedulo executus est, missis, postquam Baionam venisset, ad Ioannam, per fidum hominẽ litteris, quæ totum consilium & insidiarum rationem complectebantur. Inde per Burdigalam ad Reginam contendit: quæ postquam de ista aduersus se suosq; liberos conspiratione facta fuisset certior, vix primo dictis fidem habuit, adeo præfractæ audaciæ consilium sibi, (vt reuera erat,) videbatur: sed Sulpitii litteris & relatione Rulli confirmata, qui Dominicum ipsum, cum ad Regem Philippum fuisset introductus, se vidisse affirmabant: cum tamen subinde nullas quippe litteras à filia Rullus attulerat, miraretur & hæsitaret A. Mommorantium & Claudium Albaspineum, Quatuorvirorum ab secretis epistolis Principem accersi, & coram iis Rullum seriem coniurationis repetere iubet, ea detecta restabat, & ita Mommorantio videbatur ad rei veritatem penitus indagandam, vt Dominicus ex Hispania rediens caperetur: quo ex ipsius ore, litteris ac secretis, quæ ferebat, mandatis: verum Dominicus ab hominibus in aula obnoxiis aut Philippi Regis pensionibus, vt creditur, corruptis, admonitus, per aliam viam, qua venturus

cre-

credebatur, iter habuit, & ita dispositos, ad se capiendum, homines, fefellit: addebatur insuper, Dominicum, antequam proficisceretur in Hispaniam in Aquitania cum B. Monlucio, Fari Castelli Burdigalensis præfecto & Aspramontio Hortæ vicecomite, ea de re egisse, eisque persuadere voluisse, Ioannam ita ab illis vndiq; interclusam esse, vt licet ipsa vellet, elabi tamen non posse. Certe Monlucius ab ea coniuratione, quam minimè tamen explicat, alienum fuisse in commentariis testatur, & ex responso tunc dato satis animi motum explicasse ac declarasse, vt illius consilii auctores intelligerent, res huiusmodi ad gustum suum minime facere nec palato suo sapere. Ita tam sceleratus conatus, vt irritus, sic quoque impunitus fuit: Sic autem rerum peritiores iudicant, Reginam coniuratione ista detecta gauisam, non autem Dominicum capi voluisse, ne coniuratorum, quorum opera vti decreuerat, potentiam & auctoritatem omnino infringere necessum habuerit. 1564.

Monlucius à coniuratione, contra Nauarram, se defendit.

Pontifex Maximus hoc anno quoque per delegatum suum in Germaniam, Vintimiliensem videlicet Episcopum, egerat, vt Concilium Tridentinum promulgaretur, & Ferdinandus quidem Cæsar, (dum adhuc in viuis esset, extinctum enim illũ esse supra diximus,) quam paratum se ad obsequiũ ostendebat, tam instanter à Carolo Archiduce filio & Alberto Duce Bauariæ, genero, monitus & suorum periculo incitatus, vt gratiam calicis quẽadmodum & sacerdotibus, sic & vicissim laicis faceret, eamq; in rẽ Vienna ad eum litteras dederat XVI. Kal. Mart. eum Non. Feb. Bauariæ itidẽ Dux

Cæsar ac Germaniæ Principes, communionẽ sub vtraq; specie & coniugium sacerdotũ à Pontifice Maximo efflagitãt.

1564. ad Pontificem scripserat, quibus & vsum calicis petentibus, concedi postulabat: idque ambo illi Morono & Lotharingio & calicis Cardinalibus & Archiepiscopis imperii electoribus, probari dictitabant, tū etiā petebant vt iniretur ratio, qua non solummodo sacerdotes, qui assertis suis coniugiis seipsos ab Ecclesia separassent, retentis vtcumq; in cōtubernio assertis illis vxoribus, eidē Ecclesiæ reconciliari possent, sed ēt benignè indulgeretur, vt ad exiguos Catholicæ Religionis reliquias iis in locis cōseruandas, in quibus presbyteri, eo numero q̧ sufficiat, haberi non possunt, ab Episcopis viri laici iustæ ætatis ac doctrinæ & vitæ inculpatæ ac bonæ famæ ad ministeriū altaris & alia sacerdotalia munia ordinari & admitti queant: & alterū q̧dē Pontifex concessit, alterū omnino denegauit: Quapropter Ferdinando Cæsare mortuo, Maximilianus filius parentiq; in Rom. imperio successor p Prospe-rum Comitē Arcuensem datis IV. Kal. Decēbr. ad Pontificē litteris, cū eo egerat, vt q̧ ad sacerdotum cōiugia aliquid de seueritate remitteret & denegationē suā primā aliquo modo mitigaret: & quidem Noricis, Boiiariis, Quadis Marcomannis & Pannoniis ea in re gratificaretur: nam calicis cōcessionē eū fructum, quē optet, minimè adferre posse, nisi & ea in parte, penuria sacerdotum laborantibus Prouinciis subueniatur: nec rē lōgius procrastinari debere, ptimescendū esse: siquidē ne breui eo deueniatur, vt ne hoc quidem remediū sero adhibitū huic lethali vulneri Romano-Catholicæ Ecclesiæ sanando sufficiat: & procrastinatione sperati & exoptati beneficii fiat, vt semper difficilior eius sit

Papa quibus natiónibus coniugium sacerdotum concesserit.

cura-

curatio: iisdem autem litteris, succincta argumentorum pro matrimonio sacerdotum, contra impurum cœlibatum, addita erat enarratio, hoc illo cum mandato, vt breuis ille commentarius Cardinalibus communicaretur, cuius summa hæc erat: Negari non posse vtriusque, tam veteris quam noui Testamenti testimoniis, *uxores sacerdotibus permitti*; & constare, *Apostolos ipsos, paucis exceptis, coniuges habuisse*. Quod autem Christus post eorum vocationem mandauerit, vt se ab vxoribus separarent, nullo loco reperiri: liquere item in prima orientali & occidentali Ecclesia vsque ad tempus prohibitionis à Calixto factæ, *sacerdotum coniugia libera ac licita fuisse*. Proinde cum natura nostra fragilis, & omnium ætas ab ineunte adolescentia nostra in malum prona sit, cumque caro sit stimulus peccati & arctissima sit continentiæ via, paucique reperiantur, qui carnis stimulum non sentiant, & in igne positi non ardeant: sitque talis ignis concupiscentiæ ad perniciem deuorans: Itaque Dionysium Corinthi Episcopum, Pinytum suffraganeum suum prudentissime monuisse, *Ne cælibatus onus tamquam necessarium fratribus imponeret: Sed infirmitatis plurimum rationem haberet*: Sic Paphnutium in Synodo Nicæna honorabiles confessum nuptias, & concubitum cum propria vxore castitatem esse asserentem, suasisse Patribus. *Ne cælibatus legem dicerent: grauem quippe esse causam, qua aut ipsis sacerdotibus aut eorum coniugibus scortationis occasionem praberet*. Id si olim Sancte ac sapienter dictum, & vt inde honestati, hinc infir-

1564.

Probatio matrimonii sacerdotum.

Dionysius Corinthiorum Episcopus.

Paphnutius.

1564. mitati hominum subueniretur: necessarium existimatum est, nunc profecto hoc infelicissimo & exulceratissimo seculo nostro, verum esse: *Quo vix inter multos vnus reperiatur, qui castum cœlibatum præstet: nam omnes ferè esse scortatores cum maximo animarũ discrimine & offensione populi.* Præterea eam sacerdotum, ob prohibitum matrimonium, esse penuriam, vt Scholæ Theologorum, apud Pontificios, omnino sint vacuæ, & ad variarum sectarum Scholas ac Academias se recipiant, ibique manuũ dumtaxat impositione Romanæ Ecclesiæ mirũ in modũ dedecori: qui tamen libertate coniugii permissa, oẽs in Ecclesia Romano-Catholica constanter perseuerarent. Proinde ex Ecclesiæ bono videri, vt ipsa contra Regulæ seueritatẽ, ea in re, aliqd indulgeat, & liceat viris sacram vitam professis, vel in cœlibatu pmanere, vel matrimonium contrahere: Deinde vt honesti mariti, qui docti & rerum Ecclesiasticarum periti sint, ad maiores sacros ordines admittantur. Postremo vt cum sacerdotibus, qui iã antea contra constitutiones sacras matrimonium cõtraxerint, in tanta ministrorum paucitate, dispensetur, & ii per Ecclesiam gratiose tolerentur, ac denique vt ministrare possint, ipsorum conscientiis relinquatur, valde enim absurdum esse; *Sacerdotes coniugatos amouere: scortatores verò, qui contra legem diuinam & humanam simul peccant, delinquentes pati:* Quod si ij castitatis voto astringendi videantur, certè ad sacerdotium promoueri non debere, nisi qui prouecta iam ætate sint, & de quibus certa spes concipi possit, vt cœlibatum, *PIE ET INVIOLATE*, colant: nec verò satis videri eorum

Donum continentia nõ cuiis datum.

argu-

argumentum, qui propter conseruanda bona Ecclesiastica cœlibatum mordicus retinendum censent: quippe iis reputandum esse: *An deceat Ecclesiam, tot animarum periclitatione, conseruandis bonis inuigilare, cum eorum indemnitati, per solemnes descriptiones & inuentaria, perque alias eiuscemodi legitimas cautiones, abunde possit prospici:* His tamen rationibus & argumentis, quantumuis instante Cæsare, & rem ipsam vrgente, nihil à Pontifice, iam, post concilium semel dimissum, securo impetrari potuit.

1564. *An propter bona Ecclesiastica cœlibatus retinendus sit.*

Annus hic, (vt tamdem & nos ad nostri libri V. & anni quoque huius finem properemus) supra millesimum quingentesimus sexagesimus quartus, literatissimis & doctissimis viris, Germanis, Gallis pariter & Belgis, imprimis lethalis fuit. Penes enim *Ioannem Caluinum* (qui Geneuæ per viginti tres annos docuit & quinquagesimum sextum vitæ suæ annum ferme expleuerat) *Martinum Borraeum Cellarium* (qui Basileæ docuerat & anno ætatis suæ sexagesimo quinto, peste extinctus erat) *Theodorum Bibliandrum* (qui grandæuus Tiguri eadem lue corrept⁹ diem suum obierat) *Petrum Franciscum Iambularium* (qui in linguis, Latina, Græca & Hebraica admodum expedit⁹ erat, & multa ad linguæ Etruscæ illustrationem & nouissimæ antiquitatis historias Italicas cõscripserat, Florentiæ tamdem fatis cõcesserat. *Guilielmum Morelium* (qui propria industria & in aliena iuuanda, Republica litteraria, sedulam, quam diu vixit, operam nauauit, & accurata linguæ Græcæ peritia meruit, vt cum Hadrianus Turnebus grande nostri seculi ornamenti; typographiæ Græcæ Regiæ Parisiensis, quam vt

Literatorum virorum quorundam obitus.

1564. publico prodesset, minime dedignatus fuerat, in Regiorum professorum numerum cooptatus cura se abdicasset, & dignus tanto munere quæreretur successor, idem ille Morelius à Turnebo nominaretur: quo facto integrum nouennium, edendis innumeris libris præcipue vero Græcis, consumpsit, ac tamdem eleganti admodum Demosthenis editione adornata, laboribus ac vigiliis debilitatus, Lutetię Parisiorum decessit) *Ioannem Buteonem* (qui loco natus nobili, & vt perhibetur è Germania oriundus, vitam Monasticam in cœnobio Viennensi diuo Antonio sacro professus fuerat, vbi in otio illo vir ad litterarum ac scientiarum illarum præcipue studia natus multa scripsit: multa itidem adinuenit, imprimis Instrumentis Musicis inueniendis & machinis nouis fabricandis fuit ingeniosissimus artifex, cuiusmodi complura ingenij sui excellentissimi monumenta, vir ab omni ambitione alienissimus, qui à laboribus & meditationib. numquam tota vita cessauit, edidit: Sed cum ob intestina bella ciuilia, quæ toto Regno maxime vero in Dolphinatu totum triennium præteritum sæuierant, relicto ægre Musæo suo, Romanium se contulisset, procul à libris ex mœrore tamdem, anno ætatis septuagesimo quinto, cōtabuit) iniqua quoque Parca sustulit *Andream Vesalium* Bruxellensem Brabantinum, Medicum peritissimum & opere, de humani corporis fabrica, edito, clarissimū ac præstantissimum (qui cum animi gratia cum Iacobo Malatesta Ariminensi terrestriumq; copiarum Senatus Veneriani Duce, in Cyprum nauigasset, ab eodem Senatu honorificis stipendiis oblatis, vt in

Academia Patauina profiteretur, euocatus, dum redit, aduersis ventis ad Zazynthum Insulam delatus in loco solitario vitã miserabiliter finiit, cum vix annum ætatis suæ quinquagesimum attigisset: paulo post autem ab aurifabro quodam, qui forte fortuna illuc appulit, agnitus, & ne à feris corpus exanime dilaniaretur, exili funere tumulatus est. Quamuis vero vt vulgari aiunt prouerbio: *Vino vendibili suspensa hedera non opus:* & celeberrimi istius Vesalij fama vtrumque polum pulset, nihilominus tamen eiusdem elogium, ipsi à Germano quopiam attributum hic apponere libuit. 1564.

DE ANDREA VESALIO, &c.

Ægid. Periander.

Quod nullus potuit Gallus, neque fidus Iberus,
Romulus, aut Græcus, nunc (graue) Teuto tulit.
Secula nulla parem dederunt, neque postera mittunt,
Donec in extremo limite mundus erit.
Solus hic inspexit venas, mortalia membra,
Et posuit, penna sedulitate, notas.
Scripserunt multi, conantur maxima multi,
Conantes laudes eripuisse viro.
Quicquid agant, solus patriæ tu præmia confers.
Prima tibi primæ gloria laudis erit.

Vide eius German. fol. 21.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER SEXTVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Aximilianus Imperator ad gerendum bellum Hungaricum Lazaro Schvvendio summam totius negotij commendat: Tocaium certis conditionibus à Cæsarianis recipitur: Sereitschinum à Suendio occupatur: Erdenda cum vicinis aliquot locis in Cæsaris potestatem perueniunt: Cæsareani maximam cladem prope Zigetum accipiunt: Erdenda à Turcis recipitur: Insignis victoria Christianorum contra Turcas describitur. Schvvendius Erdendam cum toto eius territorio rursum occupat: Sigismundus Rex Poloniæ Paruquiam in Liuonia proditione capit: Moschus Germanis minime fidens eosdem ex urbe Derbato in Mosconiam abducit: Classis Suecica Danorum ac Lubecensium naues ex inprouiso dissipat: Angelus, Lubecensium nauis prætoria proprio igne comburitur; item Danica nauis cum Amiralio capitur; na-

nes aliquot Suecicæ intereunt: Duces Pomeraniæ inter Reges Sueciæ & Daniæ tanquam mediatores se interponunt: Maximilianus Cæsar ad deneganda Suecis commercia sollicitatur: Ioannes Albertus Dux Megapolitanus ad Rostochiensium componendas controuersias à Cæsare commissarius constituitur: Ioannes Albertus cum exercitu Rostochium intromittitur: Rostochienses à Ioanne Alberto grauissime mulctantur: Cæsaris ad Megapolitanum litteræ mandatoriæ: Actio inter Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ filios intercessione Friderici Palatini componitur: Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ Grumbachium proscriptum in tutelam suam recipit. Melita omnibus viribus à Turcis infestatur: Turci ab oppugnatione Melitæ repelluntur: Turcæ nouas turmas moliuntur; sed tamen à Christianis eæ subuertuntur: Rex Galliæ cum Elisabetha Hispana Baionam ad colloquium proficiscitur: Sacra liga ad extirpandos Hæreticos in Gallia conditur. Belgicorum nobilium fœdus nouæ religionis ergo initum describitur: Egmondanus ex Hispania reuersus suæ legationis Bruxellis rationem reddit. Inquisitio Hispanica in Belgio venditari incipit: Ranzouius moritur: eius mortis varia carmina funebria recitantur. 1565.

SVb anni huius initium Maximilianus Imperator, cum post obitum parentis sui Ferdinandi Cæsaris, pientissimæ ac fœlicissimæ memoriæ, de bello in Hungaria cum Turcis gerendo cogitaret, Lazaro Schvvendio Inlustri viro, ob res olim fortiter ac strenue gestas, summam istius belli administrationem, plenaria cum potestate commisit: sub quo præter Andream Bathorium, Melchiorem Balas-

Maximilianus Imperator ad gerendum in Hungaria bellum Turcicum Lazaro Schvvendio summam totius negotij commendat.

1565. sum & Gabrielem Perenium proceres Hungaricos: Germani summam laudem, ob rem in h bello præclare gestam commeruere. Equitum Duces, qui ad bellum istam operam suam erant p liciti, fuere Ioannes Robertus Pixendorfius, Iacobus Scurenburgius, Heinricus Gleizentall & Ioannes Ascenburgius: peditum autem Ductores præcipui erant Ioannes Wernerus, Rodolph Salius & alij. Hisce commemoratis Ducibus aliis capitaneis inlustribus Schvvendius, cum magno equitum ac peditum Germanorum militu exercitu, in agro Scepiciensi consultationem cum suis instituit, & omissis cæteris omnibus Tocaium primo adoriri statuit, quam arcem natura & loco sat munitam Franciscus Nemethius, non contemnendo præsidio dum temporis tenebat. Itaque ne inceptis desisteret Schvvendius, illico Popendorfium rei tormentariæ præfectum, postquam illi vexillum militum, machinas & omnem apparatum bellicum attribuisset; Cassouia Guncium versus præmittit, quem cum vniuerso exercitu è vestigio subsequebatur Schvvendius, & ad Tocaium castra sua metabatur: parui iam pendens, quod Germani Kerestrum oppidulum in itinere, ad subuentionem commeatus, & militem seminudum in tanta frigoris vehementia, subleuandum opportunum occuparent, ac contra hostium insultus illud ipsum, opera tumultuaria præmunirent, quod & felicissime quidem ab iisdem peractum est, licet præsidiarij Tocaienses, illud tamen subiectis, conflagrare non vna duntaxat vice, irrito tamen conatu, attentassent. Cum vero Tocaium

caium Tibiſco & Bodrogio fluminibus allueretur: 1565.
nocte igitur diem antecedente, prope Bodrogium amnem aggerem iecere, ac tria tormenta bellica, quibus ſepimenta luto dumtaxat munita, concuterent, contra eadem direxerunt, ſummo mane vero propugnacula & hoſtium turres, in quibus apparatus cuſtodiebatur bellicus, deturbare conabantur, & promotis propugnaculis, ita vt arci imminerent, obſeſſi ad ictus aperti patuerunt: dein' in colliculo fluuio imminente, duos extruxerunt, tumulos, ad quos quatuor machinas diſpoſuerunt; & illinc in nudatorum ſtationes magnã impreſſionem faciunt: Quoniam vero locus iſte admodum idoneus & peroportunus videbať, ideo Cæſareani, cum magno impetu aggreſſi ſunt: verum ob defectum atq; inopiam foſſorum & terram ob acrimoniam frigoris maximam intractabilem atq; prorſus inutilẽ, parum prima vice perficiebant: Sed beneficio illius omnia vincẽtis, laboris videlicet improbi, maximopere & ſummis viribus annitente milite aggeres ampliores redditi cuneuſque introductus fuit: Sequenti nocte, licet admodum fuerit intempeſta intra Bodrogium & Tibiſcum amnes aliud vallum ducunt, id quod machinis quamprimum corroborant ac firmant: & ita poſtquã priorem aggerem produxiſſent, mane quinq; tormentis ſuperimpoſitis, verberationem in arcem intendunt: q̃ cum per diem integrum cõtinuaſſent ſubſtructionem ingentẽ (quam obſeſſi ad Bodrogium produxerãt illiq; maximopere fidebant) cuniculis actis pene deiecta fuit: tanta vehementia, vt niſi temporis iniuria, niuiſq; vehemens importunitas

Labor improbus omnia vincit.

Cæſa-

1565. Cæsareanis fuissent impedimento, ipso die arcem ingressi fuissent. Balassus autem vltra Tibiscum, seorsim ab aliis, ducta fossa se muniuerat, aditusque omnes ac vias Pannoniis & Heyduccis suis obsederat: Nec Gabriel Perenius, vt bonus iste Tityrus sub tegmine fagi (tempus enim præsens minime id ferebat) recubabat, sed commoditate riuuli ex Bodrogio fluuio circa Tocaium à Nemetio circumfusi vsus, arctius obsessos stringebat. Interea cuneis semper productis igneque iniecto, insignis illa ac vasta moles concidit, hianteq; magno spacio, Cæsareani ad inuadendum se parabant, qui alteram in recessu arcem esse, minime prouiderant: Itaq; non expectato Ducis mandato, quamuis infausto cruentoque exitu, præ propera festinatione impetum faciunt: Sed mox à Duce in fossas retracti, cum non tam repulsi, quam vt se ad vltimum impetum faciendum compararent, reuocati obsessis viderentur.

Tocaium certis conditionibus à Cæsareanis recipitur.

Cum itaque Nemetius in arce obsessus extrema metueret, supplex ad Schvvendium mittit, conditionibus de deditione propositis: Sed Pacificatoribus istis à Schvvendio generoso spiritu & animo semel atque iterum reiectis, suprema impressione facta tamdem moles ista (quæ hostibus videbatur inexpugnabilis) expugnatur, tormenta in eadem egregie instructa cum ea capiuntur & præsidiarij in interiorem munitionem vi compelluntur. Itaq; obsessis omni spe auxilij & commeatus præcisa, colloquium petunt: Esse siquidem Schvvendio aliquid significandum, quod haud dubie pro ingrato munere habiturus sit: Quo concesso aliquot

ex

ex interiori munitione progressi, qui Nemethium, 1565.
præcedenti die circa tempora vulneratum; eoque vulnere mortuum esse, significabant: proinde sese neque velle neque etiam posse generosæ Schvvendij potentiæ vlterius resistere; tantum petere, vt honestis conditionibus egredi, & Nemetij heri sui corpus ad sepulturam secum assumere liceret, saluo preterea mundo, vxoris Nemetij, muliebri: quibus conditionibus à Schvvendio fuit additum, ne videlicet contra Romanorũ Cæsarem, cuiusquam etiam auspiciis arma sumerent. His ita transactis trecenti quinquaginta Tocaio excedunt, sed omnes ferme vulnerati ac sauciati; vna cum vxore Nemetij: quæ licet mariti sui, suosque proprios, & maximi quidem pretij thesauros auehere, Bathario, Balasso & Perennio reclamantibus; & contra deditionis leges id fieri causantibus: nihilominus tamen auctoritate Schvvendij, qui vel cum aliqua iactura fidem datam Religiose seruandam diceret, quo minus dictis istis suis thesauris spoliaretur, obtinuit: mox idem ille Suendius Seretschinum progreditur, illudque absque graui molestia sine vllo ferme negotio in fidem accipit: cumque Ioannes Vaiuoda de retinenda Satmaria sibi ipsi diffideret, munitionem istam igne accensam Cæsarianis relinquit: quam tamen propter situs commoditatem naturalem illico instaurandam Schvvendius curauit. Transmisso inde Tibisco Erdendam, Cuuaram, Batorium, Vibaniam, fanum Andreæ, quod Senderinum vulgo vocant, in Cæsaris potestatem redigit. Interea Ioannes Dux Transsyluaniæ ope ac auxilio Turcorum, inferiorem Pannoniam, cre-

Seretschinũ à Suendio occupatum.

Erdenda cum vicinis aliquot locis in Cæsaris potestatem perueniunt.

1565. bris excursionib. vehementissime vexabat. Cumque Temesuariensis præfectus Turcarum quatuor millia, duoque maiora & octo minora eodem adduxisset: Pacotam obsessam, breui temporis spacio occupat, moxque etiam Ienem & Desemem, minoris momenti circa Iulam arces, quo eam tandem, vndique cinctam facile, & absque vllo negotio expugnare posset. Confluentibus hic vndiq; ad Transsyluanum auxiliis, ita vt iustum iam sub signis haberet exercitum, præsidiarij, absente Nicolao comite Serenio, Zigetho egressi, ducentos ferme Rascianos cædunt, plærosq; capiunt: ast illis solutis ordinibus, in reditu, incedentibus, ab hostibus, suis auxilio interea superuenientibus, circumuēti profligantur: adeo vt ex sexcentis Cæsareanis, vix duo salui & incolumes euaserint. Schvvendius interea Sarmatam festinatis operibus muniebat: Turcis vero opera ipsius impedire conantibus: Germani egressi, & captis septem signis hostē in fugam vertunt: vbi partim cæsi, partim fluuio submersi, pauci vero ex isto prælio salui domum suam repetiere. Relicto autem Erasmo Magero in loco isto ad præsidium: Schvvendius, ad comparandum bello necessaria Cassouiam contendit. Sed Transsyluanus auxiliis Turcicis factus animosior Erdendam, quod nō ita diu Schvvendius receperat & Lauenburgico siue Duci Saxonicæ in tutelam commiserat, dura obsidione cinxit: licet vero ducenti Equites à Schvvendio obsessis auxilio mitterentur, attamen, cūm recētes semper militum copiæ Transsyluano à præfecto Temesuariensi tramitterentur, tamdem post crebras eruptiones ex vtraque

Cæsareani prope Zigetum funduntur.

Iidem ...orum hic ...leisetiur.

parte

partę factas (in quibus Dux Saxoniæ Lauenburgicus desideratus est) cum obsessi vi vinci hactenus non potuissent, fame denique expugnati sunt, cum penes reliquum commeatum, omnes etiam equos deuorassent, post Erdendę vero deditionem ad vnum omnes crudelissime trucidati sunt, & oppidum confestim solo æquatum. Hæc dum Transsyluanus Turcicis auxiliis innixus, immaniter in Pannonia perageret, vndique copiæ Cæsareæ Nicolao Serinio & Eccio Salmensi comitib. Ducibus Cassouiæ congregabantur; magnus insuper & numerosus quoque equitatus cõuenerat. Nec tamen cessabat in Croatia ac ꝓuinciis Caroli Archiducis Austriaci, vbi cum nostri cũ Bosnæ Purpurato aliquoties cõgressi fuissent, semper fere superiores ac victores euasere; locis tamen adeo asperis & impeditis, vt victum victor vix posset insequi: Tamdem tamen cum Cæsareani, hostes patentioribus campis, in Saui ripa ad pugnam allexissent: totis vtrimque viribus pugnatum est; donec nostri superato hoste & victoria potiti diu hostes fugientes insecuti, magna edita strage hostium tormenta omnemq; ipsius apparatum bellicũ reportarunt. Accidit aũt vt Neostadij, oppidani Germanorum, qui in vrbis præsidio erant Duce Gleismenero, pertæsi, cum Transsyluano cõuenerint: cumq; vrbis istius incolæ die constituto ignẽ accẽdisset: Germani fucũ ac ꝓditionẽ subolfacientes, anteq̃ Transsyluanus aduentasset, arma corripiunt, & in oppidanos, tamq̃ ꝓditores impetũ faciunt, eosq; crudelissime trucidant, vbi nec feminis nec pueris q̃dẽ parsum fuit: inde ignẽ in oppidũ inicientes, in arcẽ se recipiũt,

1565.

Erdenda à Turcis recipitur, cuius præsidiarij, crudeliter mactantur.

Insignis Christianorum de Turcis victoria.

1565. quod fere totum, antequam Transſyluanus cum Turcicis ſuis auxiliis ſuperueniſſet, combuſtum eſt: Germani vero poſtquam ſaluam vitam pacti fuiſſent, deditionem fecere. Schvvendius & ipſe ad pugnā egreſſus, leuibusq; aliquot commiſſis prœliis magnam in Turcos impreſſionem facit, quam illi etſi numero ſuperiores, tamen inſidias veriti, impetum haud diutius ſuſtinuere, ſed pedem, accepto damno retro tulere: Iamq; cum Autumnus appropinquaret, & Turci ad præſidia ſua recederent, Schvvendius incenſum nuper à Germanis, vt diximus, oppidum & Erdendam ipſam cum toto adiacente territorio ſibi rurſum ſubiugat, vt *nihil*, prǫter Palotam, locorum ea æſtate à Tranſſyluano occupatorũ, penes Turcos remanſerit: tamq; proſpero victoriæ curſu vſus eſt Schvvendius, vt opem implorante Tranſſyluano, Solimanus ſucceſſum veritus, nō totis ei viribus ſuccurrere, ſed ipſus expeditioni iſti coram intereſſe, neceſſarium eſſe duxerit: miſſo interim Georgio Hoſſutoto Byzantiũ, Cæſar Turcorũ Imperatoris experiri ſtatuit, an videlicet pactis induciis ſtare vellet nec ne? Cernouichius enim ęodē antea à Cæſare miſſus, dubia ſpe pacis nuper redierat. Dumq; in eo eſt Comes Salmēſis qui Iauarino tum temporis præſidebat, *conſilio* cum Iudice Albæ Regalis, octo dumtaxat milliaribus à Iauarino diſtante, de vrbe tradenda inito, eo cum ſuis, maximo tamen cum ſilentio cōtendit, ita vt cum ſummo mane portæ ad emittendas pecudes aperirentur, ille cum ſuis ex improuiſo Turcos adortos ſterneret, atq; exinde vrbem ſuæ poteſtati ſubiiceret: ſed Cęſar, qui, nuper, vt iam modo

chvven- us Erden am ac to um eius em terri- rium rur- um occu- u.

dictum

dictum est, Hossutorum Byzantium misisset, veritus ne eo facto, omnem spem de pace factam sibi ipsi omnino præcideret, nuncium celerrimum ad Salmensem illico misit cum mandatis, vt ab inceptis illico desisteret: Comes vero, licet ægro id animo fecerit, tamdem parere coactus fuit, quippe qui victoriam spe iam ante deuoratam sibi ex manibus & faucibus quasi eripi vehementer admodum doleret. Cum vero Turcis ista machinatio detecta fuisset, quadraginta oppidanorum proditionis istius consciorum crudelissimo mortis genere trucidarunt, palis enim ad vnum omnes crudelissime transfixi sunt: Iudex vero oppidi primo Palotam, hinc ad implorandum Maximiliani Cæsaris auxilium, Viennam Austriacorum se contulit. Quo facto Cæsaris exercitus dimissus: & copiæ auxiliares Saxonicæ, ab Augusto Imperij septemuiro, domum reuocatæ sunt. 1565.

Hoc anno, Sigismundus Polonorum Rex *Parnouiam*, vrbem & portum à Suecis ante triennium captum, Germanorum aliquot non Germanorum equitum, qui Regi Sueciæ antea militauerant, proditione (*Heu cadit in Germanos nostros quoque tantum scelus? Sed quem non auri sacra fames exoculat?*) capit. Ex dimissis enim à Rege Sueciæ equitibus, quidam in vrbe remanentes, cum cæteris, qui ad Regem Poloniæ & nouum Curlandiæ Ducem transierant, paciscuntur, vt patefacta à se porta, nocte octaua paschatis vrbem ingrederentur: Proditores, Dominica in Albis, veluti ante discessum suum valedicturi, amicis conuiuium in domo Senatoris portæ vicini, à quo claues illius custodiebantur, ad

Sigismundus Rex Poloniæ Parnouiam in Liuonia proditione capit.

1565. vesperam apparant: In quo, tum cæteris tum hospite senatore præcipue somno vinoque sepultis, clauibus portæ potiti sunt: Quibus acceptis, cæteros equites, qui duodecim milliaria pridie confecerant, in vrbem intromittunt: Qui intromissi statim proclamant omnibus sese Germanis, modo illi ad quietem se componerent, nec turbas serent, parsuros: ex Suecis vero obuios quosque crudeliter trucidant. Similiter & arcem, licet adhuc à Suecis oppidanis per sex septimanas integras strenue ac fortiter admodum defenderent, vna cum omnibus tormentis bellicis, (pridie Pentecostes IX. videlicet die Iunij,) deditione capiunt. Ita non solummodo proditione militum, sed & detestando isto Ebrietatis vitio Parnouia in Polonorum potestatem redacta est: Non immerito itaque exclamat Horatius:

Quid non Ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes:
Fœcundi calices, quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

& alibi Marcellus Palingenius:

O fœda ebrietas, animi letum, ô vitiorum
Nutrix ac scelerum: quid non mortalia cogis
Pectora? quid per te non audent? iurgia, lites,
Prælia dira moues, & gaudes sanguine fuso:
Per te occulta patent, animum linguamq́ resoluis,
Te fugiunt metus atque pudor. Vitate pudendam
Hanc pestem, ô miseri, quæ vos facit esse furentes:
Nec minus insanos reddit, quam mater Orestem,

[...]n Zod. [...]ita sub [...]plesti [...]no Gemi[...]orum pag. [...]58.59. [...]bprietatis [...]rsissima [...]scriptio [...]detesta[...]o. [...]io.

Sordidior quæ res, quæ bellua vilior est, quam 1565.
Ebrius? hic epulas, quas non multo ante vorauit
Euomit, atque mero putet: tremit ille, caditque
Sæpe caput frangens, oculosue, aut crura loquenda
Balbutit, nec habent vllum verba edita sensum:
Multa facit, multa & dicit, quæ mox vbi nubes
Discussa est, rediitque iubar, damnantur ab ipso
Autore: vnde rubet factis, infectaque vellet.
Rex Macedum, quondam proles generosa Philippi
Ebrius in mensa (vt fama est) perdebat amicos:
Sed postquam furor ille animo decesserat, & iam
Sanus erat, tunc se arguebat, tantumque dolebat
Vt fleret, cuperetque mori. Quid vana Cytheron
Orgia, quid thyasos, deliraque tympana iactas?
Non Deus est Bacchus vester, Cadmæa propago:
Nec Ioue plena vtero Semele concepit: at ingens
Tartarus hunc genuit puerum, de matre Megera.
Non Deus est: Sed nempe diuum contemptor & osor.
Nam diuina parum curant, qui vina sequuntur:
Nec bene tractabit vinosus sacra Sacerdos.
Quid memorare opus est, quot morbos quotque dolores
Despergat nimius potus per membra, cibusque
Immodicus? scatet hinc, tanquam de fonte perenni,
Febris & vlcus atrox, scabies, prurigo, podagra,
Articulosque premens, manibusque infesta chiragra:
Hinc lippi stillant oculi, resolutaque Baccho
Membra tremunt, dentesque cadunt: olet halitus oris:
Hinc stomachus languens, atque intestata venit mors.
Sæua quidem plures leto gula tradit acerbo,
Quam gladius: quid quod census cito deperit? & mox
Mergitur in ventrem fundus, domus atque supellex,
Et modo qui fuerat diues, fit pauper egensque?

Alexandri M. in potando furor, ac in sobrietate facti pœnitentia.

1565. Sed nos Christo nomen qui dedimus, audiamus Apostolum inquientem: *Nolite inebriari vino, in quo est ἀσωτία, sed impleamini Spiritu; Non possumus autem*, secundum D. Hieronymũ, *impleri semel vino & Spiritu sancto; Nam Ebrietas*, vt idem testatur Hieronymus, *est flagitiorum omnium mater culparumque materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela, &c.* Rectissime igitur D. Augustinus ait: *Ebriosus si vinum sorbet, ab illo sorbetur: Deo fit abominabilis; ab Angelis despicitur; ab hominibus deridetur: à dæmonibus confunditur: conculcatur ab omnibus: Ebriosus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam & damnationem incurrit æternam, &c.* Si itaque saluberrimis hisce & similibus præceptis obsecuti fuerimus nomini & officio nostro satis abunde satisfecerimus.

D. August. lib. de pœnitentia.

Parnouia hunc, vt diximus, in modum à Polonis capta, Moschus hac Germanorum proditione deterritus, metuens, ne simili stratagemate Derbatum amitteret, Germanos omnes ex vrbe Derbato in Moscouiam abduxit. Parnouienses vero præsidiarij iam insolentiores redditi, M. Augusto ad Reualiæ mœnia excurrunt, vbi in querceto vrbi vicino castra metantes, à Suecis oppressi & profligati sunt. In mari Balthico ad Sundensem portum, naues aliquot Danorum & Lubecensium tota ferme hyeme excubauerant, vt omnem ex vrbe illa, quæ præcipuum in Germania Suecorum erat armamentarium, vnde nitrum, puluerem tormentarium,

Moschus Germanis minime fidens eosdẽ ex vrbe Derbato in Moscouiam abduxit.

rium, munitiones bellicas, & alias merces accipiebant, importationem in Regnum Suеciæ prohiberent. Itaque vicesimo secundo die Maij illucescente, Regis Suecorum classis quadraginta octo nauium, improuisa adueniens, eas dissipauit. Ex his quatuor ad Gryphisvvaldum aufugerunt, quas intercedentes Duces Pomeraniæ, ea conditione seruarunt, vt à militibus & nautis relictæ, incolumes eo in loco, vsque ad belli finem, manerent. Sic liberato à Danicis excubitoribus mari, circiter sexaginta naues onerariæ, vino, pannis & omni instrumento bellico onustæ, Sundio, Gryphisvvaldia, Wolgasto, Colberga & aliunde soluentes, in Sueciam traiecerunt. Suecica autem classis Calendas Iunii ad vrbis Lubecæ portum & Draui ostium peruenit. Quo frustra tentato, Hafniam versus regressa, supra Mæoniam & Falsterboam, in conspectu Hafniæ & Elbogiæ, multorum dierum interualla statiua habuit, & à Belgicis & aliis peregrinarum gentium per Hellespontum Scanicum in hoc orientale mare ingressis, vectigal exegit; Danicæ enim naues bellicæ armis & commeatu nondum plane instructæ fuerant. Eductis autem & coniunctis Danorum & Lubecensium classibus, prætoria Lubecensis, cognomento Angelus proprio igne conflagrauit. Hinc prælium nauale atrox & diuturnum secutum summisque viribus commissum fuit: Nauis siquidem Danica prætoria quæ centum & mille milites classiarios vehebat, cum biduum à sex Sueuicis vndique cincta acerrimè se defendisset, tamdem classiariis aut omnino cæsis vel grauiter saltem sauciatis atque vulneratis, vna cum Otto-

1565. Classis Suecica Danorum ac Lubecensium naues ex improuiso dissipat.

Angelus Lubecensis nauis prætoria proprio igne comburitur.

1565. *Danica nauis prætoria vna cum Amiralio capitur.*

ne Rudio classis præfecto, nec pluribus quã viginti sex militibus illæsis, in Suecorum potestatem venit. Christophorus Amiralius Danicus, vi tormentorum traiectus in profundum demersus est. Nauis autem Lubecensium prætoria Morus dicta, quinque Suecorum circumuallata nauibus cincta fuit, ex quibus vna & altera depulsa, nouæ & recentes semper illis subsecutæ sunt, cum quibus per diem integrum Lubecenses fortiter dimicati, nauem multis amissis ac trecentis vulneratis conseruarunt. Suecorum etiam aliquot naues vtpote HECTOR, LEO, GRYPS, CYGNVS FINNVNICVS & HERCVLES, periere. S. GEORGIVS verò vna cum milite à Danis captus est. Nihilominus tamen maris orientalis possessio, per æstatem & autumnum à Suecis retenta fuit.

Nauium aliquot Suecicarũ interitus.

Duces Pomeraniæ inter Reg. Sueciæ & Daniæ tã quam Mediatores se interponũt.

Itaque dum hæc inter Danos & Suecos gererẽtur, Duces Pomeraniæ statim post primum classis Suecicæ ad littora Pomeraniæ aduentum legatos ad Daniæ & Sueciæ Reges miserunt, Iacobum videlicet Citzevvitzium, & Andream Borkium, vt ad pacis consilia vtrumque traducerent. Et si autem se ab honesta pace non abhorrere, nec effusione sanguinis humani delectari, vterque Rex respõderet: nihil tamen amplius effectum est. Tum temporis Rex Sueciæ in Westgotiam expeditionem suscipiebat, vt ita suis Elsburgum obsidentibus opem ferret. Quos cum huc illuc dispersos atque dissipatos intelligeret, ad Warburgam oppidum & arcem Hallandiæ maritimam & satis munitam

1565.

vires suas conuertit, eamque M. Augusto vi expugnat. Quam tamen, licet irrito conatu, Dani rursum obsidere incipiunt. Cum autem ad arcem istā liberandam nouæ Suecorum copiæ aduentarent: Daniel Rantzouius, soluta obsidione, hosti ad Suatteram fluuium occurrit, & commisso prælio insignem victoriam adeptus, & machinis Suecorum bellicis omnibus potitus est, sed à sua etiam parte multos viros fortissimos & ex his circiter quinquaginta nobiles, prælio isto Dano-Sueccico amisit. Angli itaque cum cum eo ipso bello impedirentur & per mare Balthicum tuto nauigare, & ad Naruam, cum Moschis in Liuonia commercia sua exercere haud tuto possent: nouum ad Moschos iter in mari glaciali, (vt quidam nominant, cum tamen idipsum mare numquam nisi in littoribus glacie obducatur, (totam Noruegiam, Finmarchiam, Stricfinniam, Finlappiam & Biarmiam, vltra gradum latitudinis septuagesimum tertium prætervecti, ac inde versus Meridiem reflectentes, ad D. Nicolai portum circulo arctico, & gradui longitudinis sexagesimo octauo subiectum, patefecerunt. Quam nauigationem Belgæ etiam postmodum secuti sunt.

Daniel Rantzouius Suecorum victor.

Maximilianus Romanorum Imperator, statim post conuentum Rostochiensem, anno superiori, vt diximus, pacificationis causa à Cæsaræa sua Maiestate institutum, sed à Rege Sueciæ, non satis tēpestiue præmonito, recusatum: Per Daniæ Regis ac Electoris Saxoniæ legatos Georgium, vi

Maximilianus Cæsar ad denegandā Suecis [...] mergia [...] licitatu [...]

1565. delicet Rosencrantzium, D. Ioachimum Hinkenium, Decanum Bremensem, D. Vlricum Mondisium, & alios sollicitabatur, vt mandato publico, omnem ex Germania, armorum, munitionum & mercium importationem in Sueciam prohiberet. Verum Mordisius qui bello minime necessario Sueciæ Regem à Rege Daniæ vexari, nec quod inter exteros Reges bellum gereretur, Germaniæ negotiationes & commercia visitato siue legitimo modo impediri debere iudicabat, per amicos suos in aula Cæsarea commorantes mandati promulgationem dissuadet; ast septemuir Saxoniæ opera ac studio Cracouii aliorumue postmodum negotium vrgens experitur illud, à Mordisio superiore hyeme fuisse impeditum. Quamobrem Elector Saxoniæ indignans Mordisio, eumdem ab officio Cancellariatus remouit & in domo sua captiuum custodiri iussit, ac in ipsius locum Georgium Cracouium, (quem Augusti coniunx Daniæ Regis soror in hac Danica causa semper obsequentem ac fidum admodum compererat,) substituit. Qui Cracouio primus ad sublimiorem gratiæ dignitatis & potentiæ gradum, vnde lapsu grauiore rueret, fuit aditus; Maximilianus autem denuo ad Suecum misso nuntio petiit, vt controuersias cum Daniæ ac Poloniæ Regibus, Lubecensibusque, vel amicè vel legitimo iure componendas sibi permitteret, & inducias vel pacem interea coleret: verum cum Legatus iusto diutius detineretur: Cæsar edicto publico Viennæ Austriacorum promulgato, omnẽ ex Germania tam mercium quam munitionum

Mordisius Saxoniæ Cancellarius ab officio remouetur & domi captiuus detinetur.

belli-

bellicarum importationem in Sueciam, à Rege Danorum, Electore Saxoniæ & Magistratu & ciuibus Lubecensibus per annum iam integrum petitam, prohibuit. 1565.

Hoc eodem ipso anno Maximilianus Imperator Ioannem Albertum Ducem Megapolitanum, petente Senatu Rostochiensi, ad componendas siue dirimendas controuersias, quæ tum inter Senatũ & ciues exortæ fuerant, cõmissarium constituerat, vt vel istas amicè & iure componeret, vel partẽ aduersantem armis coerceret. Istius autem consilii Syndicus vrbis, Senatui auctor fuerat, quẽ Ioannes Albertus ante biennium, (tamquam idoneum, negotiorum suorum expediendorum instrumentũ,) in cõsiliariorum suorum numerum adsciuerat, ea tamen lege ac conditione, vt Regi Daniæ, (à quo tẽpore belli Suecici aliquot maritimarum vrbium Syndici pecuniam accipiebant annuam) renũciaret. Sic Reipublicæ Rostochiensis & aulę principis cõsilia se gubernare, & negotia in sua potestate existimans: etsi grauissimè Senatui & ciuibus, prudẽtes omnes, ex omnibus ordinibus suadebant & instabant, vt intra mœnia controuersias suas ipsi cõponerent: tamen Syndici huius & consulis, (illiterati quidem, sed suo iudicio admodum sapientis & loquacis,) amborum Rostochiensium opera effectum est, vt controuersiæ istæ ad Ioannis Alberti & Vlrici principũ fratrum, (qui pari cognitione Ducatum gubernabant,) cognitionem deferrentur. Syndicus cum eruditorum quorumdam in Academia, & aliorum ab hoc consilio dehortantiũ mẽtio fiebat, se didicisse & tenere artem regendi Respu-

Ioannis Albertus Dux Megapolitanus ad componendas Rostochiensium controuersias commissarius à Cæsare constituitur.

blicas,

1565. blicas, cuius illi ignari essent, iactitabat: Cum autē audita aliquoties à principibus, Gustrouii & Dobberani anno præcedente, vtraque parte, non se explere hac ratione odia & vindictæ cupiditaté suam, aduersus ciues certos conceptam, posse cernéret: ab Imperatore commissionem, de qua diximus, ad solū Ioannē Albertum, veluti ad seniorē principem directā impetrarunt. Qui inconsulto Vlrico fratre germano omniumq; rerum ignaro, & inscio, Ioāne dumtaxat Marchione Brandeburgensi in consiliū adhibito, equitū ac peditū copias conscribit, cū q̄bus nocte, (diē D. Bartholomæi insequēte,) porta, q̄ ad Xenodochium D. Georgii spectat, pate facta, vrbem ingrederetur & ciuibus seditiosis oppressis, senatui auctoritatem & potentiā pristinā cōfirmaret ac restitueret. Cum autem per æstatē illam, pestis sæuissima in vrbe vehementissimè sæuiret, (supra nouem millia enim ista lue occubuere,) ad diē D. Lucæ sacrum res dilata fuit. Quam sequēte nocte Princeps cū equitatu qui prope Neustadiū ad Eldā, (inscius ipse quo ducendus esset,) cōuenerat, ad vrbē accedit: ibiq; summus Marescallus Reimarus Winterfeldius vir strenuus ac Nobilissimus, ad portam præmissus ac accessum principi ac suis, vti conuentū erat, patere renunciat. Cū vero peditum cohortes nondū aduenissent, habito consilio militari, præfectis placuit, tantā vrbē à solis equitibus, qui obiectu catenarū in plateaȓū capitibus, facilimè arceri & cohiberi possent, sine peditum auxiliis occupari non posse: ideoque peditatū, quē aliquot adhuc milliaribus abesse intelligerent, necessario esse expectandū. Quæ sententia cum ab omnibus

Ciuitatis Synd. Rostoiensis arrogantia iactans.

pro

probaretur & acceptaretur, illucescente die, Princeps in pagũ Polchavv, quinque passuum millibus ab vrbe distantẽ, diuertit, alioq; capto consilio, venientibus ad se ex vrbe Senatus & ciuium delegatis, Cæsareæ Maiestatis commissionem proponit; ostendens se, (vt Sacræ Cæsareæ Maiestatis subiectionem & obedientiã debitã declararet,) ad componendas amicè vel iure controuersias, inter Senatum & ciues agitatas & pristinam ciuitatis salutem & tranquillitatem restituendam venisse, nec vllam si pacifice intromittatur, Reipublicæ libertatibus ac priuilegiis aut priuatorum bonis vim esse illaturum. Quod si Cæsareæ Maiestati non parerent, nec portas sibi patefacerent, mandatum sibi esse ab Imperatore, ait, vt totius circuli inferioris Saxoniæ auxilia aduersus ipsos euocet. Rostochienses itaque, qui paucissimis in Senatu exceptis, conscii huius consilii non erant, diuturna & sæuissima peste ac mœstitia fracti, & Cæsarei nominis, quod prætexebatur, maiestate, & principis ac consiliariorum ipsius, ac in his præcipuè Syndici sui amplissimis promissionibus & cohortationibus persuasi, post aliquot dierum tractationes, cum datis litteris signo & manu sua confirmatis, Princeps se sanctè promissa seruaturũ esse obligasset, postero die, qui Simoni & Guidæ sacer fuit, principem, patefacta vrbe, cum parte exercitus intromittunt. Qui cum in curia à Senatu honorificè fuisset exceptus; denuo se principali fide, obligationem à se datam seruaturum esse pollicetur. Tamdem vltima die Octobris, postquam Senatum ac sexaginta ciues in curiam

con-

1565.

Ioannes Albertus Mekelburgius cum exercitu Rostochiũ intromittitur.

1565. cõuocasset, S. Cæsareæ commissionem prælegi curauit, seque non vt principem, causas suas proprias tractantem, sed vt commissarium Cæsareum adesse ostendit: Postea, totam superiorum annorum Tragœdiam in vrbe excitatam & ciuium aduersus principem & Senatum contumaciam ac rebellionem longa ac prolixa oratione exponit: & ante Senatu abolito, litteras etiam, quibus centum & quadraginta annos primum facultas communitati ciuium, incidentibus grauioribus negotiis, sexaginta ciues, veluti Tribunos plebis eligendi, à Senatu data, & aliquoties deinceps confirmata erat, à ciuibus postulat, & exhibitas in ignem abiici & cremari imperat, Senatum & ciuibus id spectantibus. Quocirca Senatus ciues sibi aduersantes, in ordinem redactos, existimãs, integramq; regendæ Reipublicę auctoritatem sibi restitutam intuens, Principis iustitiam, bonitatem & erga se clementiã, primis illis diebus maiorẽ in modum prædicabat: sed ꝑbreue hocce fuit gaudiũ: Biduo enim post, claues vrbis portarum omnium à Senatu flagitat: Quibus acceptis, omnes reliquas peditum copias in vrbem recepit & easdẽ ciuibus ꝑ nouem menses integros alendos imponit: Deinde à Senatu ciuibus septuaginta tria millia & trecentos Ioachimicos, in hanc expeditionem bellicam, salutis ipsorũ causa, impẽsos exigit. Cumq; mulctam istam humiliter deprecarentur, rursus se obligationem datam seruaturũ & exercitum absque vllius noxa dimissurum promittit. Etsi autem Rostochienses sexaginta aureorum millia statim principi persoluerent, nihilominus tamẽ indies asperius pressi, iisdemq; arma ere-

...ostochit... à Ioan... Alberto ...uce Me...politano ...anissimè ...ulctan...ir.

pta sunt. Vlricus autem Ioannis Alberti frater germanus, quo inscio Ioannes Alberti frater militem collegerat & in vrbem, (vtrique pariter iuramento obstrictam,) receptus erat: grauissimè cum ipsi fratri, tum etiam Rostochiensibus iratus, militem & ipse etiam conscribit relictoque Buzouiæ præsidio, Brunsvvigam ad ordines circuli Saxoniæ inferioris congregatos proficiscitur, & ordinum auxilia inuocat. Cæsar etiam ipse, litteris Viennæ ad Ioannem Albertū datis, in quibus valde sibi displicere hanc suā expeditionem bellicā ostendit; statimq; militem dimitti imperat. Sed is vtrobique se prætextu commissionis, à Cæsare sibi impositæ neque adhuc executioni integrè datæ, excusat: nec cuiquam alii se molestiam aut periculum milite suo creaturum respondet. Cæsar verò hac ipsius excusatione minimè contentus, mandatum prius datum denuo repetit, & obligationem de Priuilegiis eorum non violandis Rostochiensibus datam, seruari fundosque ac prædia, in prima obsidione occupata, Rostochiensibus iubet restitui: Commissarios insuper, Bogislaum Felicem & Hassensteniū, inferioris Lusatiæ præsidem, & Ernestum Rechbergium, qui inter Principes Ioannem Albertum & Vlricum fratres, dissidium componerent, & copias militum dimitti curarent, constituit, qui vna cum Electoris Augusti & ordinum inferioris Saxoniæ legatis Rostochium peruenerunt: quid autem ibidem effecerint, anno sequente, Deo volente, enumerabimus.

Cæsaris ad Megapolitanum litera mandatoria.

Ioannes Fridericus Elector Saxoniæ, postquam in viuis esse desiisset, tres post sese filios Ioannem,

Actio inter Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ

1565.

1565. videlicet, Fridericum medium, Ioannem Guilielmum & Ioannem Fridericum Iuniorem, imbecillo corpore, gibboque prætere a oneratum, reliquerat. Cum verò iidem fratres inter se conuenissent vt primo decennio Ioannes Fridericus medius, qui primogenitus erat, solus gubernationem administraret, & hoc ipso anno Ioãnes Fridericus Iunior anno ætatis vicesimo octauo, diem suum obiisset Ioannes Guilielmus; exacto iam decennio, de hæreditate hercíscunda cum fratre Ioanne Friderico medio, actionem orditur: quæ ab vtriusque socero intercessione Friderici Palatini, tamdem sic est cõposita, vt nimirum Ioannes Guilielmus, *Coburgũ* & coniuncta Franciæ Orientalis oppida: Ioannes autem Fridericus Gotham & Thuringiæ partẽ deinceps teneret: De quo cum ambo fratres conuenissent, actio ista dirempta fuit. Hoc ipso tempore Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ, & de quo iam modo verba fecimus, Guilielmum Grumbachium, (Alberti Marchionis Brandeburgensis quondam legatum, qui Wirceburgum ante biennium ex insidiis occupauerat ac diripuerat & ob id à Cæsare proscriptus erat,) in patrocinium ac tutelam suam recepit, eique inter consiliarios honestum locũ attribuit: Verũ cum is nusquam tutum stabulum, trito dici solet prouerbio, haberet: tamen animum Ioannis Friderici amplissima spe, recuperãdis suis consiliis & Germanicæ Nobilitatis auxiliis, dignitatem & ditionem Electoris Saxoniæ amissas, inflabat: Quæ autem consilia non solum ipsi princi[pi] verum etiam Grumbachio & eius sociis exitiabi[lia] fuere, vt suo loco dicemus.

Interitus Ioannis Friderici Iunioris, compositio.

Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ, Grumbachium proscriptũ in tutelam suam recipit.

Solimannus Turcorum Imperator, postquam classem maximam omnibus rebus ad bellũ necessariis instructissimam, hocce anno adornasset, oẽs vires, omnemque potentiam suam, ad illam oppugnandam conuertit. Itaque omni vi connixi inte grata verberatione, arcem D. Michaelis & oppidũ ipsum, Melitam nimirum, continua tormentorum displosione, quatiunt: resq; eo acrius geritur, quoniam illo ipso tempore Solimãnus, litteras ad Purpuratos suos dederat, in quibus mãdabatur vt Melitam, quibus possent modis, occuparent, vel, si id ante hyemem non possent, in Insula ista hyemarẽt: Quocirca quatuor hominũ millia de remigio detrahebantur & contra Melitenses armabantur: vt autem Turcici milites eo acrius & maiori cum alacritate oppugnationem istam aggrederentur, omnis præda iisdem pollicebatur: Itaque M. Septẽbri, duobus violentis impressionibus oppugnandũ oppidum, arcẽ vero tripartito aggrediuntur: vbi vtrimq; acriter ac diu quidẽ pugnatũ & multi quoq; occisi fuere. Cumque Valeta, Ordinis princeps ad murũ Regionis Castellanæ admodũ nec nõ sine ingẽti piculo laborari animaduertisset, hostesq; iã in summũ euasisse intellexisset, cõfestim se illuc recepit, suaq; psentia omniũ gnauiter hostibus resistẽtiũ animos, adeo confirmauit, vt & mulieres ẽt promiscue ac incredibili audacia in certamẽ irruerẽt. ac summis viribus Turcos repellerent: Exinde cũ diurnæ oppugnationes minimẽ ex animi sui sẽtẽtia, ipsis pcederẽt, noctu luna plucente impetũ faciũt, sed iterum non sine ingenti suorum damno ac detrimento deiiciuntur: ast summo mane prælium

Turci oppugnatione Melito repelluntur.

1565. redintegrant, non solum loci potiundi spe, quam vt tamdem lassitudine obsessos, cum alia re non possent, varia iam peste absumptos, expugnarent: Quo factum vt obsessi cautius agerent, & in repellenda vi hostili non statim extra munitionem pedem efferrent, ne certis ac destinatum petentibus ictibus aperti exponerentur: In ipso autem pugnæ medio & præsentissimo obsessorum periculo, trepidus ad Valetam venit nuncius, & res Christianorum perditas apud eumdem deplorabat: ast impiger iste ac vigilantissimus ordinis Princeps, obsessos iterum sua præsentia confirmauit, ita vt maiori alacritate hostem aggrederentur, eumdemque summa virtute euerterent, vbi virtus & audacia Laurentii Vasconis imprimis conspecta ac probata fuit, is enim hostes pluteum, quo defensores tegebantur, ligonibus ac malleis suffodientes cũ delectis, præcipites deiecit: Ad S. Michaelis arcem cum ab initio non adeo præcipitanter dimicatum esset: hostis existimans Christianos lassitudine plane esse confectos, ideoque ad resistendum minimè fore idoneos: itaque cum breui temporis spacio quieuissent, & ab opere bellico aliquantulum cessassent: illico ad pugnam reuertuntur, sed pari obsessorum virtute in fugam vertuntur: vbi Frãciscus Geuara, præter cæteros, vt aliis in oppugnationibus, sic & in hoc quoque Turcorum impetu, egregiam operam nauauit: Is siquidem prælio se immiscens, & ad ea potissimum loca, in quibus summopere laborabatur, se recipiens, imaginem Christi crucifixi circumferebat: cum hac appendice, Dei filium sanguinem pro ipsis fusum, iam ab iisdem

repe-

repetere: Quo dicto Christianorum animi adeo accensi sunt, vt contemptis omnibus periculis, cõstantissimè & fortissimè pugnarent: res enim inibi, non solummodo missilibus sclopetis, sed gladiis ac præcipuè artificiosis ignibus vtrimque gereretur: vbi Turcorum quidem conditio, nec immeritò, fuit iniquior: Ex superiore enim locò à Christianis strenuè se defendentibus ac tuentibus, maximopere & vehementissime periclitabantur, multis ex illis igne correptis & horribili mortis genere ambustis & è pugna desistentibus. 1565.

Postridie, postquam, per noctem integram, nullam tormentorum displosionem intermisissent; Turci denuo hostiliter irrumpunt, quos tamen obsessorum virtus rursum retrocedere mox coegit: sed ex omnibus hisce perpessis miseriis, hoc vnum Mustapham excruciabat, quod ex transfugis rescivisset Christianos bono adhuc esse animo, & omnia ad bellum necessaria illis ipsis minimè deesse; ternos enim panes singulis, ac non aspernãdam lagenam vino repletam, quotidie viritim distribui: cũ contra apud suos annona, puluis itidem tormentarius & reliquus etiam apparatus bellicus deficere inciperet, ita vt ex penuria globorum, ab hostibus emissos siue eiaculatos colligere cogerentur, & naues onerariæ in Lotophagitidem propinquam, Græciam itidem ac Syriam vsque ad apportandũ commeatum missæ, tardius aduenirent. Quocirca Mustapha, (qui ex mandato Solimanni heri sui, in insula hibernare constituerat,) vt transfugia Melitensium in Siciliam impediret, catena ex immanibus antennis & malis nauium contexta portam

Turci oppugnationi Melitæ denuo redintegrant, à qua vicissim, non sine damno retrocedere coguntur.

1565. clauserat. Interim Garsias post Cardonæ & Leuæ aduentum delectis ex tota classe sexaginta triremibus, quibus octo armatorum hominum millia ferebantur, & vt ad cursum celeriores essent, omnibus impedimentis detractis Messana soluens, Syracusas venit, vbi magnum Magnatum numerū offendit, qui ex omnibus orbis partibus eo conuenerāt: ibi cum in consilio ageretur, quisnā ex viris primoribus Gaulum, vbi primum appellēda erat classis, pmittendus esset, qui de signis cum oppidi præfecto conueniret, Auria famosissimus iste classiū maritimarū Amiralius se obtulit: quē quis autem Garsias mera ex inuidia ac æmulatione illud initio *impedire* conaretur, quippe qui rē lōge minorē, eximia *illius* dignitatē esse diceret, ad finē tenuit vt mitteretur: Is præmisso Martinezio, cū interea fœdissimæ tēpestatis causa, p aliquot dies iactatus esset, signoque bis cōspecto, retro ad Garsiam reuertitur, qui è portu Syracusano soluens Lenosam versus tendebat: Sed cum isto suo nauigationis itinere nauem, à Purpuratis in Lotophagitidem missam, intercepisset: inde aduersa tēpestate ingruentes, cū neq; Lenosam neq; Lampadosam tenere potuisset, ad Pātalaream iter flexit: vbi rursum ventis crebro variātibus, effusissimoque imbre assiduè decidente, *classis* toto mari sparsa ac disiecta est: quæ verò cōglobatæ naues remanserant, se vicissim vrgentes atque inter se inuicē incurrentes, rostra ac proras pfringebant: tamdē sedata rursum ista tēpestate, classis Fagianam tenuit, quæ Insula haud longè à Drepano Siciliæ adiacet: ibi dierū aliquot à nausea & maris ventorumq; iactatione refecto milite & frustra ex-

pectato

pectato Auria Lenosam venit: vbi cum signa Gaulenses, ex pactis conuentis, edidissent, nūtio isto lętus, inceptū ac institutum iter iam secutus psequitur: sed cum nocte pars classis quā Cardona ducebat decertasset, dū Garsias pluribus scaphis ad hominis istius indagationem circummissis errabūdus discurrit, à luce oppressus est: quā omnia aperiente, tamdem vniuersi conuenere, sed ea vice copiarum in Insulam exponendarum incommoditate amissa, (quippe cum se à Turcis conspectos, minimè dubitarent: itaq; retrocedentes Pachynū redeunt, & ad locū, Poxalem dictum, exscensionē faciunt, vbi mille quingenti & circiter à signis recessērunt: rursusque ex ea occasione Garsias animo fluctuari cœpit, re de integro ad disputationem reuocata: verum postquam reuersus esset Auria ab eo confirmatus & alioqui inuidiam veritus, si ipse solus tanto omnium ardori defuisset, & vnanimē Procerum consensum ac desiderium in isto tam arduo ac periculoso admodum negotio frustraretur, tādem itaq; ad iter se accingit rebus antea constitutis & scripto editis: Quo facto quinque Duces vniuerso exercitui pficit: Aluarū videlicet Sandæū, qui Legioni Neapolitanæ: Sanctiū Londoniū, qui Mediolanensi: Consaluum Bracamontē, qui Sardæ, & Vincentium Vitellium qui Italorum Legioni præesset: Ascanium vero Corneum castrorum præfectum constituit, qui vnanimi consensu pronunciarunt, vt omne Imperium, secundum plura vota, in solum Garsiam transferretur. 1565.

Turci vero interea minimè cessabant, sed compluribus specubus subterraneis excauatis, eo con- *Turcorum noua molitiones denuo.*

1565. filio, vtractis cuniculis & incisis, quasdam oppidi Melitæ partes subuerterent. Id vt obsessi prohiberent, fossas contrarias, itidem in opere assidui, du cebant; Iamque hostes ad Regionem Castellanã munitionem altitudine æquam ac proximo muro superextantem ad mœnia vsque perduxerãt, eiusque area complanata ac dilatata firmam sclopetariorum militum stationem, plateis corio contectis, vallatam imposuerant: Vnde obsessi magnum prima vice detrimentum accepere: ideo non defuere, qui quoniam locus vlterius defendi haud posset, oppidum & D. Michaelis arcem deserendam, & in S. Angeli arcem confugiendum esse, persuaderent: cui intempestiuo ac trepido consilio Valeta summi animi constantia vehementissimè obstitit: atque claramontio perspectæ virtutis atque audaciæ viro negotium dedit, delecta manu ei attributa & Francisco Geuara comite adiuncto, vt munitionem hostilem impetum facerent: qui haud segniter noctu, per fenestram ob id in muro factam, egreditur, & in aggerem enixus, stationem Turcorum loco deturbat, nonnullis trucidatis, magnoque operariorum numero illuc adducto, locum munit & valido præsidio firmat: Quo facto Turci, qui viderent machinationes istas, quas excitato aggere Christianis moliti fuerant, in seipsos redundare, cum omnem spem, oppidi, à Regionis Castellanæ parte, potiundi deposuissent: relicta Regionis eiusdem parte, oppugnationem, ad inferiores oppidi partes transferunt, tantaque celeritate vsi sunt, vt priusquam Christiani cuniculos agere potuerint, (quibus hostem

Christiani subuertuntur.

mœni-

mœnibus succedentem subuerterēt,) ad ipsa præfurnia peruenerint, raptisque nonnullis cadis tormentario puluere refertis se in tutum receperint, eodemque die impetu ad D. Michaelis arcem facto, Turcis post longum certamen itidem cum damno repulsi sunt, quamuis decusso munimento opposito, simplex dumtaxat tabulatum remansisset: mox imbre superueniente cum Christiani recessissent, hostis eos stationes deseruisse ratus, denuo impetum facit: sed defensoribus frequentius ad ruinam, præter spem accurrentibus, etiam cum damno inde expulsus est. Ita cum vi aperta toties repetita, astu etiam ac variis belli commentis infeliciter oppugnationem hostis attentasset: Mustapha omnes suas vires ad ciuitatem conuertere statuit: ad quam cum delecta armatorum manu peruenisset: valida eruptione, crebrisque tormentorum ictibus exceptus, haud minorem in eius quam in oppidi oppugnatione molem esse intellexit: cum vero in hostium Turcicorum castris milites fremerent, quasi sedentibus ad spectaculum ducibus, ipsi vero tamquam vilia ac despecta capita, Christianis trucidandi obiicerentur: Mustapha, in ipsa fossæ ora ante arcem tentorium erigi mandauit, inibique proceribus siue Purpuratis Turcicis in consilium adhibitis, postquam capita contulisset, Azenes Prosultanus Algeriæ se Principem in murum conscensurum, ibidemue signa Turcica fixurum palam professus est: quo responso exsatiati militum Turcicorum tumultuantium animi, eorumdemque querelæ quodammodo sedatæ fuerunt. Cumque Christiani iam potius lassi-

1565.

Fremitus militum Turcicorū sedatur.

1565. tudine quam animis deficere viderentur, non parum rursus confirmati sunt spectro Francisci Monachi; quod inaudisse se affirmabat diuinũ numen exoratũ (fides siet penes Monachum: narrata hic recenseo) Melitã ac sactum equitum Ordinem seruaturum. Cumq; Turci subterraneos recessus assiduis operib. fodissent, & longe introrsus oppidum multis in partib. penetrassent Christiani vice versa contrarios agunt cuniculos, quibus solum & stationem Turcorum euertunt, eosdemq; in sublimi raptos, miserabiliter discerpunt: Diuersa parte ad D. Michaelis arcem cum ferme omnia propugnacula occupassent, ita vt locis subtus excauatis tecti consisterent & muro iam cum ipsis aggeribus coniuncto, tantum tabulati crassitudine obsessi ab hoste defenderentur, illud etiam vncis, quib. praelongas hastas praefixerant, apprehensum reuellere, & aliis rursum hastis, cuspide falcibus haud dissimili, apprehensas Christianorum hastas perfringere nitebantur: Sed incassum laborabant siquidem inuicta & animosissima Christianorum virtus illorum conatibus fortiter vbiq; resistebat; Itaq; cum purpurati nullis neque artibus nec viribus Melitenses expugnare & vincere possent: tamdem extremum remedium in manus sumpsere? & quod vi nõ possent, fame tentarunt. Garsias vero interea, Syracusano portu soluens ac Siciliç littora legens, pmontorium Saccae tenebat, secundissimisq; ventis flantibus in Melitae conspectum veniebat, versus Gaulum itinere directo, ex qua primis intendentib. tenebris accepto signo mouit & fretum laetus ingreditur: in quo quadraginta triremes Turcicas eo

ipso

ipso die fuisse præcognouerat: ibi à periculo securior lucem (vt eo commodius copiæ exponerentur) opperiri statuit. Itaque prima luce freto traiecto ad illud littus Melitæ è regione Comini exiguæ insulæ (quod vulgo Melegæ promontorium dicitur) classem appellit; & cum minus quatuor horarum spacio suos exposuisset, qui ad sex millia redacti erant, magna tormentorum vi displosa qua Valetæ subsidij aduentus significabatur: Siciliam ad secūdum commeatum accipiendum repetit. Iam enim copiæ in Vmbria conscriptæ Caietam conuenerant, & inde propediem Messanæ expectabantur: Interea Duces ad ciuitatem, quæ octo passuum millibus aberat, composito agmine tendunt: Sed tardo admodum incessu, quippe iumentis onusto milite deficientibus, vt tantum tria milliaria eo die confecerint: inde tertiis, nec citius castris ad vrbem venerunt & loco idoneo, à Corneo ante capto, considunt, cuius frons ardui ascensus cliuo, duo latera, ipsa vrbe & subiecto cœnobio claudebantur. Ibi à Valeta litteras accipiunt, quibus significabat Turcos cognito ipsorum aduentu, abstulisse tentoria & vasis conclamatis militem classi imposuisse; itaque cum tridui ibi spacio se refecissent, rursum trepidus nuntius ab obsessis aduenit, qui Turcos, mutato consilio, rursum exscensionem fecisse, cum Christianis confligere statuisse moxque breui tempore ad futuros renunciabat causa autē istius consilij Turcici fuerat q̄ Mustapha, cum ex transfuga quopiā Granatensi cognouisset, exiguas traiectas copias: sed Garsiā Siciliā repetiisse & maiores, q̄ præsto propediem aduēturæ sint, secundo commeatu

1565.

Valeta ad Garsiam litera.

1565. meatu portarurum, præuertendum ratus, assentiente Asene Algeriano fortunam periclitari decreuerat: cum diceret sibi non solummodo dedecorosum, sed etiam fraudi apud Solimannum futurum, si ipsi ad primum Christianorum strepitum, tamquam examen apum perterriti subito euolauissent: quamuis Pialis contra sentiret, qui flore ac robore exercitus amisso, imbelles cæteros aut laboribus confectos cum delectis ac recentibus committere periculosum, nec non sine iudicio ac ratione, existimabat: verum is duorum consensu victus, dum Mustapha itinere terrestri Christianos inuaderet: classis ad D. Pauli stationem appellendæ negotium sibi sumpsit: Christiani autem protinus suos in aciem educunt, & Corneus quidem intra castra vt se continerent. Suadebat, at Sandæus, qui inter Duces principem locum obtinebat, vt memoriam, consilii nimirum de non tētanda expeditione, oblitteraret & Cornæo æmulo obtrectaret, spreto Cornei consilio, cum Chapino Vitellio in planiciem descendit, & quamuis fateretur, superiorem locum, quem Corneus tuendū censebat, tutiorem esse, tamen Turcos numquam eo subituros affirmabat, atq; ita occasionem egregiæ ac certæ, aduersus imbelles & præteritis *malis* iam victos, victoriæ è manibus ereptum iri. Cum contradiceret Corneus, & Deum atque hominū fidem obtestaretur, si quid cladis acceptum esset, non penes se sed ipsos culpam fore, ardore militum victus & ipse in planitiem descendit. Iamque Turci apparere ceperant, sed colle proximo, ad quem occupandum flexo itinere contendebant, à

Chri

Christianis Ductore Chapino deiecti, cum terga cedentes ad suos vsque compulsi fuissent: Mustapha de euentu veritus, statim littus repetit, atque in itinere, cum ab amenti trepidatione, neque animus neque sensus homini constaret, bis equo decidisse dicitur. Turci autem dum se recipiunt fugientibus magis quam pugnantibus similes, plerique inter conscendendum à Christianis insequētibus cæsi, multi nando aut scaphis nimio pondere pressis, vndis submersi, fœdius quam in ipsa pugna periere, Christianis crebra tormentorum ab hostili classe displosione, vix ab insequendo & cædendo repressis: in qua fuga plus quam duo Turcorum millia desiderata sunt, quemadmodum id postea ex transfugis scire licuit: ex Christianis verò tredecim dumtaxat periere: ita vt nusquam maiore vi à potentissimi Imperii copiis omnibus rebus ad bellū necessariis instructissimis, oppugnatio facta, nec vnquam maiore virtute resistentium repulsa sit: Imprimis vero maximopere immanium tormentorum species admiranda fuit: quædam enim ex iis globos lapideos 300. pondo: alia globos ferreos 60. alia denique octuaginta torquebant: & initio exacta ratione, vt à curiosis obseruatum est, sexaginta eiaculationū millia numerata sunt. In tota autē obsidione ista, quæ quatuor menses integros durauit, (vt ex probatissimis auctoribus qui obsidionem istā Turco Melitensem exactissimè descripserunt, videre est,) viginti Turcorum millia, ex quibus duodecim bellatorum, cætera vero turba remiges ac nautæ fuerunt, cecidere: Ex Christianis vero, vtpote in ar-

1565.

Turci cu[m] dedecore, maxima fuerit str[a]ge ab obsi[-] dione Me[-] lita disce[-] dunt.

cibus

1565. zius Cardinales: Ludouicus Gonzaga Dux Niuernius. A. Mommorantius M. E. Bordillonius equitum tribunus. Bosius Hipparchus, B. Monlucius, Arturus Cossæus Gonnorius, Sipetra, Lansacus, Rostinius & alii: Regina vero parens etiam vltra amnem transmisit, vt filiam effusius deoscularetur & amplecteretur; Rex autem in ripa remansit, vt è nauigio exeuntem, manu porrecta exciperet. Post complexus, quales inter principes ac fratres esse solent, mediam eam Heinricus Regis frater & Borbonius Cardinalis Baionam vsq; deduxerunt: vbi Gallica Nobilitas nusquam in sumptus, (instinctu tamen & ex mandato Reginæ) effusior, nusquã maior conuiuia, spectacula, hastiludia, põpas nocturnas & huiusmodi apparatus voluptuarios impẽsa facta sunt: adeo vt potẽtia Gallorũ genti superbæ & ostẽtationis plenæ cõtraria vanitate ostẽtaretur. Illuc ẽt vltro accersitus fuerat, Petrus Rõsardus Poeta isto seculo omniũ celebertimus, vt põpã istã Regiã, ludos equestres & varia insuper spectacula versibus describeret: Id q; & sedulo pstitit: & totã istam actionẽ doctissimo poemate, (quod adhuc hodie summa cũ ingenii illius admiratione & legẽtiũ oblectatione in omniũ manus territur,) cõplexus est. Hũc aũt potissimũ in finẽ singulis diebus ludi ac spectacula ista trãsigebãtur, vt nõ aliã ob causã, quã oblectationis gratia, Eliesabetha à fratre adducta esse videretur: id quod Regina ipsa quoque credi volebat, quæ in ædibus Episcopi hospitium sibi sumpserat iuxta quas ex materia opere tumultuario domum exstrui curauerat, aulæis & pannis pretiosissimis regeliter

liter instructam, in qua Elielabetha pernoctabat: 1565.
Ineam vero ad filiam per mediam porticum, (ita vt non nisi à consciis conspiceretur,) crebro noctu Regina parens commeabat, & cum Duce Albano, qui plena mandata à Philippo Hispaniarũ Rege habebat, sermones in arcano conferebat.

Sacrã Lig ad extirpãdos hæreticos in Reg. o Gallia condit.

Hic sacrum fœdus inter vtrumque Regem sancitum à Protestantibus scribitur, ad veterem Religionem constituendam & nouam, (quam absq; rationibus sic nominabant,) extirpandã ac prorsus euertendã: in quo fides ab vtraque parte data fuit, necessitate sic postulante vicissim auxilia Hispano ad bellum in Belgio gerendum: Regi Galliæ ad Protestantes in Regno ad obsequium reducẽdos, vtrimque ad auctoritatem Pontificiam, mitterentur. Id verum sit nec ne, tempora subsecuta posteritatem plenissimè ea de re edocebant. Equidem Ioannes Baptista Hadrianius qui summa fide ac prudentia secundum Franciscum Guicciardinum historiam scripsit, & ex Cosmi Hetruriæ Ducis commentariis, vt verisimile est, multa hausit, in colloquio illo, (quod & instante Pontifice Maximo habitum est, & cui Philippum Hispaniæ Regem ipsum interesse, Papa cupiebat,) de liberanda à Protestantium peste Francia occidentali, actum esse prodidit, & ad vltimum in Albani sententiam itum, qui ita Philippo Regi suo videri aiebat, vt summa capita decuterentur, & instar vesperarum Siciliensium cuncti ad vnum Protestantes, ferro trucidarentur, & quia iam tunc de conuentu Molinii habendo tumor sparsus erat, optimum factu visum, vt ibi quamprimum Magnatũ ad con-

Sanguinolenta R. Hispani vum ad lini Protestantes consilia

1565. uentus istos venturorum strages fieret, signoq; dato vbique per Franciam cæteri (Protestantes) exterminarentur. Sed quod aut non omnes huc conuenissent, aut alias ob causas id illis ipsis intempestiuũ videretur, rem in aliud tempus dilatam, quæ septẽnio post, vti decreta tunc fuerat, Lutetiæ Parisiorum loco commodiore & occasione demãdata est. Addit Franciscus Lanouius, quosdam hanc ex Albani ore vocem excepisse, *In ranunculis capiundis inutilem insumi operam, salmonum ac maiorum pisciũ piscationi,* (O vocem horribilem atque pestilentem,) *serio esse incumbendum.* Ab eo verò tempore Condæũ & Colinios, ab amicis, in aula tunc cõmorantibus, de sanguinariis illius consiliis monitos, in commune consultasse, & cum suspecta aulæ consilia haberent, rebus suis imposterũ cautius prospexisse. Ex occasione autẽ ista grassantis in Gallia sectarii mali ab Albano, Regis Philippi nomine postulatum fuerat, vt Regis edicto ad conciones conueniendi libertas in vrbibus in limine positis, reuocaretur ne malum contagione in vicinas prouincias serperet, & commoditate ob proximitatem illecti, plærique ex altera ditione in alteram migrarent: Sed intercedentibus in Gallia Protestantibus & libello edito iniquitatem postulati exaggerantibus: *Albani* desiderio minimè satisfactum fuit, eo tamen colore postea obtinuit à Romano Pontifice Philippus, vt Vipuscoa & Biscaia, Cantabriæ olim nomine comprehensæ Prouinciæ ac diœcesi diuellerentur non sine ingenti nominis Gallici iactura ac iniuria Quam eamdem ob causam Cameracensis & Tornacensis Episcopatus à Remensi iurisdictione (cu

subiecti erant, vt diuellerentur, iam ante à Romano Pontifice impetrauerat. 1565.

Belgicorum Nobilium fœdus Reformatæ Religionis ergo initũ.

Interea Protestantes in Belgio mirum in modum augebantur, quibus eo ipso tempore nõ pauci Nobiles (qui tamen ante successum & accretionem Religionis istius, illis maximopere repugnauerant,) sese coniungebant: Cum verò illi maximum & præsentissimum, ob inquisitionis Hispanicæ negotium, periculum sibi imminere cernerent: fœdere inter se inuicem ineundo sibi præcauere statuerunt, vti se ad hanc rem mutuo alii alios, omnibus legitimis rationibus, ad euitandum periculũ, quantũ in se esset adiuuarent, seque de rebus quæ à Pontificiis tentarentur, certiores inuicẽ facerent. Itaque illi, postquam hoc fœdus iniissent, indies ad Religionis istius studium magis magisq; accendebantur, & plures sibi adiungendos summis enitebantur viribus. Ita quamplurimi non solum Nobiles, verum etiam tenuioris sortis ac conditionis homines, posthabita Religione Romano-Catholica, ad Protestantium partes transire, quamuis Episcopi Pontificii quotidianis ferme fulminationibus eosdem persequerentur. Hac ratione cum securitatem quamdam ad respirandum Protestantes nacti essent, nihilominus tamen in maximo versabantur periculo, vt si inquisitorum vim à se repelleret, maximę exinde perturbationes & calamitates exorirentur: Egmondanus interea qui ad deferendas Regi Hispaniarum, Protestantium querelas siue iniurias in Hispaniam se contulerat, postquam à Rege perbenignè auditus ac summa cum clementia rursum dimissus

Egmondanus ex Hispania domum reuertitur & legationis sua Bruxellis rationem reddit.

1565. fuisset: celeri equo vectus domum repetens, paulo post cum Alexãdro Farnesio Bruxellas reuertitur & multa de præclara Regis voluntate præfatus, legationis suæ rationem ac mandata, tam Princip Parmensi, quàm ipsi etiam Senatui Bruxellensi exponit: *Velle*, nimirum, *ac iubere Regem, vti de instituenda iuuentute, de vita clericorum, de doctrina populi, de hæreticorum pœnis: Parmensis cum iis quibus cum videtur consilia tractet: de cætero eam esse Regis voluntatem ac sententiam, vti leges, iura Priuilegiaque, quæ haberent, Belgis relinquerentur, nihilque aliud ab ordinibus postulari quàm vt Romano-Catholica Religio conseruaretur.* Quæ fama cum passim & vbiuis fermè locorum in *Belgio*, sparsa esset, in omnium animis incredibilem excitauit lætitiam: Nam quemadmodum nullum gaudium diuturnum, sic & hæc quoque Belgarum lætitia minimè constans ac perfecta fuit. Paulo enim post Parmensis litteris, à Rege mandatur, vt bonorum & sapientum virorum consilio adhibito, pro rerum necessitate, certam quamdam formulam constituat, qua omnibus malis in Belgio tum temporis grassantibus, sarta tamen tectaque Romano Catholicæ Religionis auctoritate, possit iri obuiam. Parmensis itaque Regio hoc mandato accepto conuentum, tribus nimirum ex Episcopis, tribus Theologis, tribus Iuris Canonici ac totidem iuris ciuilis consultis constantem, instituit: illis exhibitis litteris Regiis, totius rei negotium proponit, illosque ad concipiendam, iussu Regis, formulam, peramanter adhortatur. Qui tanto Regi immorigeros sese præbere nefas ducẽtes: formulam condunt: in qua inquisitioni Hispa-

nicæ eam præstant operam ac diligentiam: vt ista commodiori ratione stabiliri siue cõfirmari haud potuerit: sublato enim formidoloso vocabulo inquisitionis, visitationis eam nomine indigetant, pro flammis laqueos sufficientes: Hanc autem suam sententiam scripto compræhensam cum proceribus exhibuissent, plærique, potissimum vero Auraicus, Egmondanus & Hornanus ei subscribere recusarunt. Hinc in Hispaniam ad Regem formula ista mittitur, qui à consiliariis suis inquisitioni per omnia deditis, aliter edoctus, illam ratam habere minimè voluit, sed acrius aliquanto ad Parmensem rescribit, in quibus neutiquam sibi probari ait, vt aliquid de inquisitione hæreticorum immutetur. Quocirca sibi scribat à quibus metuenda essent pericula, & loco ignauorum meticulosorumque custodum, vigilantiores & alacriores summouendos esse. Hæc mandata cũ Parmensis iis, ad quos earum rerum cura potissimum pertinet, denunciari curasset, rationemque, qua Regis voluntati satisfieret, eam præscripsisset, vt videlicet quolibet trimestri ad hoc negotium delecti de statu Religionis & obseruatione Concilii Tridentini (cuius decreta Rex Hispaniarum rigide obseruari mandabat,) ad secretius consilium referrent, confestim ex primoribus Nobilibus quidam extitere, qui omnia suspicionibus & inani metu miscerent: & hac inquirendi ratione, (quam cum Hispanica illa comparabant,) animis liberorum hominum vim, corporibus cruciatus, fortunis insidias intentari dicerent: inde factum est, vt nobiles diuersis sub coloribus coire, proceres ad

1565.

Inquisitio Hispanica sub visitationis nomine in Belgio vẽ ditãri cœpta.

1565. publicum consilium, præter animi indignationem nihil afferre, ciuitatum, Brabantiæ potissimum, Legati querelis, contra inquisitionis munus, qua Priuilegiis suis derogari aiebãt, curiam fatigare, & inquisitores ipsimet, tot rebus impediti, vix quicquam, quo præscriptum erat modo, administrare visi sint.

Fata virorum inlustrium cũ nonnullis elogiis & epicediis.

Cum terminus anni & libri huius nostri quinti instet, fata quoque virorum quorundam inlustriũ, tam bellica laude quã virtute & litterarum cognitione insigniuni, heic ad calcem libri attexere, visum fuit: Inter quos primus occurrit Wolfgangus Comes à Barby, quem propter summum candorem ac integritatem, Quinque Electores, Saxoniæ, vtpote Fridericus sapiens, Ioannes, Ioannes Fridericus, Mauricius, & Augustus, singulari beneuolentia complexi, eiusque consiliis & officiis, tam in gubernatione Aulico-domestica, quam foris in bellis & legationibus vsi sunt VIXXX. Ianuarii animam Redemptori suo reddidit, postquam ex Hagne, Gebhardi Comitis Mansfeldii filia, vndecim filios, & quinque filias procreasset: Ex quibus Hagnes, Ioachimo Ernesto Principi Anhaltino, Margarita, Volcmaro Wolfgango Comiti Honsteynio: Magdalena Ioanni Vngnadio Baroni *Styriaco* exuli nuptæ fuerunt: Filii vero: videlicet VVolfgangus, Albertus, Burcardus, multos annos aulam Palatinorum Friderici & Ottonis Heinrici post militiam secuti sunt: Christophorus vero in Rectorem inlustris Academiæ VVittebergensis electus fuit.

VVolfgangi Comitis à Barby quinque electorum Saxoniæ Consiliarii.

Georgii Seldii [illegible]

Mense Maio vero fatis concessere Georgius Sel-

dius Cæsaris Consiliarius: Burcardus Mithobius, Erici Ducis Brunsvvigensis ac Lunæburgensis Archiater: similiter & Ioachim⁹ à Neuvvhausen, Boemiæ Cancellarius, hostis Ecclesiarum, quæ à Pontifice Romano seiunctæ puriorem doctrinam profitebantur, acerrimus; qui cum Danubii pontem Viennæ transit: rupto pontis iugo, cum Cisio & equis delapsus in Danubio infelicem animam efflare necessum habuit. Eodem ipso mēse die IIXXX. In Lituania, Nicolaus Radeuilus Dux Olicæ & Niesvvicensis, Palatinus Vilnensis, vir ingenio & auctoritate clarissimus, diem suum obiit: Primus fuit qui Vilnæ in Lithuania puriorem Euangelii doctrinam amplectentes, negantibus templa sacrificulis, in aula sua, fano S. Ioannis opposita, sactos conuentus celebrare permisit: ac impensis in interpretes ac Typographos, decem plus minus florenorum millibus, primus Sarmatis Sacrosancta Biblia, ex Hebraicis atque Græcis fontibus lingua Polonica dedit: Familiarissimus & charissimus fuit Regi Sigismundo Augusto, qui patruelem Radeuili nomine Barbaram, coniugem secūdam habuit. Filios autem quatuor post se reliquit, à paterna Religione & fide postmodum descifcentes, videlicet: Christophorū, Georgium Cardinalem, Albertum & Stanislaum: sequenti autem elogio Chronologico Nicolaus ille Radeuilus deploratus est:

1565. Burcardi Mithobii. Ioachimi Neuhusii.

OCCIDIS, arCtoæ RaDIVILe, o gLorIa terræ:
Heros IngenIo non CIto taLIs erIt.

1555. Ioannis Mathesii. Hunc M. Octobri Ioannes Mathesius Rochlicensis Pastor Ecclesiæ, quæ tum temporis Dei filio, in Valle Ioachimica colligebatur, vigilantissimus, qui Theologiam vniuersam & omnes vitæ Oeconomicæ ac Politicæ & Physicæ meta[...]lorum doctrinæ partes, eloquentissim[...]s in Germanica lingua scriptis, illustrauit: Hic cum mane concionem de filio viduæ in Naim à Christo resuscitato habuisset, & in futura vita, singulos pios, suæ matri & cæteris amicis restitutum iri, seque mutuo inui cem agnituros esse, docuisset: tribus post concionem horis, in Iesu Christo pie ac placide obdormiuit, resuscitationem mortuorum & vitæ æternæ gaudia, quæ trium ante horarum spacium, auditoribus suis, pro concione, inculcauerat, cum omnibus electis Dei filiis, expectans. Quem paucis Georgii Richii. ante diebus, secundo videlicet die Octobris, Georgius Richius Saganæ in Silesia natus pius & sanctus senex & erga pauperes beneficus Pastor Ecclesiæ Rostochiensis D. Nicolao dicatæ, (qui Collegium Rubei Leonis planè collapsum, suis fermè solius sumptibus ac impensis in eadem Academia Rostochiana instaurauit, hunc potissimum nec alium in finem, vt studiosi tenuioris conditionis gratis in eodem habitarent,) antecessit.

Pii IV. Summi Pontificis eiusque virtutes ac vitia. Mors quoque nemini parcere assueta, hoc ipso anno Pium Quartum Pontificem Maximum V. Eid. Decemb. sustulit, cum annos sexaginta sex, Menses octo, dies nouem his in terris transegisset: Pontificatui vero ann. 5. M. 11. D. 15. præfuisset. Corpus eius Basilicæ Vaticanæ illatum, & lateritio ad tempus solito, conditum

fuit.

fuit. Eo Pontifice Italiæ, pax vrbi & prouinciis eius ditioni subditis quies, rerũ ad vitam necessariarum copia, publica incommoda vel pauca vel nulla fuere, moribus variis, quamdiu priuatus vel sub Pontificibus in prioribus Magistratibus vixit, egregius fama vitaq; habitus est: mox vero creatus in Pontificem, magistratu mores prodente mutauit. Soluto enim Tridentino Concilio: ipse quoque omni metu ac sollicitudine solutus, ingenio suo pro arbitrio vtebatur; in multa insuper, (quæ ab omnibus non omnino & merito quidem probabantur) prorupit, palam iracundus, occulte inuidus, ad audiendum impatiens ac difficilis, in responsis acerbus, dominandi cupidus, vafer & dissimulandi peritissimus artifex: cum tamen simplex & hebetior haberi vellet; natura timidus, promptus tamen ad occultandam, audaciæ specie, formidinem: beneficiorum immemor, pecuniarum diuitiarumq; auidus, ad easque vndique corradendas, vel cum aliena iniuria attentus; in seruandis tamen iisdem parum cautus; vt quo Pontifice H-S bis millies haustum sit, quorum tamen maior pars in opera publica ac fabricas expensa est. In victu cibi vinique profusus & in voluptates pronus, quæ etiam extremum diem sibi accelerasse creduntur, & prouerbio de eodem dicatur, ipsum per eamdem partem corporis animam profudisse per quam acceperit: Socotum filiis nimirum indulsit: & cum sub tempore quadragesimali illius Anni, Annibalẽ Altempsium cum sorore Borromei Cardinalis matrimonio iunxisset, dote non persoluta, in extremis iam agens centum aureorum millia (si tamen se mori conti-

1565.

Honores mutant mores: sed raro in meliores.

1565. gisset) donauit: quæ tamen summa postea ab ei[us] successore ad dimidiam partem redacta est. Cu[m] fratre vero Augusto Marchione Meleniani (cui e[x] priuatis odiis infestus erat) post pontificatum [a]deptum numquam reconciliari voluit, cum is vn[us] esset, in quo homo ad vanitatem gloriæ cupid[us] decus familiæ renouare ac firmare posset.

[I]oannis [R]antzouij. Prid. Kal. Decemb. Ioannes Rantzouius triu[m] Potentissimorum Regum Daniæ ac Norvvegi[æ] vtpote Friderici primi, Christierni Tertij & Frid[e]rici secundi Consiliarius, tam belli quam paci[s] temporibus clarissimus vitam cum morte com[]mutauit: Rex autem eius præclare gestæ, *cum o*ptimæ ab eruditis & Historiarum amatoribus *le*gi mereantur, ideo easdem ex breuissima quapiam ipsius vitæ descriptione, hic attexam, quæ sic habet: Ioannes Dominus in Bredenberg, Bodkamp, Sturenhagen & Melbeck, Hierosolymis decore Balthei militaris insignitus est circa id tempus, cum Selymus Turcarum Imperator eam ipsam ciuitatem superasset. Tribus Daniæ Regibus summis bellorum Ductor ac intimis à consiliis fuit: Regis insuper Daniæ Christiani Tertij Regias in Holsatia vices gerens, Lubecam obsidione cinxit, aliquotque Lubecensium prope Oetinum *profli*gauit. In Iutia Rusticos seditiosos domuit: Nauarchum clementem, qui semetipsum, propria auctoritate, pro Rege gessit, cepit capitisque supplicio affecit. Hafniam in Selandia etiam bis vna cum aliis obsidione pressit. Seuerinum Norbium Regis Daniæ Christiani secundi summũ belli ducem patentibus in campis in Scania superauit &

[V]ide Ge[n]ealog. [R]antzo[u]ianam [i]psius im[p]ensis Hen[r]ingij Gro[s]ij impres[s]am AN[N]O CHRI[S]TI M.D. XCV.

cepit

cepit. Comites quoque aliquot in Fionia in loco Ochsenberg dicto, fudit. Inter Imperatorem Carolum V. ac Daniæ Regem Christiernum Tertium Spiræ vna cum sociis Legationis pacem ANNO CHRISTI M. D. XL. V. composuit ac stabiliuit. Tamdem cum Daniæ Rege Friderico secundo nec non Holsatiæ Ducibus, Ioanne & Adolpho in Dithmarsiam expeditionem suscepit. Vixit annos septuaginta tres & mensem vnum: licet anno ætatis suæ septuagesimo secundo ægrotare cœperit: placide obiit ANNO CHRISTI M. D. LXV. XII. Decemb. castra Bredenberch & Bodtkampe precio suo emit & funditus ædificauit, quorum prius inter munitissima totius Holsatiæ castra recensetur. Vxor eius fuit Anna Walstorpia eius familiæ vltima. Vixit annos 72. obiitque ANNO CHRISTI M. D. XXCII. XXIX. D. Decembris, & prope iugum honorifice condita sub sepulchro splendido Itzehoæ, cum variis Epitaphiis, quæ filij mœrentes patri nec non ipsi matri statui curarunt. Vidit liberos nepotes ac pnepotes numero XLVIII. Quocirca fœcundissima ista & Nobilissima familia Rantzouiana, ob res tantas tam præclare, domi forisque tam pacis quam belli temporibus gestas non immerito cum priscis istis Romanorum Ducibus comparantur, vt sequentia carmina testantur:

1565

Scipiadas, Brutos, Pompeios atque Camillos,
Aemilios, Fabios, Roma superba dedit:
Fabricios, Curios, & cum Cicerone Catones,
Præstantes studiis, Martis & arte toga:

Vide eundem Ranzou. Geneal. fub calce opusculi

Aeterna

1565. Aeternis quorum fama monumenta dicata,
Posteritas positas suspicit & statuas.
Desine mirari totidem gens unica terris,
Protulit Arctois proxima Rantzonios.
Inter quos Schacko, Caius numeratur & Ottho
Breidaque cum Paulo, Mauritioque simul.
Nicoleos praestans & cum Daniele Ioannes,
Qui Ducibus Roma Marte fuere pares:
Quorum dexteritas nec non Mauortia virtus,
Per varios casus saepe probata fuit.
Constat enim cunctis, magna quod laude vehendi
Praefecti fuerint, militiaque Duces.
Melchior, Henricus, Detleuus, Balthasarusque
Bartholdusque illis annumerandus erat.
Ac vltra centum Rantzoio sanguine natis,
Est sespes nostro tempore vita simul.
Quorum pars Danici Regni sunt membra senatus
Consilio Holsaticos pars iuuat vsque Duces.

DE EADEM GENTE, ALIVD.

Sunt duo, quae faciunt, vt quis sit nobilis, ARS, MARS:
Maior ab arte venit gloria, Marte minor.
Maxima Nobilitas à laude paratur, vtraque
Vt consummatus sic coalescat honos.
Vna Minerua Dea est studiorum, diuaque belli
Praesidet ingeniis, militiaque fauet.
Nobilis imprimis igitur RANTZOVIA GENS est,
Stemma per antiquum, ceu clypeusque probant.
Arma nitent duplici, roseo niueoque colore,
Vnus erit belli, pacis at alter erit.
Cur non sanguinei roseus sit tessara belli?
Candidus ingenua non nota pacis erit?

Quis neget, huic genti sub auito tempore quod sit 1565.
Indole partus honos? Sanguine partus honos?
Quis tales tantosque viros non iure fecisse,
Heroas magnos indicet & celebret?

ALIVD.

Ars, Mars, Sors, celebres, illustres atque potentes
Rantzonios reddit, laude, decore, bonis.
Laus artis, Martis decor, & bona plurima sortis
Salua manent, pietas est quia sancta comes.

Eodem huius Anni Mense, D. videlicet XIII. diem extremum suum clausit Henricus Gesnerus Tigurinus, vir omnibus seculis deplorandus, & vita, ni Deo aliter visum fuisset, longissima dignissimus, & quam exegisse videbitur iis, qui ætatem eius, ex librorum (quos plurimos ac vtilissimos cõfecit, industria sua illustrauit & edidit) non ex annorum, quos vixit numero metientur: primum autem studiorum suorum tyrocinium, Gesnerus ille noster, in Galliis, imprimis vero Lutetiæ Parisiorum & Auarici Biturigum fecit: inde cum in omni literarum scientia admirabilem quandam, imprimis vero Linguæ Græcæ cognitionem, sibi comparasset, & diuersas Italiæ Regiones perlustratus esset, tamdem ad lares patrios reuersus est, vbi Medicinam & Philosophiam, publico ad eam professionem conductus stipendio, tanta industria cum vtilitate auditorum suorum coniuncta adeo perspicue docuit, vt immaturũ ipsius fatum (vix enim annum ætatis suæ quadragesimum nonum attigit) non immerito omnibus literatis eorumdemue cul- *Conradi Gesneri.*

toribus

1565. Et flaccidum planta virentes,
Et pallidum flores nitentes,
Et flaccidum arbores comantes.
Regna te per humida,
Et beluosas qua ferit vndique
Roboantia littora Pontus,
Planctus honoro deflet Amphytrite:
Et liquidis sub aquis pisces mutitant.
Natura te omnis denique vt suorum fidum antistitem
Plorat sacrorum, multa
Futura deinceps, ni loquaris mortuus.
Hac inter tibi turbatus, Gesnere, parentat
Beza tuus, vati vates, & amicus amico
His incompositis innumeris numeris.

ALIVD, ROD. GVALTERI TIG.

Si doctrina, fides, pietas fera fata morari
Possent, Gesnerus non moriturus erat.
Sed quæ debuerant diram depellere mortem
Hæc illi celeris caussa fuere necis.
Dum nimis indulget studiis, dum quoque iuuare
Ardet, eheu vitam negligit ipse suam.
Innumeras, linguas quasi nouerat omnes,
Vlla vix aliquem vidit in arte parem.
Lustrarat terras, plantas, animalia, gemmas
Quæque sub his terris cæca metalla iacent.
Traxerat ex alto volucres, ex æquore pisces,
Viderat immensus quicquid hic orbis habet.
Oceanum, freta, stagna, lacus exhauserat omnes,
Vt studiis posset consuluisse bonis.
Restabant cæli, quos cum iam sæpe subiret,
Pondere se carnis sensit ad ima trahi.

Deposuit carnem (cæli proh tanta cupido?) 1565.
Libera mox vinctis mens super astra volat.
Quæ cum sub pedibus nubes, & sydera cernat,
Miratur, quæ non viderat ille prius.
Iamque extincta iacet discendi insana cupido;
(Nam quicquam, in cælis, discere non opus est)
Quippe potest coram rerum cognoscere causas,
Quæque in carne gemens cernere nemo potest.
Hic illi Christus, summi sapientia Patris,
Aetherea pandens, abdita læta, domus.
Præmia victricis fidei promissa rependit,
Vt summi secum viuat in arce Poli.

IN EIVSDEM OBITVM, NICOLAI REVSNERI ELEGIA.

Dum nigra roriferis, terra nox incubat vmbris, Ibid. pag.
Longius & tremula Cynthia luce micat. 101. 102.
Exiguoque leues spirant cum murmure venti, 103. 104.
Astraque conniuent candidiora Polo. & seq.
Qua Licus à Boiis Rhetos disterminat acres,
Carmina GESNERI FVNERE pauca canam.
Qualia defuncto Pelignus Naso Tibullo
Flebilibus cecinit, sera sed apta modis.
Quis vetet? & tumulis suus est honor, altaq; virtus
Nominibus minime prætereunda suis.
Forsan & hoc gaudent vni solamine manes,
Et quæ non prosunt munera sæpe iuuant.
Ergo age, seu superum cælestia templa frequentas
Seu colis Elysij culta vireta soli:
Dum cano, dum mæstus soluo funebria iusta,
Laudibus, ô ad sis vmbra, faueque tuis.

565. Non ego Pieridum felicia dona Dearum
Acre vel ingenium, iudiciumque ſagax,
Scripta nec attingam, totum vulgata per orbem,
Ingenij fuerit diuitis illud opus.
Non mihi ſpes tantas laudes æquare canendo
Materia victus pondere cedit honor.
Sat mihi, ſat fuerit, teſtari voce dolorem,
Nec gemitus obitu continuiſſe tuo.
Quo tua quo vero deplorem funera fletu?
Quod mihi Principium, qui mihi finis erit?
Laudibus an luctu videor debere teneri?
Exiguas vires vincit vterque labor.
Feſſaque iam primo ceſſerunt corpora ſomno,
Iucunda reſonent membra quiete fera.
Quis neſcit? mortis ſomnus perhibetur imago,
Mortales lectum diſcere nempe docet.
Par venit hic famulis, par Regibus, omnibus æqua
Iniicit obſcuras, conditione manus.
Et mors ſceptra tenet toti communia genti,
Cum pueris iuuenes illa, ſeneſque terit.
Fortibus imbelles, inopeſque potentibus æquat
Perſequitur populos, perſequiturque duces.
Nec genus aut formam, nec honores curat, opeſque
Nec dotes animi, iudiciique decus.
Nerea quid facies? quid virtus iuuit Achillem?
Hectora quid vires? Diuitiæque Midam?
Te quoque ſancte ſenex, non ars bene nota medendi,
Inclyta virtutis non monumenta tuæ.
Non facilis texit facunda copia linguæ,
Cultaque mens ſtudiis, & pietatis amor.
Raptus es heu, raptus ſubito, tumulumque recentem
Attonitis Limagus mutus oberrat aquis.

Contra vim mortis non eſt me- dicamen in hortis.

Sci

Scilicet hæc rebus, sors vltima defuit arctis, 1565
Qua sine Parcarum regna minora forent.
Sic igitur vir clare iaces? heu pectus honestum;
Heu pietas ingens, heu sine labe fides.
Quo te quo mediis mors abripit atra procellis,
Quo fugis ah moriens? quo miserande fugis?
Siccine conclusa sic magne iacebis in vrna?
Totque simul dotes, tot bona condet humus?
Quis neget hunc seros annos implere dolorem?
Et magni luctus posse tenere locum?
Crinibus en passis mæret Germania tristis
Cordaque lugubri tendit aperta manu.
Omnia sunt luctus, sunt omnia plena doloris,
Planctus in afflicta perstrepit vrbe grauis.
Ingemit & lachrymis plebs lumina complet obortis,
Ciuis & erepti publica damna refert.
Extinctum luget studiis addicta iuuentus,
Indignamque dolet, clamque palamque necem.
Signaque funesti præbent manifesta doloris,
Doctrina celebres consilioque viri.
Par gemitus cunctis, par est concordia flendi,
Exequiis ætas funeris omnis adest.
Vidimus attonitum tristi quoque funere phœbum,
Per iuga plangores cedere, perque vias.
Vidimus Aonidas vultu profitente dolorem,
Mœnia luctificis ampla replere sonis.
Dissimilesque sui Charites, scissasque capillis
Sæpius in roseas vnguibus ire genas.
Quæ nisi me moueant, duro me pectore ferro
Rupeue præduræ clausa tenere putem.
Ergo subit quoties animo tam tristis imago,
Occupat immodicus languida membra dolor.

1565. Quis mihi nunc lachrymas reprimat? lamẽtaq́; crebra
Mollibus & verbis anxia corda leuet?
Liquor & ex oculis vber mihi defluit humor,
Sole velut tepido nix resoluta cadit.
Conqueror & casus tristes, ac inuida fata,
Oraque singultu lassa frequente sonant.
Qualiter extincto sociali compare turtur
Ingemit, & tristes integrat ore modos.
Qualiter arboreis nunc abdita denique ramis,
Ismarium deflet Daulius ales Itym.
Iam fere nox mediam cœli tenet humida metam,
Oceani Phœbe, præcipitatur aquis.
Ergo semel bigis, cœlum permensa citatis
Occidit, ac rursus Luna videnda fuit.
Nos vbi decidimus ferali morte perempti
Aeterna somnus lumina nocte premit.
Ah miseri, rigidi quos inclementia fati
Vrget & infaustas cogit abire vices.
Vanitas Vanitatũ & omnia Vanitas. Quid frustra capimus tot pro virtute labores?
Pectora quid cæcus torquet honoris amor?
Vincere naturam stolidi quid tendimus arte?
Quid sumus in curas prodiga turba nouas?
Quid iuuat hyberno totas sub sydere noctes
Quid studiis longos inuigilasse dies?
Præmia quæ tandem ferimus? nisi præmia mortis,
Magnaque spes lethi victa furore cadit.
Quas non virtutes, quas hic non calluit artes
Maximus & meritis, & pietate senex?
Quam varia pectus dicarunt fertile dotes,
Præstitit Aonio commoda quanta gregi?
Ocia discincta neglexit mollia vita,
Pectora nec vitiis serua gulaque dedit.

1565.

Gloria non illum mendaci splendida fuco,
Non luxus & opum sollicitauit amor.
Aurea simplicitas, & nescia fallere vita
Et pietas curæ, sancta fidesque fuit.
Incubuit sacris, vigilanti pectore Musis,
Ac studiis tempus initibus omne dedit.
Atque Machaonia felix & clarus in arte,
Eripuit gelida corpora multa neci.
Morborum causas prudens & signa notauit,
Sustulit & Medica vulnera magna manu.
Gratia iucundis nec defuit optima verbis,
Nec latuit virtus, eloquiique nitor.
Quid mores placidos? quid numen amabile frontis
Quid sanctam vera cum probitate fidem?
Quid loquar ingenij fœtus, librosque disertos,
A sera dignos posteritate legi?
Non bene contulerim scriptis insignibus illi,
Ingenioue parem, iudicioue virum.
Quid tamen hæc prosunt? quid rerum plurimus vsus?
Quid virtus iuuit? quid veneranda fides?
Num minus in busto puluis nunc, gloria quondam,
Spes nuper patriæ, nunc leuis vmbra iacet?
Sic cecidit Cicero, sic maximus arte Melanthon,
Sic Plato, sic Stagyra natus in vrbe senex.
Sic cadit, in longos qui viuere computat annos,
Quemue putes semper posse vigere, cadet.
Tam nulli fortuna fidem temeraria seruat,
Et breuis est ætas, & breue vita bonum.
Pergite iam Musæ, lucis prænuncius ales,
Stridula dum rauca carmina voce sonat.
Heu spes fallaces hominum: tot secula degunt,
Expertus sensus lustra per alta fera.

Gesnerus Medicus ac Chirurgus peritissimus fuit.

1565. Exuuiis positis pubescit squameus anguis,
Et redit exuta, visque vigorque cute.
Rupe terit rostrum, tardam positura senectam
In curuum magni praepes adunca Iouis.
Assyriis vitam dum finit odoribus, artus
Faecunda Phoenix morte reformat auis.
Solus homo solus, diuinae mentis imago,
Nec vi depulerit tela, nec arte necis.
Non si sacra ferat dura solennia morti,
Infernoque cadat victima multa Deo,
Quae tibi quae merces igitur, vir magne, laborum?
Quae virtutis erunt praemia digna tuae?
Non lachrymae reuocant defunctos munere vitae,
Nec gemitus quicquam, nec pia vota valent.
Aeaciden centum Diuae, luxere peremptum
Peleus & misera cum genitrice pater.
Oceanus fleuit senior, longaeuaque coniunx,
Immensas suis fletibus auxit aquas:
Nec tenuit lachrymas Melite, Panopaeaque virgo,
Caeruleas maesta diripuere comas.
Non tamen immitis mutarunt iura Charontis,
Flectere non planctus, non potuere preces.
Hectora quis nescit tot defleuisse sorores?
Tot fratres misera condoluisse nece?
Infelix mater passos laniata capillos,
Dissecuit madidas, vngue rigente genas.
Puluere caniciem faedans, vultusque seniles,
Conspersit guttis grandibus ora parens.
Immemor & decoris soliti linentia coniunx,
Percussit palmis pectora saepe suis.
Astyanaxque puer renouensque, fouensque cadauer
Effudit questus nocte dieque graues.

Nulla per infernas undas tamen unda renauit, 1565.
Quamuis ex alta stirpe creata foret.
Fleuit & Eurialum mater miseranda iacentem,
Nec puduit madidis exululare genis.
Oscula, dum licuit, suprema sine ordine carpsit,
Fouit & in tepido frigida membra sinu.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora præstans,
Ad tumulum gemitus fusa rogosque dedit:
Nec tamen æthereas rediuiuus venit in auras,
Panduntur nulla, tartara clausa, prece.
Sparge rosas hospes, lauros & sparge virentes,
Dic, spargo cineri, vir venerande, tuo.
Quam subita solitum perdit rosa læta vigorem,
Vomere vel nimiis æstibus icta rosa:
Tam subita quoque vita fugit, fugit ocyus umbra
Stare diu summis inuida Parca negat.
Laurus vt æterno Parnassis frondet honore,
Solo nec intenso, frigoribusque perit:
Sic viret & longum tua gloria durat in æuum,
Excubat & cineres peruigil ante tuas.
Nec laudes poterit tantas abolere vetustas,
Ingenio partum stat sine morte decus.
Finis adest noctis, tenebras iam discutit Eos,
Ac tremulas roseo lumine spargit aquas.
Qualis ad auroræ fulget Cythereius ortum
Lucifer, ac radiis astra minora premit.
Talis in æthereæ mens enitet arce recepta,
Scilicet æternæ munera lucis habet.
Illic ærumnis, & carcere libera carnis
Percipit in Christi gaudia vera sinu.
Et sortis secura malæ, secura laborum
Ocia cum superis deliciosa facit.

Iunctaque sacrificis, patribus, sanctisque Prophetis
Cælestis sacro pendet ab ore Dei.
Subiectosque videt cæli septemplicis orbes,
Astraque sub pedibus pura micare suis.
O, vbi syderei cætus, animæque piorum,
Fulget, vbi Triadis splendor honosque sacræ.
Quo neque mors, neque vis morbi, neque cura molesta,
Aspirant, vbi pax, vita, salusque viget.
Surgamus, toto iam Titan orbe refulget,
Iamque dies radiis spargit oborta solum.
Plura dolor, tempusque vetant: vir maxime salue,
Salue perpetuum perpetuumque vale.

1566. *Michael Gisilerus Pij Quarti Pontificis Maximi in Pontificatu successor.*

Pio Quarto Pontifice Maximo, vt sub calcem libri nostri quinti diximus, è viuis sublato, Michael Gisilerus ex Boscho (quod oppidulum in Longobardia prope Alexandriam situm est) oriundus, à congregatis in conclaui Cardinalibus, septimo die Ianuarij vnanimi consensu in Pontificem Maximum electus, ac decimo post die, per Vrbiniũ Cardinalem, triplici diademate coronatus, atque Pij Quinti nomen adeptus est. Paulo autem post trecenti circiter Belgici Nobiles, inito atque confirmato inter se inuicem fœdere, de quo itidem libro præcedenti, verba fecimus, statuũt nihil è re magis futurum, quam vt Parmensem adeant, eidemue præsentissimum periculum demonstrent, vt videlicet tantæ rei, ratione sui officij, in tempore prouideret, ac tantum ceruicibus suis malum imminens, protinus euerteret. At quoniam vident, si Religionis fiat mentio, fore vt in ipsos primos Inquisitionis Hispanicæ negotium, conuertatur, rationi plane consentaneum ac necessarium fore existimarunt,

vt habita dumtaxat libertatis patriæ priscorumq; suorum Priuilegiorum ratione, inquisitionis edictorumque impetus retunderetur: Quæ via à quãplurimis probata atque acceptata fuit, imprimis vero nonnullis, inquisitionis acerbitatem, à qua nec Rex quidem immunis esset, pertimescentibus: nõnullis quoque ex innata quapiam libertate patriæ, existimantibus minimè rationi esse consentaneũ, vt iura libertasque patriæ adeo violentur, atque istiusmodi tyrannis non solummodo in corpora, fortunasque, verum etiam conscientias suas, (ipsis etiam adhuc superstitibus,) immittatur atque stabiliatur, licet extrema inde vniuersæ patriæ ruina consecutura sit. Iccirco confœderati isti Nobiles ad trecentos circiter Bruxellis conueniunt & per Brederodium virum inlustrem, Parmensi supplicem libellum obferunt, in quo multa de singulari erga Regem & Gubernatricem Belgii Parmensem præfati, compluribus rationibus in medium prolatis etiam atque etiam orant, vti inquisitio tollatur, edictaque Regia, Religionis causa, promulgata tã diu suspendantur, donec de hoc ipso Religionis negotio tam à Rege ipso quam ab vniuersis patriæ ordinibus, plenius sit constitutum. Ad hasce confœderatorum Nobilium petitiones Parmensis breuiter respondet, se non solum, quantum quidem in se esset, omnia propter vtilitatem facturam, verum etiam omnes suas vires eo conuersuram, vt inquisitores ac cæteri officiarii Regii, singulari cum prudentia ac modestia rem istam gererent, nec ex edictorum acerbitate præcise adeo atque stricto iure agerent, vsque dum Regis Hispaniarum expressa

1566.

Confœderati Nobiles Belgici, Parmensi, de tollenda inquisitione, supplicẽ libellum obferunt.

Parmensis Responsio.

1566. ac perspicua voluntas, (quam intra duorum mensium spacium sese explicaturam testabatur,) cognosceretur. Dehinc pari fermè opera, præfectis Prouincialibus, per litteras, mãdat, ne in causa Religionis, ex edictorum Regiorum præscripto seuerius quidpiam moliantur, donec à Rege aliter eodem isto in negotio fuisset constitutum, & hanc eãdem ob causam Montigniacum & Marchionẽ Bergensem ad Regem in Hispaniam ablegabat.

Ecclesiarū Protestantium in Belgio, progressus.

Quamuis autem quibusdã in locis hisce & similibus Parmensis mandatis neutiquam obtemperaretur, nihilominus tamen populus ex grauissimæ lanienæ metu paululum recreatus, meliora indies sperabat, & Ecclesiæ indies miro successu augebãtur, ita vt quamplurimi ex Nobilitate eamdem Religionem palam profiterentur & inde rebus à Rege & ordinibus prudentius consideratis, melior status propediem speraretur: Econtra Pontificii Protestantium istorum successui grauiter indignabantur, suæque Religionis ruinam verebantur: Quocirca Parmensi persuadet, vt, reiectis ordinũ Comitiis, ipsa ordinum conuentus agat & tales ad negotium illud conuocet, qui nimirum sint ad istas rei idonei, nec vllus quispiam, qui non suo imperio ad munus illud delectus esset, cœtui isti intersit. Huic Pontificiorum consilio innixa Parmensis, status particulares, qui ad rem istam maximè videbantur idonei, nec illos quos ciuitatum ordines offerebant, conuocabat; vbi tamen, pro more in Comitiis recepto, non à singulis dictæ sunt sententiæ, sed loco longarum consultationum, Regis nomine formula proponebatur, quæ edictorum mo-

dera-

deratio ab iisdem indigetebatur: cuius hæc potissimum erat sententia: *Vt in eos omnes qui Religionem nouam sequantur, eique aliquo modo, ope aut fauore, ferant adiumentum, seuerè animaduertatur*: Supplicii ratio paulùlum commutata, *patibulis nimirum ignium vice substitutis*: Bonorum tamen proscriptiones atque exilia, aduersus nouæ, quam vocabant, doctrinæ studiosos, eadem planè ratione statuebantur, qualia superiora edicta Regia Protestantibus minata fuerant: Cum itaque istis mandatis nomen Regium & solemnis ordinum auctoritas apponeretur, acerbiores laquei Protestantibus tum temporis necti videbantur: cumque populus, qui edicti istius rumorem perceperat, maximarum calamitatum aditum perspiceret, querelas suas denuo repetit: At præter grauissimarum iniuriarum metum, qui per litterarum istarum obtentum obuersabatur, quamplurimos exercendæ Religionis studium incitabat, quam dolebant adeo malè audire, quod illa in occulto exerceretur: accedebat spes fore, vt maxima pars populi, si Religio publicè profiteretur, ad nouum illud spectaculum conuolaret, inducendæ stabiliendæque adeo inquisitionis aut nouæ illius moderationis, non modo difficiles & incommodæ verum etiam planè imperuiæ rationes; sine summo maximè populi partis exitio, ita demõstrarentur: cur certè apud oẽs homines illius doctrinæ relinquerentur monumenta, quæ notis infamibus adeo traducerentur: Itaque quod secretius antea gerebatur, iam palam & publicè administrari incipit. Nam licet Moderationis illius rescri-

1566. Edictorum Moderationis summa.

prum

1566. Protestantes in Belgio conciones exercent publicas.

ptum obstaret, & inquisitores in Protestantes, passim, vehementerque admodum, sæuirent, nihilominus tamen ad extremos fines Flandriæ, Protestantes primum, audiendi verbi Dei causa, cætus publicos agitare cæperunt, quo facto & cæteræ Prouinciæ illud ipsum exẽplo illico imitatæ sunt: Conueniebant autem primum extra vrbes inermes, eo tamen numero vt vrbes omnes ad agros planè commeare viderentur: & vt vniuersi populi, ita & Magistratuum singulis in vrbibus, vbi isthæc pia exercitia peragebantur, summa erat admiratio, magnusque concursus hominum, seu audiẽdi seu insuetum spectaculum contemplandi gratia, indies fiebat. Inermes igitur primũ cœtus istos adire consueuerant, ast dum insidias sibi strui & periculum ab inquisitoribus circumuolitantibus & cædes sibiipsis minitantibus creari animaduertunt, arma ad sui custodiam capessunt: imprimis verò Antuerpiæ publico etiam Magistratus decreto armorum copia illis facta fuit, ea tamen lege atque conditione, vt illa in agris tantum ferrent nec in vrbem importarent, id quod Protestantes sedulo executi sunt. Hoc itaque primum, publicarum, in Belgicis Ecclesiis, concionum fuit initium, ad quas multa hominum millia agminatim confluebant. Cum vero hac de causa apud Parmensem accusarentur Protestantes, hanc aduersariorum calumniis ac traductionibus defensionem opponebant: *Se in publicum prodiisse, non vt edictis Regiis illuderent, quibus omnem reuerentiam atque obedientiam deberent & vellent reddere: at se non posse amplius pati intolerabiles importunorum quorumdam hominum insanias at-*

Vnius sui facti rationem reddunt.

que

que vacordias, qua publicam conscientiarum pacem, tam nefariè interturbarent: & violatis etiam antiquis vrbium Priuilegiis, omnem fidem societatemque humani generis improbè pessundarent: Coactos ergo se ad istam necessitatem descendisse: cum alioquin malint publico Regiæ Maiestatis decreto publicarum etiam rerum ordinem gubernari. 1566

Consules & reliquum Senatum Rostochii, inuocati & in vrbem cum exercitu recepti Principis Megapolitani Ioannis Alberti iamdudum pœnitere incipiebat: Megapolitanus vero, licet ad dimittendas copias non solum ab ipso Cæsare, verum etiam, ab circuli Saxonici ordinibus, per delegatos suos Commissarios adhortaretur: nihilominus tamen vim Cæsareæ commissionis prætendēs, vtrisq; respondebat, se ad præcauendas intestinas in vrbe dissensiones, militem haud tuto posse dimittere. Quocirca vt hanc commissionis Cæsareæ prætensionem Megapolitano eriperent, ex consilio Felicis Bogislai Hassensteynii Commissarii Cæsarei, Senatus & ciues mutua deprecatione inter se conciliantur: Id quod Megapolitanum vehementissimè excruciauit, quoniam ex inita ista, se inscio, ciuium & Senatus concordia clandestinam aduersus se conspirationem factam esse, suspicabatur: confestim itaque Ioannem Plaphardum & Valentinum Neumannum ciues primarios, qui consilio & facundia cæteros regere, & præcipui reconciliationis istius cum Senatu auctores fuisse credebantur, in carcerem detrudi iussit: qui tamen die subsequenti, Cæsareo Legato pro illis intercedente, rursum dimissi sunt: Inde Ioannes Albertus cum Vlrico fratre suo Germano, quē tamen antea

Senatus & ciues Rostochienses reconciliantur.

con-

1566. consiliorum & molitionum suarum aduersus Rostochienses minimè fecerat participē & solus quasi vrbe ista potiri velle videbatur, trāsigit & Senatui ac ciuibus articulos de visitatione Ecclesiarum, de ordine iudiciorum, de rationibus à Senatu reddēdis, de carcere ciuium, de prædiis rusticis ciuitati parentibus, & alios proponit: Vlricus verò cū milites, qui in vrbe erāt, ipsius ducibus antea iuramēto se obstrinxissent, cum copiis suis à Ioanne Alberto, insciis, vt aiebant, Cæsaris cōmissariis ac omnibus minimè conscio Senatu, in vrbem intromittitur, grauissimamq; indignationem ac minas cōtra Rostochienses præ se ferens, tamdem intercedētibus cōmissariis Cæsareanis, acceptis sexaginta aureorum millibus iisdem reconciliatur, ac vicissim se illorum Priuilegia sarta tectaue conseruaturum militemque quamprimum dimissurum, pollicetur: Verum postquam Cæsaris commissarii rursum discessissent, postridie Ecclesiarum Visitatio cæpta, & dirutis, ad portam vrbis Meridionalem foroque vicinā, mœnibus, artis munitissimæ ædificatio inchoata est: verum cū Senatus suppliciter id deprecaretur & Priuilegia sua allegaret: Vlricus respondit, se quidem libēter assentiri vt ædificatio ista intermitteretur, si modo Ioannes Albertus à proposito abduci posset: eumq; pridie ambo fratres principes, capitulationē, vti vocant, Senatui & ciuibus planè intolerabilē visam, p consiliarios plegi curassent, Senatus aūt & ciues minimè cōsentirēt, arma illis erepta & militum præsidium vrbi est impositum: Quo facto principes Rostochio egressi sunt.

Dū hæc Rostochii geruntur Maximilianus Roma-

manorum Imperator, Comitia Augustam Vindelicorum, ad diem IXX. Ianuarii indixerat, quæ tamē certissimis de causis, imprimis vero propter bellū inter Daniæ & Succiæ Reges acerrimum, ob dissidium itidem inter Ioannem Fridericum & Guilielmum, Saxoniæ Duces exortum: & tamdem propter Ludouici, Philippi Landgrauii Hassiæ filii nuptias, quas tum temporis cum Christophori Ducis Wirtembergici filia celebrabat ad vicesimum primum Martii dilata fuere. Maximilianus vero grauissimis interea curis ac sollicitudinibus implicitus tenebatur, quotidiani enim de ingenti ista expeditione Turcica sermones miscebantur. Tamdem igitur cum principes ac cæteri ordines Imperii magna frequentia Augustæ conuenissent, Albertus Princeps Bauariæ, nomine Cæsaris pauca præfatus, ostendit, quod quidem in negotio Religionis nihil immutari possit, verum pacē Religionis Cæsarē sartam tectamq; vbiuis conseruari velle, hac tamen cum cōditione, vt studio & opera Sacri Romani Imperii principum, nouæ istæ, quæ nuper in Imperium irrepsissent, religiones, profligentur, & pax publica, tot tantisue edictis hactenus firmata, inuiolabiliter seruetur: qui ob perpetratum non ita pridem Herbipoli facinus, proscripti essent, ad meritum supplicium protrahantur: Iustitia vnicuique in Camera Imperiali, & aliis locis ritè ac decenter administretur & res monetaria in vigore suo conseruetur: tametsi vero de rebus variis consultationes satis prolixè possent institui, negotiis tamen controuersiisq; omnibus iā posthabitis, in præsens negotium de auxiliis con-

1566 Maximilianus Cæsar prima sua Comitia Augustæ celebrat.

tra

1566. tra Turcam præstandis, animos vti Principes intenderent, summe necessarium esse admonet. Re igitur deliberata, ordines imperii sumptum pro duodecim equitum, peditum vero viginti millibus ad menses octo alendis promiserunt: in quatuor simul equitum millia per biennium & semestre alenda consentientes, quæ principum beniuolentia lubenti animo à Cæsare accepta fuit.

Antonius VVittersheymius Senatus Rostochiensis ad Comitia Augustana Legatus.

Ista ad Comitia Antonius Wittersheymius, vir doctus ac industrius, Senatus Rostochiensis mandato missus fuerat: hic postquam in aula Imperatoris perpetuus quasi Reipublicæ Rostochiensis sollicitator extitisset, summa fide ac diligentia *tum* apud Imperatorem ipsum, tum apud illius consiliarios, magnitudinem indignissimarum calamitatum, quibus sub prætextu Cæsareæ commissionis à Iohanne Alberto Duce Megapolitano Rostochienses opprimerentur, indies inculcabat, & noua subinde mandata, de spoliatis ante omnia in integrum restituendis, &, cum aduersa pars minimè pareret, citationes & processus in aula Imperatoris impetrabat & vrgebat, donec biennio peracto arx noua, Imperatori tamquam sequestro, custodienda tradita, & tamdem tota controuersia, pro voto Rostochiensis Reipublicæ, amicè post*modum* transacta & composita est, vt suo loco dicemus: Relicto sic Rostochio Ioannes Albertus Dux Megapolitanus in Borussiam ad Albertum socerum, decrepitum Borussiæ Ducem recta proficiscebatur. Is iam septuagesimum ætatis annum mente & corpore infirmo agens, multa quæ ordinibus Borussiæ, ad publicam Ducatus istius perniciem &

euer-

uersionem spectare videbantur, agi permittebat. 1566.
Aliquot enim annos, ingeniosi cuiusdam & vafri, et vanissimi hominis, Pauli Schalichii consiliis auscultauerat, eique prædia & possessiones amplissimas dono dederat. Qui tempestatem imminentem prouidens, cõsiliarios veteres, nobiles Borussos, nempe Christophorum Crucium, Burggrauium, Borkium, Canicium & alios, qui ipsius molitionibus aduersabantur, delatos apud senem principem perfidiæ, remoueri curat, & suæ farinæ homines nouos, ac in his Matthiam Horstium Margiten, qui sua histrionica & iocis scurrilibus in aliquot aulis principum innotuerat, commendatum euehit: Deinde his apud principem vicariis relictis, sub specie legationis in Galliam ad petendam iuniori Duci sponsam Regiam, se amandari, cum triginta equitum comitatu, numquam rediturum curat. Princeps interea nouas exactiones, subditis non assentientibus, per edictũ imponit, & nouis consiliariis suadentibus, Paulum Wobisserum conducit, qui mille equites in Borussiæ Ducatum adduceret, eiq; ducenta Ioachimicorum millia in stipendium adducit, hac tamen conditione atque lege: Si constituto tempore non soluerentur, vt Wobissero ipsi, ex subditis principis, per *Repressalia* extorquere liceret. Quibus litteris confectis Wobisserus Horstio & Snellio tria Ioachimicorum millia dono dedit. Fuerat aũt Matthias Horstius Rostochii olim notus & familiaris Laurentio Kirchouio, cuius consilio & opera in negotiis Rostochiensibus, Dux Megapolitanus felicissimè vsus erat. Itaque nunc secum in Borussiam eum addu-

1566. cens, ipsius & Horstii potissimum opera, apud de-
crepitũ socerũ obtinet, vt Testamentum anteà i-
conditũ & Sigismundi Regis Poloniæ auctorita-
confirmatũ, retractaret, & nouũ conderet: in qu-
de tutela filii & gubernatione Borussiæ, & aliis ca-
pitibus, quædã à priore Testamento dissidẽtia, cõ-
stituebat, ac vtrumq; Testamentũ Duci Megapoli-
tano custodiendũ & exequendũ tradit. Interea Bo-
russiaci Proceres quidam, quorum Elias & Fride-
ricus Canicii, & Christophorus Cruci⁹ aulæ Burg-
grauius, primas tenebant: Regem Poloniæ tam-
quam supremũ Dominum, de hisce rebus certiores
faciunt. Quo facto Sigismũdus ex Comitiis Lubli-
nensibus, ad conuentum Prouincialium Regium-
montem commissarios ablegat, qui sequẽtia Regii
decreti capita, ordinibus proponunt: *Paulum Sca-
lichium Regia Maiestas ex toto Regno & Borussia proscri-
psit, & donationes prædiorum illi factas aboleuit: Eam pro-
scriptionem Dux Borussiæ in suo Ducatu publicè proponi &
executioni dari curabit: Veteres consiliarios, à principe de-
positos vel relegatos, Rex ante omnia restituit: ac si quam
princeps vel alii actionẽ aduersus eos habebunt, legitimo iu-
dicii ordine eã instituent: Nouos consiliarios Rex à guberna-
tione omnino remoueri mãdat: Totũ Ducis nouũ Testamen-
tu irritũ sit: Vetus & nouũ Testamentũ à Duce Megapolita-
no reposcãtur & Regi tradãtur: Ius successionis in Ducatu
Borussiæ, quod Electori Brãdeburgẽsi senex princeps tribuit,
cassum siue irritum sit: Regii cõmissarii omnes obligationes,
priuilegia & debita principis senis inspiciant, & recognita
quæ seruari debeant declarabunt: Nullas exactiones nouas
Dux Borussiæ, subditis non assentientibus, deinceps impo-*

Albertus Dux Borussiæ testamentũ à se conditũ retractat: id quod Rex Poloniæ facit irritum.

Regis Poloniæ de Ducatu Borussiæ decreta.

uet: Grauamina prouincialium in proximo conuentu exhibita, de quibus nihil princeps respõdit, nunc tamdẽ tolletur: 1566
Eliç insup Canicio (quẽ princeps ꝓscripserat, sed Rex Poloniæ cõmissariis suis comitẽ adiunctũ, nõ petito principis saluo cõductu reduxerat,) in controuersia sua cũ principe, pares Curiæ princeps ordinabit. Si renuet princeps, cõmissarii iudiciũ cõstituẽt: Nobilitatis n. & omniũ ordinũ Borussiæ priuilegia & trãsactiones cũ principe initas, Rex tuebitur & defendet. Hæc omnia p̃sentibus cõmissariis princeps exequet: Si recusabit, cõmissarii ipsi, cõmunicato cũ prouincialib⁹ cõsilio, gubernationẽ cõstituẽt, prouincialiũ grauamina tollẽt cõpositis pturbationibus & calamitatibus publicis, pacẽ restituẽt, auctores horũ malorũ puniẽt, sumpt⁹ aulæ nõ necessarios minuẽt, & omnia q̃ ad prouinciã & illius principes, ex p̃sentibus difficultatibus & oneribus leuãdos, & similia mala deinceps auertẽda prodesse poterũt, cõstituẽt: Quæ mandata omnia cõmissarii isto hocce adhuc anno executi sunt: ac initio qdem criminalis accusatio, totius prouinciæ nomine, aduersus Ioannẽ Funcciũ, (q ex cõcionatore aulico cõsiliarius politicus factus fuerat & attractis p ordines cõmissariis Polonicis, principi cõsuluerat, vt ad cognatos & amicos principes in Germaniã proficisceretur, qa nullũ fidelẽ subditum in Borussia haberet,) Matthiã Horstiũ, Ioannẽ Snellũ & Steinbachiũ, tamq̃ nouatores & pturbatores pacis publicæ Ecclesiasticæ & Politicæ perniciosissimos & hostes patriæ instituta est, ac vt ex vinculis causam dicerent petitum. Tãdẽ igitur à principe commissariis Polonis traditi & in curia cu-

Accusatio criminal. aduersus Ioannem Funccium & eius asseclas instituitur.

1556. stoditi, in turres seorsim distributi & catenis vin ac examinati sunt, donec tamdē publicum, de t bus, supplicium capitis, in foro vrbis Regiomō næ sumptum ac Steinbachio vita condonata est

Funccius, Horstius & Ioannes Snellius securi percutiuntur.

Transactio etiam siue vnio inter illustrissimu Ducem Albertum & ordines Ducatus Boruss noua, multis de capitibus antea cōtrouersis init priuilegio comprehensa & per commissarios R gios confirmata est. Capita vero præcipua erant

Summa transactionis inter Albertum & ordines Borussia.

„ vt, videlicet, duo Episcopatus, in Ducatu Borussi „ instaurentur, Sambiensis scilicet & Pomezanēsi „ & ante Pascha duo idonei Episcopi, coniuncti „ consiliariorum principis octo delectorum ex *No-* „ bilitate, & totidem ex vrbibus, suffragiis à Princip „ instituantur, quibus Iurisdictio Ecclesiastica inte- „ gra & non impedita, & facultas singulis annis visi- „ tandi, & synodos particulares ad consensum in do- „ ctrina ritibus & disciplina retinendum, conuoca „ di relinquatur. Delicta Episcoporum politica pe „ illustrissimum principē: Ecclesiastica, si in doctri „ na vel ritibus delinquant, per generalem syno- „ dum cognoscentur & punientur: Penes Episco „ pos, suprema inspectio & iurisdictio, in Acade „ miam, Consistorium, Ecclesias, Pastores, *Schola* „ & omnes causas Ecclesiasticas & matrimoniale „ futura est: appellatione tamen, à Consistorio ad il- „ lustrissimum Principem & aulicum iudicium libe- „ ra partibus relicta. Episcopi cum aliis piis & docti „ ministris, communicato intra annum consilio, pi „ & sinceram ordinationem Ecclesiasticam con- „ scribent, ad cuius præscriptum omnes Ecclesia „ ministri officium suum obeant: Exulibus mini-

tris, propter Osiandrismum dimissis, reditus in Borussiam concedatur: Politica gubernatio iuxta priuilegia subditis à principe data, constituetur, vt ad consilia & officia gubernationis Nobiles inquilini, præ exteris idonei adhibeantur: Domos officialium ante arcem, non diutius qua in officium administrant, possidebunt: Neminem ex officiariis, sine sufficientibus causis cum contumelia princeps dimittet: Iudicium aulicum, quinque Nobiles inquilini & tres Iureconsulti administrabunt. In Cancellariam & quæstoris Cameram, Borussos præ exteris princeps clementer recipiet: Exactiones nouas nullis subditis imponet, sed priuilegia & immunitates eorum tuebitur: Nullum fœdus vel auxiliorum pactionem cum vllo Rege aut principe inibit, absque consensu Regis Poloniæ & ordinum Borussiæ, alioquin irritum & nullum erit: Cum conuentus Prouinciales indicentur, propositio in singulas præfecturas simul mittetur, vt matura deliberatione præhabita, Legati plenius & commodius respondere possint; Immoderatæ vsuræ, & iniquæ donationes immerentibus factæ, inquirantur & aboleantur: Ministros non necessarios princeps dimittet & sumptus moderabitur: Mandatum de Schalichii assecuratione & libri famosi ab eo editi aboleantur: de pecunia à præfectis ærarii accepta rationes reddantur: Iudices in Prouinciis ita constituentur, vt ex tribus à qualibet prouincia nominatis, princeps vnum eligat: Ius Culmense & constitutiones Prouinciæ, cum primum de iis conuenerit, typis princeps publicari curabit: Nulla caupona 1566.

66. » noua intra vnum milliare ab vrbibus, sine peculiari » permissione ædificetur: Omnia priuilegia, liberta- » tes, iura, consuetudines incolarum Borussiæ, Prin- » ceps tuebitur & seruabit: Si secus faciet, nec ad sub- » iectissimas subditorum preces factum mutabit, li- » berum erit ordinibus Prouinciæ, absque vlla rebel- » lionis aut seditionis culpa, ad Regiæ Maiestatis » Poloniæ patrocinium confugere, & vi pactorum » inter Regem & Ducem initorum, Priuilegiorum » suorum defensionem ab eo postulare. Hæc ita- » que Priuilegii noui, à Duce Borussiæ suis dati, & » per commissarios auctoritate Regia, confirmati » summa est. Paulo post duo Episcopatus, Sambien-sis scilicet & Pomezanensis restitutæ & reditibus auctæ atque locupletatæ fuerunt: ac Pomezanen-si quidem Georgius Venetus, nobili familia Pru tenica natus ex Pomeraniæ oppido Colberga, vbi ex Borussia exul Superintendentis munere functus erat: Sambiensi verò D. Ioachimus Morlinus, ex Brunouicensi Ecclesia reuocatus, præfecti sunt.

...na Da ...an & ...orum ...s. ...

In mari Balthico Danicum Suecis rursum na-uali prælio inter Gottlandiam & fauces Suecicas, per quas Holmiam iter est, æquo fermè Marte di-micarunt. Interfecto autem nobili quodam præ-fecto Dano, Amiralius Danicus solemni pompa eum in oppido Gottlandiæ Wisburgo sepeliri instituit. Vtraque igitur classis Danica & Lube-censis ad oppidum Wisburgum applicuit, præ-monente eos præfecto Insulæ, ne in portu vadoso naues suas figerent. Orta autem tempestate &

pro-

roeella ventorum horribili, classica Danica & 1566.
.ubecensis ferè omnis, & in ea circiter nouem
orminum millia, vna cum vtroque Amiralio, Ioan-
e Laurentii Dano & Bartholomæo Tinnapelio
.ubecensi consule miserabili & luctuoso naufra-
io periere. Ex Scanica, Daniel Rantzoüius in
malandiam excursione facta aliquot parœcias di-
puit & vastauit.

Durantibus adhuc Augustæ Comitiis, postquã
rotestantes per aliquot septimanas conciones
ıas pacate in Belgio exercuissent, ecce subitanea
ı Pontificiorum imagines tempostas exoritur:
tæ siquidem primum in extremis Flandriæ fini-
us profligari cæptæ: Inde tempestas illa variis in
ocis vniuersæ Regionis eo impetu emanat, qua-
supremi Magistratus disertis & expressis man-
atis attemperaretur, ea idolorum & paucorum
d prima quidem initia hominum opera, strage,
a Magistratus Pontificiorumque, etiam audacis-
morum, consternatione vt res fidem prope su-
eret. Magistratus enim adeo consternatus ac
erterritus erat, vt, quamuis Romano-Catholicæ
Religioni addicti essent, id non solum fieri permi-
erint, verum etiam imaginum istos deturbatores
ı proposito suo confirmauerint eosdemue & ipsi
diuuerint. Gandaui siquidem nonnulli, prætore
ppidi celeberrimi consternato, non solummodo
emplorum statuas, verum etiam omnia ritualia
rnamenta profligarunt: idem Lieri in Flandria
ctitatum: Antuerpiæ vero Magistratus publi-
æ domus parietibus circumclusus latitabat, dum
ier templa, custodiarum etiam nutu, discurre-

Imagines & ritualia ornamenta in Belgio à templis à Protestantibus profligantur.

1566. retur & imagines ex omnibus templis vbique deturbarentur.

Margarita Parmensis motus in Belgio sedare conatur.

Ad motus istos componēdos Gubernatrix Parmensis necessarium omnino existimauit, si populus mitioris conditionis promissionibus sedaretur: Conuocatis itaque ad se Bruxellas. Nobilibus Protestantibus, ab iisdem peramicè postulat, vt nimirum in tanta omnium rerum confusione sedulam dent operam, ne maiores populi tumultus inualescant: sed sub tutela Regia & Regiorum administrorum præsidio tranquille ac pacificè viuant, sibique certo persuasum habeant, Regem Hispaniarum omnibus legitimis rationibus *ipsorum* publicamque omnium pacem ac tranquillitatem propediem procuraturum: liberas quoque fore conciones, & omnibus quidem in locis, vbi easdem hactenus exercuissent: velle se insuper præfectis Prouinciarum adeoque singulis & vniuersis Magistratibus oppidanis, serio iniungere atque mandare, vt omnibus in vrbibus suæ fidei commissis loca pristina, in quibus antea conciones peractæ fuissent, designent, vt inibi absque vlla molestia citraque vllius fraudem Religionis exercitiū haberi possit: modo præcaueatur ne contra pacem ac tranquillitatem publicam *istis in* locis peccetur, nec templa vti hactenus inuadātur nec seditiones excitentur. Ex vtraque ergo parte solemnis stipulatio constituitur, quę non solùmmodo iureiurando, verum etiam Procerum interposita fide, Regioque sigillo confirmatur: ac singulis & vniuersis omnium prouinciarum præfectis, ciuitatumq; Magistratib⁹ mādatur: vt videlicet hęc pacta

publi-

publice ac solemniter promulgent & ex illorum præscripto agant: Per Edictum autem inhibetur: *Ne qua pro Religione iniuria, verbo factoue, fiant: qui fecerit puniatur: Parmensem declarare, omnes vtriusque Religionis homines in Regia tutela esse.* Hoc condito edicto, præfecti nonnulli prouinciales, ex Rescripti illius formula suos regunt, loca ad exercendam Religionem protestantibus deligunt, iisdem templorum ædificandorum facultatem faciunt, & vtriusque Religionis cultores suo patrocinio ac tutela complectuntur. 1566. *Protestantibus ac simul Pontificiis in Belgio edictio cauetur.*

Quamuis autem præsens rerum status omnibus protestantibus non immerito arrideret, præsertim vero cum passim & vbiuis locorum spargeretur, Regem Hispaniarum protestantibus liberum Religionis suæ exercitium in Belgio concessurum, nihilominus tamen Pontificij nouis facibus Inquisitoriis subinde inflammari videbantur, vnde factum vt passim locorum nouæ turbæ indies egerminarent: Imprimis vero Antuerpiæ, tot tantorum hominum animis ac ingeniis varie fluctuantibus, variæ contentiones quotidie emergebant, ita vt tabernis clausis custodiis perpetuo inuigilaret, portæque ciuitatis subinde clauderentur. Quocirca Guilielmus Nassouius Princeps Orengianus, ex mandato Gubernatricis Parmensis, Antuerpiam mittitur, vt vrbem inter tot tantasque animorum commotiones, Regio nomine gubernaret. Quo cum Nassouius peruenisset, binas protestantium Ecclesias, Walonicam videlicet siue Gallicam & Flandriam conuocat, & cum iisdem de exoptatis remediis, ad vtriusque partis pacem ac tranquilli *Guilielmus Nassonius, Princeps Orêgianus Protestantes & Pontificios Antuerpiæ, articulis quibusdã promulgatis, conciliare conatur.*

1566. tate resarciendam, tractare cœpit. Cum quibus sententiis in diuersas partes collatis, tandem sequentes articuli conclusi, ab vtraque parte confirmati auctoritateque Orengiani Principis, & Magistratus Antuerpiensis hunc in modum promulgati sunt: *Ne nouæ Religionis hominibus liceat fasue sit, Catholicæ Religionis administrationem vllo modo interturbare, aut quæuis Catholicorum loca occupare: at iis locis contenti sint, qui ipsis sunt designati quibus liceat constitutis diebus, Dominico nimirum & festis, vel si festi dies desint, Mercurij die conuenire: Vt illorum ministri oriundi sint è ditione Regis, aut vrbis cuiusdam Religionis Belgicæ ciues: & obedientiæ Sacramentum præstent, quod attinet ad res ciuiles & Politicas quamdiu illic futuri sint: Ne arma ad conciones suas vllo modo ferant, ensibus exceptis: Legibus pareant, oneraque sicut reliqui ciues, obeant: Publicam vtilitatem, uti bonos ciues decet, curent: Concionatores vtriusque partis iniuriosis & seditiosis verbis abstineant, dummodo ne seditiosa verba habeantur, quæ ad doctrinæ errores refutandos morumque corruptelas coarguendas spectabunt; Intersit aliquis Principis nomine ipsorum cœtibus Ecclesiasticis: Ne impediatur Magistratus in coercendis templorum expilatoribus vtriusue sint Religionis, quibus tamen ex iuris formulis satisfiet: Seditiosi vtriusbis Partis puniantur. Quæ omnia ita rata sunto donec plenè Regia, hac de re, voluntas fuerit significata, atque Generales Ordines ad hanc rem conuenerint: Quod si aliter fuerit statutum, dabitur Reformatæ Religionis hominibus cum omnibus suis fortunis alio secedendi facultas.*

[...]rticuli [...]ter Pro[...]stantes [...] Pontifi[...]s Antuerpienses [...]cificato [...]

Similiter & eadem opera antiquatio Inquisitio-

[...]isitio[...] aduer[...]

nis

nis promulgatur & edicto declaratur, vtriusq; Religionis homines esse sub tutela & præsidio Orengiani Principis & Magistratus Antuerpiensis. Hęc autem concordiæ ratio & aliis quoque vrbibus, eamdem pacis ac tranquillitatis legem præbere omnemque superiorum turbarum memoriam abolere videbatur: at multum vbique turbarum; inter auram popularis lætitiæ, quam literarum illarum obtentu omnes ferme concipere conabantur, fugatis, quantum poterant mœstitiæ occasionibus, quæ tamen vndiq; rursum ingruebant. At non aliter quam homines ægri morbo graui, cum febri æstuque iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur: deinde multo grauius vehementiusque affli ctantur: sic morbus ille residens, penitusque inclusus in venis atq; in visceribus Reipublicæ, refrigerio illo cum paululum videretur releuatus, vehementius postmodum exæstuauit. Pontificij enim & ex iis potissimum Granuellanus, qui Inquisitorum partibus erat addictior & ipsius assecla ex nupera deturbatione, è Pontificiorum templis, imaginum, opportunam rerum miscendarum occasionem consecuti sibi videbantur. Receptus igitur, è repentina ista consternatione, animis, maxima pars Regiorum administrorũ de imaginum istis percussoribus quæstionem habere instituunt. Ad operas itaq; istas, tumultuario milite collecto, cõplurimos vbiq; capiunt, & in vincula coniectos, de auctoribus, quorum nimirum iussu & mandato tanta facinora perpetrassent, interrogant. Quamuis vero crebram ministrorum & Consistoriorum

1566.
Sus Protestantes molitiones & persecutiones variæ.

mentio-

1566. mentionem fecissent Pontificij, quasi istiusmodi motus illorum consiliis & instinctu exorti fuissent, nihilominus tamen nequicquam obtinere potuerunt, cum omnem rei causam ad priuatum suum studium omnes referrent, quod Dei cultum contemptum atq; prophanatum indignarentur. Quocirca quamplurimi hac ipsa de causa diuersis in locis in crucem acti sunt. Ad istas autem militares administrationes, dum ex Hispania auxilia expectarentur, maximam operam Pontificiis nauarunt Meguius & Arembergius, comites; rebusq; indies ruentibus, Egmondanus & ipse impediendis concionum administrationibus huc illuc, per varia loca Belgij discurrebat, Orengiani & Antuerpię quidem tepidũ de Euangelio, tum temporis erat consilium, quæ artes illis pessime cesserunt: siquidem nec ibi Pontificiorum molitiones conquieuere. Quod Parmensis mandato habitæ cum Nobilibus transscriptum rescriptum, à nonnullis prouinciarum præfectis promulgatum obseruaretur, videreturque Parmensis, illam conciliandæ pacis formulam amplecti, illi vel rescripti promulgationẽ differre, vel interpretationes addere plane violentas: sicubi viderentur inferiores Magistratus pacis amantiores aut ad res nouas ineptiores, alios in eorum loca surrogare: Omnes Reformatæ Religionis hominum actiones perrimari, si qua in re à Rescripti formula discedere viderentur; quemadmodum si alio in loco quam qui fuisset designatus, habitæ essent conciones (veluti Andreæ Bardelotio Alosti accidit qui in crucem act⁹ est, quoniam alio in loco quam à præfecto designato, concionem ha-

[A]ndreas [Ba]rdeloti-[u]s Minister, [E]uangelij

buisset)

buisset) aut in alios edicti rit⁹ videretur peccatum. 1566.
Interea vt illorum crescebat audacia, ita & militum praesidia nouis incrementis supplebãtur: tum magis magisque indies inualescere ac crescere licentiam: Praesides noua dictata, quasi pro edictis ferre, ac ex illorum praescripto facere, ferocius iam cum Protestantibus agere: conciones etiam, obiectis armorum minis disturbare: Ministros, atque ipsos deinde ciues variis contumeliis lacessere: compositisque occasionibus in vincula coniicere, atque demum veluti reos, exilio aut capitali supplicio afficere: tumultuosius pellere, sauciare, etiam interficere: militaris popularisque licentiç intemperies indies crescere: & Pontificij concionatores maxime de suggestu, nõ modo populi odium contra Protestantium doctrinam incitare, sed Nobilium confoederatorum, procerumque nonnullorum, qui indulgentiores erga Protestantes esse videbantur, actiones apud populum vehementer traducere, quasi turbarum causae extitissent.

Innocentissime in eos actum:

Vltimae vero calamitatis haec potissimum fuit occasio: Norcarmius Valencenensium, nomine Marchionis Bergensis, praefectus, Protestantium, quae ibidem frequentissimam Ecclesiam collegerant, perinfensus, quemadmodum & olim ipsius Inquisitionis hostis fuerat acerrimus. Hic cum Valencenensibus, de facultate Religionis, (de more caeterorum praefectorum prouincialium, contractum publici Notarij interuentu, inierat, illiusque solemniter obsignandi dies dicitur: verum cum ad constitutum diem Norcarmius emaneret, protestantibusque id admirantibus, nec tale quidpiam

Norcarmius Valencenensium praefectus, Tyrannus & Protestantium persecutor crudelissimus. Valencenas obsidet.

expe-

1566. expectantibus: en ipse præfectus, equitum aliquot turmis & maiori, præter solitum, comitatu circumstipatus ad portas accessit petiitque, vt primores Reformatæ Religionis illico accerserentur: confestimque, indignabundus testatur aduersus eos, tamquam Magistratus contemptores, vt qui præter sua mandata conciones in vrbe habuissent, extremamq; vrbi ruinam intra paucos dies futuram, minatus, continuo discedit: datisque grauissimis litteris eosdem vehementissime accusat: præsidiumque, quatuor videlicet equitũ cohortes & quinque signa peditum, imperat: Excusant se primum Valencenenses & cur id nõ teneantur facere, nonnulla sua priuilegia proferunt: dum autem idem imperium vrgeretur, tamdem Valencenẽses apud Parmensem agunt, & paratissimos se ad Reges obsequia esse & præsidium imperatum se in vrbe recipere velle, ostendunt, dummodo ipsis de Religione, ex Rescripti formula sancte caueretur. At nequicquam ipsorũ postulationes profuerunt. Hinc Norcarmius, copias suas, quas iamdudum parauerat, educit: Valencenasq; obsessurus, vicinum oppidum Sanctamanum capit, hostiliterque cum victis agit, nulli siquidem violentiæ, cædi, facinori (quale vel funestissimum bellum victoribus vmq̃ præbuit) parcitur: ita vt præter horrendas honestissimarum virginum constuprationes & infinitas intemperies, hominem lenta flamma semiustulatum ingentibus cruciatibus necarent, & grauidæ cuiusdam vterum ferro horrendo crudelitatis exemplo aperirẽt. Hinc Valencenæ ductore, nequicquã efflagitato, orbatæ, à militaribus copiis interea

[H]orrenda [q]uid in[s]ania ty[ra]nnidis ac [cr]udelita[ti]s exempla.

obside-

obsidebantur: conflatæ variis è locis tumultuariæ turmæ, præstantiũ, summa alacritate ad opem Valencenensib. ferendam: at dum frustra Ductorem expectant, maxima pars rursum dilabitᵉ: pars è Tornacẽsi quidẽ pube potissimũ, variis in locis sine duce palans, ad Lannoiũ Burensis ditionis oppidum, Pontificiis copiis occurrit & post arcẽ pugnam, quia maiori equitũ numero superentᵉ, profligata maxima pars, pars noctis beneficio fuga salutẽ inuenit. 1566.

Cum itaque Protestantes adeo immani prorsus modo vexarentur, & pluribus ex vrbibus, nimio rigore & asperitate pellerentur: Antuerpiæ quidem, auctoritate Principis Orengiani, non erat istarum turbarum intemperies: sed rebus tamen indies in peius ruentibus, Orengiani quoq; Principis, opera ac studio, tamdem quoq; effectũ est, vt concionum administratio etiam Antuerpię desineret: & Magistratibus Protestãtes varios ac diuersimodos libellos supplices offerebant, quibus sese illis suamq; salutem & causam studiose admodũ commẽdabant, grandẽ insuper suæ incolumitatis pecuniam pollicebantur & Germanorum etiam nonnullorum interuentu rem emollire conabantur. Quæ cũ inutiliter tentarẽtur, imo & pecuniæ oblatio, minax facultatum viriumq; ostentatio: peregrinorumque Principum interpellatio, quasi parati instructique exercitus insultatio esse videretur. Brederodus cum confœderatis Nobilibus, supplicem Parmensi libellum obferunt, cuius tria ad summum erant capita, videlicet: *Vti transactio mense Augusto secum facta, obseruetur: Religionis libertas concedatur: miles contra iurisiurandi formam collectus dimittatur:*

Brederodius & aliquot confœderati Nobiles Belgici Parmensi supplicem libellum offerunt.

Par-

1566.

Parmensis Brederodo & sociis suis confœderatis respondet.

Parmensis vero paucorum dierum interuallo, Brederodo & sociis hunc ferme in modum respondet: » Numquam consilium suum fuisse, vt publicam Re- » ligionis administrationem concederet, nec publi- » cas conciones, nec Sacramentorum, consistorio- » rumue vsum: suę illius transactionis interpretatio- » nem à se pendere: De dimittendo milite postula- » tio quo spectet, neminē non animaduertere: Hor- » tari ergo se ac iubere singulos vt domum se reci- » piant, Regiamque indignationem (quæ non lon- » ge absit) si sapiant, anteuertant. Hæc responsio veluti à potentiori facta, Brederodum sociosque ancipites habebat, futuram calamitatem iamiam casuram perspicientes: sed cum per tredecim dies integros frustra Antuerpiæ fuisset commoratus, Vianam suæ ditionis oppidum ad Holandiæ fines situm, se rursum recepit, quo postmodum quamplurimi continuo quoq; confluxerunt. Reliquum tempus variis turbis occupatum, dum ipsis vrbibus protestantes disturbati varie hinc inde palabantur: à Nobilibus tumultuarius miles coactus, & ad Damburgam Antuerpię vicinum locum inutiliter pugnatum: magnis & indies maioribus aduersum Protestantes, grauioribusque incommodis, quæ proscriptiones continuo exceperunt, bonorumque distractiones; cum nec dum ipsi Regiæ ditionis fines excessissent: Vrgebatur Valencenarum obsidio, & post varias prædiorum Rusticorum infestasque expilationes, tamdem Valencenenses, cum auxilia nequicquā toto oppugnationis tempore expectassent, litteris Parmensis, quæ omnem fauorem atque clementiam spirabant, ad deditio-

In Valencenses oppugnatos crudelissime à Nocarmio sæuitur.

nem

nem sollicitati, se in Nocarmij fidem dedunt: Vix autem dici potest quam intemperanter à victore milite aduersus victos fuerit sæuitum: Nam præter diuersimodas rapinas, manus quoque in Ecclesiæ ac vrbis primores iniiciuntur: capti itidem & duo eiusdem Ecclesiæ ministri Guido Bressius videlicet & Peregrinus Grangius, & honesti aliquot ciues, qui quamprimum à publico carnifice securi percussi, illi vero in crucē acti fuere, explicata caussa criminis, quod nimirum contra voluntatem Regiam, conciones in vrbe habuissent & Sacramenta administrassent: Inde inuictum populum nullo non violentiæ genere, quo in expugnatis hostibus militaris furor debacchatur, ab rapinarum sit libundo milite parcebatur: ne quicquam tunc desideratis remediis, quædum adhiberi poterant, prætermissa atq; neglecta sunt. Rumor interea increbrescebat aduentantis cum ingenti exercitu, Francisci Toledi Ducis Albani, ad Belgium penitus perdomandum. 1566.

Nunc in diœcesibus aliquot Saxoniæ, Episcoporum successiones enumerabimus. Bernhardus enim Episcopus Monasteriensis, Pij V. Pontificis Maximi mandatū de concubinis remouendis Clero diœceseos suę in synodo proponens Canonicorum animis iam ante aduersus se acerbatis & nunc magis etiam instinctu cōcubinarum, odiis inflammatis, paucorum dierum interuallo officio suo resignauit: cui postero die resignationis istius Ioannes Comes ab Hoya princeps, ingeniosus, eruditus, eloquens & munificus à collegio substitutus est. Magdeburgensi autē Archiepiscopatui & Epi-

Bernhardus Episcopus Monasteriensis officio suo resignat in cuius locum Ioannes Comes ab Hoya substituitur.

1566. ſcopatui Halberſtadienſi poſtquam Sigiſmundus Marchio Brandeburgenſis, Ioachimi II. Electoris filius, à prima ſua adoleſcentia, quatuordecim annos præfuiſſet & aucta ætate ac prudentia, piorum etiam conſilio vſus Reformationem doctrinæ ac cultuum, in collegiis ſuæ inſpectioni commiſſis, inſtituere, & abuſus ac errores qui ſuperioribus ſeculis irrepſerant, abolere decreuiſſet: ideoq; multorum ſapiētum ac doctorum virorum iudicia, prius exploranda & formas aliorum collegiorum emendatas conquirendas iudicaſſet: priuſquam deliberata penit⁹ exequeretur, rebus humanis exemptus eſt. Cum autem ſupremi Collegij Magdeburgenſis Canonici, penes quos eligendi poteſtas eſt, excuſſo iugo & cultu Pontificio, ſinceram Euangelij doctrinam amplexi eſſent, nec iam ampli⁹ Archiepiſcopum Pontificis Religionem ſequentem, ſed ſuæ confeſſionis Principem aliquem expeterent; ideo primatus & Archiepiſcopatus Adminiſtratorem Ioachimum Fridericum, Ioannis Georgij Electoris ac ſeptemuiri Brandeburgenſis filium, eo tempore, vnicum deſignarunt. Is inchoatam à Patruo Reformationem, inſtituta totius Archidiœceſeos Eccleſiarū Viſitatione ſolemni, abſoluit, & Magdeburgi in tēplo Cathedrali Sigfridū Sacum Northuſanum SS. Theologiæ doctorem, inſtituit.

Sigiſmundus Marchio Brandeburgenſis &c. rebus humanis eximitur: cui in Archiepiſcopatu Ioachimus Fridericus Marchio Elect. Brandeburgicus ſuccedit.

Mortuo Sigiſmundo Ioannes Comes Mansfeldenſis, Alberti filius, qui Margaritam Erneſti Lunæburgenſis filiam in vxorem duxerat, Rotenburgum arcem ad Salam ſitam, vi occupauit. Id oppidum Comitis hæreditarium Archiepiſcop⁹ Magdeburgēſis, feudi dominus, Georgio Schœnburgio

Rotenburgum ad Salam à Ioanne Mansfeldio occupatur.

tantiſ-

tantisper fruendum tradiderat, donec æs alienum, quo ipsi Comes obstrictus erat, dissolueretur. Etsi autem Cathedrale collegium, capitulũ vulgo nuncupatur, quod sede vacante gubernationem Archidiœcesis tenet, árcem Schenburgio restitui peteret, nihilominus tamen cum Ioannes iste Mansfeldius non solummodo pertinaciter recusaret, verum etiam vicinum insuper Archidiœcesis oppidum Konderam videlicet inuaderet & diriperet: Archidiœcesiani conscriptis militum copiis, Rotenburgum denuo obsident, & Comitem captum in Salinas deducunt, vbi anno sequenti in captiuitate sua extremum diem obiit. Halberstadienses vero Canonici cum pertinaciter in Religione veteri Pontificia, persistere, nec, exemplo aliorum, ab agnita priore Religione ne latum quidem vnguem secedere vellent; diœcesis autem à prioribus Episcopis magna debitorũ mole onerata esset, Heinricum Iulium, Heinrici Ducis Brunswicensis ac Lunæburgensis nepotem, infantem adhuc bimũ, hac conditione in Episcopum eligunt: ea tamen lege ac conditione vt gubernatio diœceseos, per duodecim annos integros penes collegiũ maneat, designato Episcopo infanti mille Ioachimici quotannis pendantur; reliqui vero Episcopi redit⁹, ad dissoluendũ æs alienum diœcesi incumbens cõuertatur. Hoc ipso anno Raceburgensis quoq; Ecclesia, quæ doctrinã Pontificiorum hucusq; retinuerat, lucem doctrinæ Euangelij, in vicinis Ecclesiis principũ & vrbiũ Augustanæ confessioni adhærentiũ receptã, ipsa quoq; amplexa est: ac primũ doctrinę purioris doctorẽ Georgium Vslerum in templo cathedrali

1566.

Ioannes Mansfeldius capitur, & in custodia sua moritur.

Heinricus Iulius Dux Brunsuicensis, infans adhuc bimus in Episcopum Halberstadiensem quibus cõditionibus electus sit.

1566. Christophorus Dux Megapolitanus duodecimo sui Episcopatus anno, collocauit.

Turca Aiuatsium occupant. Sub initium Maij Transyluanus variis excursionibus operam dabat. Similiter & Turcæ ad persequendos Christianos nullam omnino occasionem prætermittebãt: Cumq; per exploratores, Aiuatsij præfectum Agriam cum delecta manu militũ profectum esse, intellexissent, oppidulum ex improuiso adoriuntur, admotisque scalis non solummodo illud expugnant, verum etiã tam ciues quam ipsos etiam præsidiarios crudelissime trucidant. Aiuatsio itaque hunc in modum expugnato, Turci animosiores inde facti victoriaq; elati recta Sigethum versus tendunt, illudque pari astu ex insidiis occupare conantur: sed Nicolaus Serinius Comes, illiusque loci præfectus, Turcas istos tam cruento prælio excepit, vt & vicini Turcæ Quinqueecclesiarum pagos tuto inhabitantes vna cum istis fugam capessere coacti fuerint: A Sigethanis autem postmodum minime cessatum fuit, sed excurrentes & hinc inde dispersos Turcas, tanta multitudine ac numero aliquando fuderunt, vt duo vehicula Turcorum prostratorum onusta capitibus, Sigethum vsque secum traduxerint. Nec Suendius interea, in superiore Pannonia, tempus inutiliter *Suendius Hustam frustra obsidet.* terebat, Hustam enim nobile superioris Pannoniæ oppidum, sub ditione & imperio Transyluani, antehac à se obsessum vehementer, irrito tamen conatu, oppugnabat: Transyluanus siquidem cum viginti hominum armatorũ millibus superueniens obsessos quidẽ ab subsidione Suendij liberauit, sed ingentem tamen cladẽ illinc perpessus est: aliquot

milli-

millibus enim ex suis cæsis, vexilla quædã & quamplurima tormenta bellico Turcica, Suendio relinquere coactus fuit. Bassa quoque Budensis eodem hocce tẽpore minime acquiescere potuit, sed Palottam, quæ tribus ab Alba Regali milliaribus distat, cum copiis suis grauissime cinxit; licet in expugnando oppido incassum laborauerit; Nam Georgius Thurigerus arcis præfectus cũ reliquis præsidiariis omnes neruos ad defensionem arcis & oppidi intendebat. Et quamuis oppidũ per octiduum integrum mille & quingentis tormentorũ ictibus petitum & iam, disiectis mœnibus, in summas angustias redactum esset: nihilominus tamen Thurigerus, quamuis grauiter sauciatus, ad deditionem nõ compelli potuit. Sed *Quando*, vt vulgari dici solet prouerbio, *duplicantur lateres tunc venit Moyses*: ita ẽt tam strenue duci ista in obsidione Turcica euenit: Nã cum idẽ iste omni humano auxilio iam destitutus esse videretur: ecce Deus omnipotens obsessis, mirabile insperatum prorsus tulit auxilium. Cum. n. Comes Helfenstenius cum duodecim selectissimorũ Germanorum militũ signis Iaurinum aduentasset, & nongenti ex istis suis copiis cum nonaginta curribus pabulatum missi fuissent: Turcæ iis e longinquo conspectis, longeq; plures numero eosdẽ esse reputantes, subita consternatione territi, soluta obsidione relictis post sese tentoriis, tormẽtis bellicis & plurimis vasculis puluere tormentario repletis aliisq; impedimẽtis fuga dilapsi sunt: Quo facto obsessi insperato isto gaudio affecti & lætabundi arcem, restauratis mœnibus, nouo præsidio, ad cohibendum impetũ Turcicum, firmarunt.

1566.

Palotta à Georgio Thurigero contra Turcos strenue defenditur.

1566.

Vesprinium Totisa, Gestesum & castella quamplurima à Salmensi comite Turcis eripiuntur.

Comes, interea, Salmensis relicto Iaurino, Vesprinium, oppidum non adeo munitum, obsidet & absq; vllo negotio capit. Quo capti & hostibus ad vnum omnibus trucidatis, illud Georgij Thurigeri fidei, cum præsidio committit: Inde Totisam, vix quinq; milliaribus germanicis à Iaurino distantem quæq; Christianis circa ista loca commorantibus plurimum damni creabat, cum copiis aliquot progredit', eamdemque, vt & antea Vesprinium, quoq; expugnare nititur: nec conatui isti felix successus defuit: cum. n. iteratis displosorum tormentorum ictibus, sibi ad hostem aditum parasset, eumdemq; non vna dumtaxat vice, ad deditionem faciendam adhortatus fuisset, sed nihil prorsus impetrasset, irruptione vehemẽtiss. facta, loco potitur, ac deprehensos illinc Turcos omnes trucidat, quinquaginta saltem exceptis, qui ad munitissimam quandam Turrim se receperant: Porro Gestesum tendit, q. propugnaculum Turci reliquerãt, & illud sine vlla suorum fusione sanguinis in suam potestatẽ redigit: Vnde tantus, finitimorũ siue circumiacẽtium præsidiariorũ Turcicorum animos, terror inuasit, vt collectis, quæ asportare poterant, cæteris corruptis, sarcinis, minime expectato hoste Strigonium profugerint; quę postmodum castella oĩa Salmensis occupauit & firmis illis impositis præsidiis, contra insultantes Turcos eadẽ præmuniuit. Salmensis itaq; tam prospero rerum successu alacrior, tantisq; potitis victoriis animosior factus, ad Strigoniũ quoq; castra mouere constituit: postquam autem hocce suum propositum cum Maximiliano Cæsare cõmunicasset, is, quoniam oẽs copiæ auxiliares

non-

nondum Viennę conuenissent, tum etiam grauissimis aliis de causis, oppugnationē Strigonij in aliud tempus differendam esse, operæ pretium duxit. 1566.

Interea Solymānus Turcarum Imperator, postquam ad expeditionē bellicam aduersus Christianos iamdudum præmeditatam, se satis superq; instructum esse, cognouisset: Bassæ Budensi, sub initium Iulij, imperat, vt, ad traducendum exercitum Turcicum, Drauo pōtem imponeret: verum cum Budensis iste Purpuratus rem aliquoties tentasset, attamen incassum semper laborasset: Solymannum, per litteras certiorem fecit, fluuium istum, ob nimiam rapacitatem, pontem omnino nullum admittere: Solymannus illo responso commotus, Bassæ laqueum ad ipsius aduentum asseruandum, tramisit: Terribili itaque hocce Solymanni munere Bassa consternatus, viginti quinque operariorum millia conducit, ac decem dierum spatio pontem istum admirandum per omnia absoluit, per hunc postmodum Solymannus copias suas traduxit, & tripartitis illis, partem vnam ad Albam Regalem, alteram ad Sigethum, tertiam denique ad populabundum huc illuc distribuit: Postquam autem Belgrado cum ducentis hominum armatorum millib. mouisset Solymannus Vayuoda Transyluanus ei obuiam processit & pretiosissimis oblatis muneribus, Imperatorē (peractis prius pro tramissis contra Cæsareanos auxiliis gratiis) honorificentissime excepit. Hinc Nicolaus Serini⁹ Comes, Sigethi tum tēporis præfectus, cū per exploratores certior fact⁹ fuisset Turcas cū toto exercitu p Draui pontē (nuper à Budēsi Bassa, ob metū sibi ab Im-

Expeditio Turcica i Hungariā

Cæsareani Turcas apud Sigeth. fiß. cadunt.

1566. peratore Turcico tramissi laquei, quam celerrime confectum & decem diebus absolutum) se recipere & nocturnos passim conuentus agere, mille pedites & quingentos equites Sigetho emissos fortunam periclitari iubet. Qui progressi, centum equites cum ducentis peditibus ad Siclonscum arcem explorandam præmittunt: Postea recta ad Turcarum castra, vbi Mahometes Begus transitum Turcarum per Draui pontem iussu Solimanni custodiebat, se proripiunt, & Turcos nihil tale quidpiam metuentes, hostiliter adoriuntur; qui vix primo diluculo grauissime excitati varie cæduntur & disiiciuntur, ita vt non pauci interulis dumtaxat induti, fuga salutem quærere necessum habuerint, Mahometes vero pontis custos, dum grauiter vulneratur & fugam capessit in lacu proximo miserabiliter perit; Eius autem filius & vna cum ipso tres Turcorum primarij, opulentissimis spoliis onusti, viui in Cæsareanorum manus peruenere & cum ingenti Christianorum lætitia Sigethum in captiuitatem abducti sunt.

olymannus Sigethum obsidet. Mense Augusto, & primo quidem mensis huius die, postquam Solymannus aliquot suorum Purpuratorum cum copiis & omni apparatu bellico præmisisset: & ipse quoque, Drauum cum vniuerso suo exercitu feliciter transiisset, habito cum suis cōsilio, Sigethū & Giulam ante omnia primo adoriri & expugnare statuit. Sigethum autē, tum temporis mille pedites & octingētos equites præsidiarios, centum vero & quinquaginta ciues, qui vltro & sua sponte illinc remanserant, mulierum autem & puerorum ad duo millia in sese complectebatur,

qui

qui sexaginta tormentis rotis impositis & ingenti pulueris tormentarii copia instructi erant. Serinius itaque conspecto Turcorum innumerabiliũ fermè aduentu, omnia quæ ad Sigethi defensionẽ erant necessaria, continuò adornabat: Postea portas oppidi occludi iussit, & tam ciuibus quam militibus, ex oppido in interiorem arcis aream, ad se vocatis, eosdem, sequenti oratiuncula allocutus & ad constantiam adhortatus est: *Fratres ac commilitones charissimi*: Quandoquidem nemini iam dubium est, quin Sultanus Turcicus ceruicibus nostris immineat, ipsa necessitas exigit, vt nos ad omnes casus subeundos præstemus, & intrepido animo nostrum atque adeo totius Christiani nominis hostẽ præstolemur: qui temerario ausu suis viribus, incredulorumque hominum multitudini fidens, arma in nos conuertit: Nos autem spem nostram omnem in Deo positam habemus, cui facile erit, nõ modo nos defendere, sed etiam hostes illos omnes reprimere atque pessundare: Alacriter ergo eorũ aduentum expectemus, nec ingentibus eorum copiis terreamur: *Non enim ab humanis dependet viribus, sed cœlitus datur VICTORIA: nec dubitemus quin Deum Optimum Maximum si ardentibus eum votis inuocauerimus, auxilio nobis, pro paterna sua clementia, adfuturus sit:* Illico autem imprimis opera danda est, vt concordia & Fides inter nos integra conseruetur, & omnes simultates, inimicitiæ & odia tollantur, ne alius aduersus alium insurgat, sed potius omnes & singuli summa concordia & beneuolentia hic vna degamus, quamdiu diuinæ visum fuerit voluntati. Hac itaque de causa fratres charissimi, summopere

1566.

Oratiuncula Serinii Comitis ad ciues & præsidiarios Sigethi.

1566. necessarium arbitror, vt ante omnia iureiurando nos inuicem deuinciamus, & tum supremo nostro Magistratui fidem demus: tum huic etiam afflictæ Prouinciæ constantiam & integritatem sanctè promittamus. Primum autem ego iurabo, idem deinde vos post me facietis; ne aut ego vobis vllum diffidentiæ locum reliquisse videamini: Iuramentum ergo meum nunc audite: *Ego Nicolaus Comes Serinius, promitto Deo optimo Maximo imprimis, deinde Sacræ Cæsareæ Maiestati, Domino & Magistratui meo supremo, & huic miseræ Prouinciæ, postmodum etiam vobis militibus & strenuis viris iam hic congregatis, ita me Deus PATER, FILIVS & SPIRITVS SANCTVS, sanctissima Trinitas & vnicus Deus adiuuet, me vos nullo vmquam tempore deserturum, sed vobiscum victurum & moriturum, omniaque simul, quæcumque inciderint, seu bona seu mala perpessurum.* Iuramentum meum habetis: Iam ipsa ratio exigit, vt idem etiam vos præstetis, Deoque interposito teste, erectis duobus digitis promittatis; Quo facto vnusquisque vestrum suo tribuno in ipsa porta sacramento se obstringet. Quare vt ex vobis quilibet hæc verba, præeunte scriba, clara voce, eleuatisq; duobus digitis pronũciet, sedulo obseruabimus, & in eum, qui fortè ista effari recusabit, grauissimè tamquam in eum, qui nobiscum ad extremum vsque perseuerare minimè cogitet, & non militis sed proditoris nomine, censendus veniat, animaduertemus. Esto itaque hoc vestrum iuramentum: *Nos omnes ciues, equites & pedites, milite sque stipendiarii, sub Cæsarea Maiestate merentes, iuramus primum Deo optimo Maximo, deinde*

Iuramentum Serinii fidelitatis.

[Iu]ramentum militum & ciuium.

Chri-

Christiano nostro Magistratui, huicque Prouinciæ, & Domino nostro Nicolao Serinio Comiti, sancteque promittimus, nos, vt fideles & dicto audientes milites decet, obedientiam omnem præstituros, cum ipso etiam nos victuros & mortem oppetituros constanter pollicemur. Audite præterea quid vos scire velim, si fortassis aliquid humani mihi acciderit, in meum locum vobis hunc familiarem meum Casparum Alapianum substituo, vobisque impero, vt ei pareatis summumque honorem tamquam mihi ipsi exhibeatis, & si quæ vobis mandata dederit, ea diligenter optimaque fide exequamini. Hæc cum dixisset Serinius, mandata quædam prælegi iussit, in hanc sententiam concepta: *Si quis equitum aut peditum, ductori suo obedire recusauerit, & imperium, quacunque ratione, detrectauerit, ipsum vi aut stricto gladio inuaserit, vel etiam acerbius quid aduersus eum locutus fuerit, interficitor: Si epistolam quis Turcicam acceperit aut legerit, statim occiditor: Qui autem litteras per sagittam immissas, aut aliquo in loco depositas inuenerit, vt tribuno suo confestim eas exhibeat: is porro vt in ignem inijciat, serio edico. Qui statione sua discesserit, aut absque venia & præscitu tribuni sui absens fuerit, is sine vlla causæ cognitione strangulator: Si duo vel plures occulta inter se consilia tractare deprehensi fuerint, ad supplicium statim rapiuntor: Quod si quis talia tractari vel viderit, vel audierit, reticuerit tamen, eadem pœna cum noxiis afficitor.*

1566.

Mandata militarem disciplinam spectantia.

Turcæ itaque postquam ad Sigethum castra sua posuissent, statim summo impetu nouũ oppidũ infestarũt, verũ cũ id nequaquam amplius defendi posse

Turcarum in obsidione Sigethi primus impetus.

Seri-

1566. Serinius animaduerteret, illud, suo iussu, subito incensum est. Hinc veteris oppidi mœnia, tribus in locis simul vehementissime & quidem tormentis maioribus quassata sunt. Ianitsari vero in aggeribus iacientibus occupati erant, valloque & fossis sese præmunientes, ad oppidum propius accedũt, & in incensum paulo ante nouum oppidum, tormenta inuehunt, vt eo commodius veteris oppidi mœnia possent quatere, id quod etiam postmodũ diligenter & magna cum alacritate ab ipsis præstitum, nec vllis vmquã laboribus parsum fuit: Turcæ insuper tres ingentes moles, propugnaculorum instar, saccis terra & lana, cuius ex vniuersa Prouincia maximam copiam congesserant, refertis, tanta celeritate & industria construxerunt, vt ingentes istæ machinæ mœniorum vrbis altitudinem longè superauerint: ex quibus Ianitsari crebris & quotidianis tormentorum ictibus, omnia obsessorum loca vehementissimè infestabant, ita vt omnis facultas fussam, vallum, aggerem aut munimentum aliquod intra mœnia moliendi, cinctis omnino eriperetur: Cum vero in locis palustribus expugnatio Sigethi Turcis videretur facilior: subito cratem siue pontem ex lignorum, virgultorum, ruderumq; ac terræ coaceruatione construxerunt, ita vt in opero isto absoluendo ne Turcorum quidem minimus feriatus fuerit. Solymannus verò, Sigetum non absque multo suorum sanguine expugnari posse, animaduertens, ac præliis ad præmia se conuertit: Seriniumque ingentibus pollicitationibus, ac amplissimis muneribus ad deditionem faciendam sollicitat: Quodque si faceret & arcem sibi

[S]erinius ad [d]editionem [S]igeti nec [m]uneribus

dede-

dederet, se quamprimum ipsum in totius Illyrici præfectum & Croatiæ possessorem creaturum: Sed postquam iamdudum cognouisset Serinium harum illecebrarum inescatione minimè commoueri posse, alio astu rem tentandam censuit: Forte enim fortuna accidit, vt tubicen quidam, qui sub Comitis filio stipendia merebat à Turcis tùm temporis caperetur & in castra ad Solymannum captiuus duceretur: Hac itaque captata occasione Solymannus insignia Comitis è tuba pendentia, vna cum litteris in arcem mittit, & Serinio, ex indicio tramissorum insigniorum sui filii, eumdem à se captum esse persuadere conabatur, & iccirco ad deditionem arcis, (si se filiumque captum saluum vellet,) adhortabatur, nullam enim, aiebat Sultanus, subesse causam cur tam acriter & strenuè eam defenderet, quandoquidem iam filium captum & ipsum Serinium in tantas coniectum esse angustias, vt etiam nulla spes salutis sibi sit reliqua. Quocirca ad conseruationem sui ipsius ac filii arcis deditionem faciat, sin minus, filii caput lanceæ adfixum ad portam confestim sese locaturum. Serinius verò nec tristi casu captiui sui filii, (qui tamen à Solymanno ad infringendum paternum affectum, erat confictitius,) nec aliis amplissimis Turcicorum munerum pollicitationibus ad deditionem adduci potuit: Sed è contrario, incredibili animi magnitudine ac constantia in fide Imperatori Maximiliano data perseuerauit, ne & reliquæ Christiani orbis Prouinciæ ab hostibus, sua culpa ac ignauia, vastarentur, nec, ob res antea præclare ab se gestas, bonæ famæ ac existimationi suæ macu-

1566.

nec aliis à Solymanno artibus, commoueri sese patitur.

1566. la inureretur: ideoque omni dolore priuato seposito, singulos ac vniuersos suos milites ad constantiam hortabatur, inquiens: Priuatus meus luctus est casus filii acerbissimus, vos autem fidei, qua Cæsareæ Maiestati obstricti & obligati estis, estote memores ac patriam forti animo defendite: Quod si vero aliqua dumtaxat mei commiseratio vos tangit, age innumeris cladibus hostem afficiamus & vindictam de ipso sumamus, nec vos tam mea præsens moueat calamitas, (quæ quidem iam euitari haud poterit,) quam vestrum atque adeo totius Christiani orbis periculum. Et ego quidem omnia percepi atque omnia animo iam antea mecum perpendi, nec sum inscius, quam multa pericula magna affectantem sustinere oporteat. Nec olim fortunæ quadam temeritate, sed mascula virtute & patientia, maiores nostri ex hostibus aut gloriosissimos triumphos, aut gloriosa morte immortalem sibi laudem pepererunt: Non minus in præsenti quoque mea calamitate, & nostro omnium ac communi periculo, hæc nobis maximè optanda sunt, vt morientes dulcissimam nostram patriam à crudelissima Barbarorum tyrannide in libertatem vindicemus: aut si id non detur, saltem hoc efficiamus, vt captata hac occasione de tota Christiana Republica benè mereri voluisse iudicemur, quo quidem nobis maius aut honestius à Deo immortali quid dari non potest.

urci Si- etbum mnis viribus ppugnant. Sed cum nec hac quoque via succederet, Imperator Turcicus omnes suas vires ad Sigethi expugnationem conuertit. Itaque Ianitsari, postquam

mu-

murum subiissent commissa & iterata strage, obsessos, numero impares, sub vesperæ initium retrocedere coegere: in quo conflictu non exiguus, etiam fortissimorum virorum, numerus, non sine ingenti Christianorum cordolio, fusus ac deletus est. Cumque iam & alterum oppidum Turcæ occupassent, sola arx iisdem expugnanda restabat. Itaque cum exterioris propugnaculum præcipuũ à Turcis per ignem suppositum incensum fuisset, & iniecta flamma, ob ventorum vehemẽtiam, huc illuc dispersa omnia fermè arcis loca corriperet, & Turcis quoq; simul impetum facientibus: Serinius se ac alios, qui ipsi ex maximo cæsorum numero, adhuc restabant, in arcis partẽ interiorem recepit, vt ibidem extrema ancipitis Fortunæ remedia piclitaretur: ast cum in via pontis intermedii multi cæderentur ac pcipitarentur, cæteri verò, in angustum admodum angulum compellerentur: & Turcæ insuper in propinqua arcis tecta ignem iniicerent murosque scanderent & subiectos Christianos telis petitos miserrimè trucidarent, in tãtã desperationem Christiani tum tẽporis coniecti sunt, vt patefactis portis eruptionem, etiam per confertissimas hostium Turcicorum turmas, facere ac pulcherrimum istud prælium gloriosissima morte finire decreuerint: Serinius itaque postquam in portam qua pons in oppidum ducit militum concionem aduocasset, militem adhuc residuum in hunc fermè modum allocutus & exhortatus est: Quo in loco commilitones, inquit, res iam sitæ sint mecũ opinor omnes intelligitis. Quod si Maiorũ nostrorũ res gestas, in extremo hoc discrimi-

ne,

;66. ne paucis attingere libeat neque nos certè, ab e
rum virtute, in acerbissimo hocce patriæ nostr
casu degenerare debemus. Illi siquidem domi m
litiæque multa profectò insigniter gesserunt, & s
penumero parua manu militum cum numerosis
mis hostium legionibus decertarunt, paruis copi
cum opulentissimis Regibus bella gesserunt, sem
perque gloriam ac libertatem, vitæ quantumu
splendidæ anteposuerunt. Cum igitur & hic quo
que nobis omnibus supremus dies illuxerit, qu
necessitas nos ita circumscripsit, vt vel memoribu
nominis Christiani & immortalis gloriæ, datæ Im
peratori nostro fidei, pietatis in patriam, decori
denique militaris, in quo hactenus omnem vitam
nostram non sine laude, opinor, transegimus, pr
patria moriendum sit, vel per summum dedecus &
turpitudinem in hostium manus deueniendum,
aut flammis, quæ cum omnia occupauerint, atque
adeò ipsam arcis aream iam peruolitent, huc an-
gustiarum nos redegerunt, pereundum aut deni-
que in miseranda seruitute vita quauis morte acer-
bior exigenda sit, vos hortor atque oro, milites, vt
forti sitis ac præsenti animo, nec quanta vis ho-
stium nobis opposita sit; sed quid præsens locus &
tempus postulent animo cogitetis imperterrito,
vbi quem virtus & arma, non defenderint, eum ne-
que locus nec quicquam aliud teget. Etenim quod
iam nobis præter arma animosque nihil reliquum
Fortuna fecerit, æque ac Ego, Commilitones, cer-
nitis, sed quid agemus? Eo nimirum Fortuna no-
stra redacta est, vt deplorari forsitan, corrigi certè
nisi manu, nullo modo possit. At enim lamenta,

mu-

mulieribus & pueris relinquamus, nos spem, post " 1566
Deum, in dextris nostris habere æquum est: nec e- "
nim pro decore dumtaxat priuato, sed pro salute "
quoq; patriæ pugnabimus. Qualiscunq; vis fortu- "
næque nostra futura est; talem post vltimum hunc "
conflictum patriæ statum futurum cogitare debe- "
tis. Scitote nostras nunc intueri manus Impatorē "
nostrum Europam & patriam, virtutis aut ignauiæ "
cuiusque adstare testem; Cogitate hic nobis nō tā "
vincendi, quam gloriosam mortem occasionē da "
tam. Hic nobis terminum nostrorum laborum ne- "
cessitas imposuit; vbi omnibus inter victoriam aut "
mortem certa desperatione abruptis aut vincere, "
aut si id Deus non pmiserit, in prælio potius, quā in "
fuga cadere præclarum erit. In hoc igitur prælium "
ituri; memineritis vos decus immortale, Religio- "
nē, libertatem, quæ nemo bonus nisi cum ipsa ani- "
ma amittit; patriamq; vestrā, quæ vos genuit, aluit, "
educauit, in manibus vestris portare: Igitur ne in- "
sulti cadatis, neu capti; sicuti inertia pecora truci- "
demini, sed vt hosti cruentam & quam maxime lu "
ctuosam victoriam relinquatis, efficite. His dictis "
& nomine Iesu ter inclamato; ipse præeunte præ-
torio vexillo; quod Laurentio Iuranischio gestan-
dum dederat; portas arcis aperiri iubet, mortario
ferreis frustulis referto prius disploso; cuius fumo,
conspectum hosti adimente, defensus stricto gla-
dio, exigua manu militum stipatus exit, & in ponte
post vnum vel alterum certamen, vndique à multis
Turcorum agminibus circumfusus, & telorum co-
pia obrutus acceptis tribus vulneribus concidit.
Coryphæo itaque Christianorum iā sublato; cum

Serinius in expugnatione Sigethi fortiter cadit.

1566. milites, quidam Christiani retrocedere ac in arcem confugere vellent, ab insequentibus Turcis crudelissimè & more pecorum cęsi ac mactati sunt: vbi solummodo mulieribus ac infantibus parsum fuit, qui omnes miserę captiuitati reseruati sunt. Quamuis verò Turci hac vice Sigethum expugnauerint & Christianos numero ac viribus maiores debellauerint, nihilominus tamen hæc ipsorum victoria ab ipsorum parte haud incruenta fuit: Cõclamatis siquidem, ante eruptionem, rebus, Serinius in turrim quamdam, puluere tormentario repletam fomitemque pyrotechnia quapiam sic adaptatum, vt certo quopiam tempore in materiam ignis incideret, collocari iusserat: Capta igitur iam arce & accenso puluere tormentario, Turcorum triginta millia ex incendio isto periere, qui partim igni combusti, partim vero ædificiorum ruinis oppressi sunt. Priusquam vero Serinius ex arce erumperet, Cubicularium suum vestimentum holosericum coloris violacei aliaque id genus, quæ temporibus ac diebus festis vsurpari solent, adferre iussit: Pileum deinde ex nigro serico villoso, auro intextum, & exornatum, quem in festiuitate nuptiarum Comes gestare solebat, capiti imposuit, cuius palæ adamas ingentis pretii adfixus erat: centum insuper aureos, (ducentos quidam volunt,) ab eodem suo Cubiculario petiit, vt essent sui ipsius sepulturæ præmium: mox claues arcis in sinum abscondit, & has, inquit, à Cæsarea Maiestate mihi concreditas, viuo non quisquam mihi eripiet: Cũ vero eidem & arma ad præmunitionem sui corporis adferrentur, eorumdem vsum detrectauit, sed nihil

illis

llis sibi opus esse dictitabat, imprimis cũ nihil am- 1566.
plius quam pulchram per vulnera mortem acqui-
reret. Ex gladiis vero acutissimum quendam sibi
selegit, illumque manu tenens dextera: Hic vni-
cus est, inquit, è veteribus meis gladiis, quo omniũ
Ego primo gloriam & honorem promerui, omnia-
que, quæ habeo, beneficio illius acquisiui, eodẽ ic-
circo comite nũc singula, quæ Deus in me decre-
uerit, lubentissimè perferam, exitumq; si non peri-
culi, ast saltem vitæ inueniam, &c. Illud quod forti-
ter ac summa laude cũ immortali nominis sui glo-
ria coniuncta assecutus est: Tamdem prostrato, vt
diximus, Serinio, ei caput à Turcis amputatum &
à Prætorianorum Duce ad Solimannum, quem ad-
huc in viuis esse credebat, missum est, quod paulo
post à Mechemete, cuius nutu atque auctoritate o-
mnia administrabantur, ad Mustapham Budæ præ-
fectum tramissum fuit, qui illud panno holoserico
inuolutum ad Maximilianum Cæsarem perferen-
dũ curauit: Quo lamẽtabili spectaculo Cæsar affe-
ctus, illud ꝑ honorificè admodũ Balthasaro Comi-
tis filio, laudata pri⁹ patris virtute, omniaq; à se be-
niuola, pro tãtis erga se illius meritis pollicitus tra-
didit, ꝗ illud in arcẽ paternã Stacaturnã & in mo-
numento Maiorũ, pactis magna põpa exequiis, in
monasterio D. Helenę sacro sepeliuit. Sic igitur Si-
gethũ septimo die q̃dã sextũ diẽ nominant, Septẽ-
bris à Turcis captum est, cum Solimannus prid.
No. eiusdem mensis vltimum vitæ diem in castris
clausisset anno ætatis suę septuagesimo sexto, post- Mors Solimanni Imperatoris Thracici.
quam quadraginta sex annis & sex mensibus Im-
perio præfuisset, eodem mẽse, quo Carolus Cæsar,

1566. ad imperium euectus fuit: sic vero vitæ suæ cursum instituerat, vt in imperio militari, quodque pacis artes nescit, semper ferè alternis annis post expeditionem aliquam susceptam, interquiesceret: Prospa fortuna ferè vsus amplificatis finibus & Pannonia in Europa, inde Armenia in Asia Turcici iuris factis: interdũ & aduersis cõflictatus, supiori anno accepta memorabili ad Melitã clade, & domo duorũ filiorũ ac tot nepotũ nece funestata, quo pacem in familia atq; adeo in Imperio Othomãnico cõseruaret. Tria illi ad summã felicitatẽ ac votũ summũ defuisse memorant, q̃ Viennã Imperii Germanici propugnaculũ ac tam q̃ totius Europæ clauẽ, quam post Constantinopolim à Mahomete proauo captã, sibi veluti legitimo Impij hæredi, deberi cõtẽdebat, in potestatẽ redigere: tẽplũ Bisantii à se stupẽdo atq; admirãdo admodũ ope inchoatũ, & aquæductus æmulatione Romanorũ inceptos viuus absoluere haud potuerit. Quorũ votorũ si Fortuna eũ ante obitũ fecisset cõpotẽ, omnium Regũ fortunatissimum se existimasset. Huius aũt mortẽ Mechemetes Purpuratorũ Princeps summa calliditate ac astutia lõgo tẽpore occultauit, postq̃ Archiatrum & Medicum Solimanni noctu clam necari iussisset, ne videlicet p illũ Solimanni mors fuisset euulgata: veritus ne si Prætoriani ac cæteri militũ cohortes, de Sultani morte maturius & ante tẽpus cognouissent, tumultum in castris excitarent, tentoriaq; ac gazam Regiã vna cũ Christianorum spoliis diriperent, ac hisce bonis ditati ducibus & præfectis Purpuratis minus obediẽtes essent: quæ rerũ apud hostes confusio ac licentia, Cæsari, egregiis ac nume-

Medicus Solimanni clam necatur.

rofiſſimis copiis ei ex toto terrarũ orbe ſummiſſis, 1566.
inſtructo, poptatã rei benè gerẽdæ occaſionẽ, abſq; vllo dubio, prębere potuiſſet. Cũ aũt & cæteri Purpurati, Centuriones ac prætoriani pcipue, ſumma ſui principis videndi cupidine tenerentur, nec exigua illorum animis hæreret ſuſpicio, eum è vita migraſſe, iamque res ad occultos & inteſtinos motus ſpectare videretur: Mechemetes illorum deſiderium aſtu eludens, mox cadauer ſolito ac conſueto antehac cultu ſiue habitu ornari iuſſit, illudq; in ſublimi ſolio collocatum vidẽdi cupidis procul oſtẽdit, adeo callide re aptata, vt oẽs eum reuera in humanis adhuc eſſe crederẽt: Quo facto cum inde egreſſus, tamq̃ accepto à Sultano mandato ptorianos vocaſſet, & grauiſſima oratione ad vrgendã oppugnationẽ hortaretur: accidit vt recẽs heri mortui ſenſus animo ſuccurreret & lachrymas ab imprudẽte ſe ẽt inuito, excuterẽt; verũ ex ſecretis militũ ſuſurris animaduerſis indiciis, nõnullos videlicet ex eius vultu & oculis adhuc rubentibus colligere ac planè ſibi pſuadere, Impatorẽ è viuorũ cõſortio ſublatũ eſſe: q̃ primũ ſeſe recolligẽs & ex caſu occaſionẽ capiens, vehemẽti animi dolore cautè diſſimulato: non ſe deflere Impatoris mortem, q valeat & omni fermè ægritudine liberatus ſit, ſed omniũ aſtantium & ſui ipſius vitã deplorare, quibus neceſſe eſſet, (ſic n. Solimãnum interminatũ eſſe,) intra triduum aut vincere, aut crudeliſſimis ſuppliciorum generibus pire: Quibus verbis ſerio ac ad grauitatẽ cõpoſito vultu prolatis, non ſolummodo Solimanni mortem callide diſſimulauit, verum etiam militum Turcicorum animos ita inflãmauit, vt

Mechemetis in tegẽda morte Solimanni calliditas.

1566. cæptæ obsidionis, cuius prosperum exitũ fortuna illis huc vsq; inuiderat, supremũ conatũ imponere decreuerint, impetuque ad vtramq; arcem facto quas postremo, vti iam diximus, hac oratione seu territi siue persuasi expugnauerint.

Mortuo Solimanno Mechometes mox ad Selymum socerum suum, tum tẽporis in Magnesia triũ dierũ ab vrbe itinere in Asia agentẽ summa celeritate litteras dederat à Ianitorum p̃fecto & Medico obsignatas, eumq; de morte patris certiorẽ fecerat: Quas cũ ille p̃legisset absq; vlteriore mora summoque silentio Chalcedonẽ venit, vbi à Bostange Purpurato hortulanorũ præfecto pro more Phaselo in prætoria exceptus & trans Bosphorum Byzantium vectus fuit, p̃missis, qui Scanderem Purpuratum (quem Solimannus post eius ab vrbe digressum in p̃fectum vrbis constituerat,) moneret, vt omnia ad põpam & ingressum necessaria studiosissimè adornaret: Postq̃ vero vrbem ingressus ac ad Palatium gynæceumq; deductus fuisset, in solio Imperatorio cõsedit, quod cubiculũ gẽmis & aliis rebus pretiosissimis magnificentissimè exornatum, nemini nisi solis Sultanis Othomannica gente prognatis, concedebat aditũ: Hinc pro more & vsitata cõsuetudine diuersimodæ acclamationes. p̃ vrbẽ factæ sunt, vt nimirum anima Solimãni Imp̃atoris æterna pace frueretur, eiusdemue memoria p̃petuo in terris coleretur, Sultani Selymi vero imperium felici auspicio coalesceret; Et hoc ipsum edictum non solũmodo per vniuersam Thraciam, verũ etiam per omnes reliquas Regni Prouincias promulgatũ est, ne prius parentem decessisse, quam filium paterni

Selymus Solimanni filius paterno in Imperio succedit.

sceptri

sceptri possessionem adeptum omnes & singuli intelligerent. Die postero Selymus nouus Turcorum Impator è Palatio in publicum prodiit suiq; videndi populo fecit copiã, insidensq; equo ad sepulturã Iobi recta contẽdit, in quo loco mœnibus vrbis cõtiguo Othomanni sacrificia solemnia peragunt: ibi cũ maximus animaliũ numerus mactatus & carnes eorumdẽ coctæ fuissent, innumeris paupibus epulũ funebre pbuit, nec non mediocris summæ asprorũ inter eosdem distribuit; Quibus peractis eadem pompa Regia in Palatium, vnde paulo ante digressus fuerãt, reuertitur. Hæc dum agerentur per Scanderem omnes ac singulos prætorianos, qui mortem paternam pro tempore adhuc ignorabãt, ex vniuersis locis circumiacẽtibus in oppidũ haud longè ab vrbe situm euocari iusserat, isto sub prætextu, vt videlicet ad obsidionem Sigethi militaria supplementa mitterent, quos, iam Selymo ad paternum solium collocato, ille allocutus & obitum Solimanni felicemque Selymi inaugurationẽ iisdẽ denuntiat & pro direptionibus in obitu principum receptis centum Sultaninorum millia eis obtulit: haud ingrata noui Sultani liberalitate quam Prætoriani ea lege acceperunt, vt imposterum ampliora militaturis stipendia largiretur: Quibus peractis Selymus quinto die Octobris ab vrbe discedit, & magnis itineribus, ad exercitũ contendit, quem obuiã haud procul Taurunio habuit, adhuc Solimãni morte incerta, cui⁹ cadauer lectica regio apparatu magnificè ornata & vndiq; coopertia vehebatur. Ex habitu autem ac vestitu, Selymi prætoriani, id quod res erat, statim coniecere. Is 1566.

1566. enim castris appropinquans vili admodum & exiguo tegumento capitis, atraque penula & sagulo indutus, vbi primum lecticam aspexit, equo descendit & cum eo Purpurati omnes & ministri iustitiæ, qui ipsorum lingua Cadislecheri vocatur, vno eodemque fermè ornatu amicti: tum aperta lectica super cadauere paterno fleuit & in signum publicæ mœstitiæ, per vniuersum exercitum edixit, vt omnia vexilla cuspide in terram versa traherentur, statimque secutum est ingens ac mirum inter omnes, per aliquod tempus, silentium, cuius interstitio Selymus candidissimum tegumentum lintea in spiras circumdante fascia & gemmis vndiquaque refulgens capiti suo imposuit, & sic regio vestitu indutus, alium equum ad id destinatum, & quem nulli nisi soli Imperatori Turcico conscendere fas erat, insiliit: mox & cæteri Purpurati equos quoque suos conscendunt, cadauere in lectica, rursum adductis vtrimque plagulis, tecto. Inde vexilla noui Sultani erecta, cũ acclamationibus q̃bus Selymus Imp̃ator ab exercitu salutabat̃: Tũ cuncti ordine Selymum accedunt, & in signum obedientiæ ac seruitutis manus eius deosculantur, post cadios verò populis & consuetũ donatiuum p̃torianis datum cadauer parentis sui Constantinopolim auehi & in mausæolo, (Zumam Turci vocant,) q̃ ipse viuus sibi exstruxerat, cõdi iubet, cura eius rei mandata Achameti Purpurato, qui Solimanni neptem in vxorẽ duxerat, & Ferhatę Ianitorum præfecto, qui deducentibus Prouinciarum præfectis ac Prætorianis cum vexillo Regio ad vrbem p̃uenere. Quo cum peruentum esset præeũte

eo (quem illi Muphtim vocant) qui apud eos iuris Religionis & omnium ſacrorum Rex & Princeps eſt: Eum ſubſequebatur Scanderes purpuratus vrbis præfectus, Cameræ ſiue ærarij præpoſiti (qui Dephterdarij vulgo appellantur) aliique prætores omnes atrati, eorum terga plebis innumera multitudine claudente: Exemptam è lectica Sandapylam præcipui prætores per vices erectarum in ſublime manuum palmis ſuſtinebant, eiulantibus interim Taliſmanis & Hoggiis, Sacerdotibus Turcicis, & ad ſepulchri locum vſque leſſum quemdam, Mahometano ritu lamentabili voce concinentibus: Depoſito in Mauſæolo cadauere, inſtratus Sandapylæ pannus Cymatilis præſtantiſſimus & ſupra hunc alius intertextus: ad latus Solymanni acinax eius poſitus, index profuſę bello vitæ; ad caput collocatum è lino ſubtiliſſimo ſpiris concinnatum candidiſſimum turbinatum tegmen, quod illi Tulipantum appellant, quo viuus vti conſueuerat, cum nigris ardearum pennis; pone caput in pauimento poſiti cum candelabris rotundi, ſed pyramidali forma ingentes cerei, qui tamen numquam accendi ſolent: tum adhibiti Sacerdotes illi, qui ſuperſtitione gentis recepta humi diuaricatis cruribus ſedentes, perpetuo preces quaſdam ad defuncti caput obmurmurarent. Antequam autem Selymus ad exercitum veniſſet ſtatim poſt Sigethi oppugnationem Babozam oppugnaturos quoſdā à ſuis miſerat qui arcem ſibi dedi iuberent: licet autem prę ſidiarij illud ſeſe facturos negarent, nihilominus tamen cum ad tantam hoſtium potentiam ſuſtinendam, hoſtibus longe inferiores eſ-

1566.

Turcarum ingens numerus à Caſareanis in fugam vertitur.

1566. ſent, incenſa arce fugam capeſſunt, quos pari pror-
ſus exemplo Sachani & Zorgenſes ſecuti ſunt: in-
de ad prædas Turci conuerſi, ſed aliquoties in Illy-
rico à copiis Caroli Cęſaris fratris cæſi ſunt, qui iu-
xta Slunam fluuium in Balbotio pugna cōſerta ad
quatuor Turcorum millia in fugā vertit capto ipſo
Boſnæ Purpurato, reliquos oēs proculdubio dele-
turus, niſi metu tam formidabilis exercitus vbiq; ſe
effundentis imperū ſuſtinuiſſet & caſtris ſe, ad op-
pidum Cotornum, inter Sauum & Muram conti-
nere ſatis habuiſſet. Haud multo poſt Selym⁹ aſpe-
ritate hyemis vrgente, Pannoniam reliquit, & Per-
thauo Purpurato ſerio iniūxit, vt cum validis Tur-
corum, Valachorum & Tartarorum copiis Ioanni
Duci Tranſſyluaniæ, qui bellum contra Cęſarē ad-
huc proſequebatur, præſto eſſet: In ipſo aūt itine-
re obuiā habuit Hoſſutotum Legatum Cæſareum,
qui ad pacis conditiones cum Solymanno, tum tē-
poris adhuc viuo, ineundas Byzantium miſſus fue-
rat: verum poſtq̃ Solymanni mortem intellexiſſet,
relicto Byzantio Viennam redire cōſtituerat: Sed
huic Selymi quidē videndi non aūt colloquēdi fa-
cultas data eſt: Mechemetes. n. prętendebat, illum
ad Solymannum à Cæſare ſuo fuiſſe miſſum: quo-
circa eo mortuo & Selymo in paternū ſolium col-
locato, nihil eſſe q̃d cum Selymo ageret: à quo ſi q̃d
Rex ipſius impetratum vellet, aliam Legationē vel
adornaret, vel ipſum (Hoſſutotū) cum aliis ac no-
uis mādatis denuo mitteret: addebat inſuper Ma-
ximilianū Cęſarem peſſime rationib. ſuis conſultu-
rum, niſi quamprimum à potētiſſimo ſuo Impera-
tore pacem petiturus ſit; ſatiuſq; ei ab initio fuiſſe

urcorum olida ia apiia & bxiſtia- rnuo Im- ratorum ſ: empla.

ſi eaſ-

i eaſdem pacis conditiones antea cum Ferdinãdo 1566.
nitas, conſtanter ſeruaſſet: proinde mirari ſeſe, cur
præpotentẽ tantum Principẽ, tam temere ad arma
prouocauerit; cum tñ ipſius imbecillitas nota, cum
eoq; p̃clare actũ ſit: Solymannũ nuper è viuorum
numero exẽptũ fuiſſe: ſi.n. pergebat Mechemetes,
Sigethi expugnationi ſuperfuiſſet, effecturũ ſe fuiſſe pollicitũ, vt ipſũ & Germanos oẽs, temeritatis
& audaciæ ſuæ pœnituiſſet, tãdẽ Selym⁹ Cõſtãtinopolim reuers⁹ ac ingẽti ſuorũ applauſu except⁹ eſt.

Tranſſyluanus interea fretus auxiliis Turcicis, *Ioannes Dux Trãſſyluaniæ Tocaium, fruſtra recuperare nititur.*
cũ Pertaui copiis Tocaiũ, anno ſuperiore à Schwẽdio occupatum, recuperare ſtatuit: locum.n. iſtum
in Panoniæ & Daciæ finibus ſitum magnum, ad
res ſuas vel tutandas vel dilatandas, momentum allaturum nouerat. Ad tutandam autem ſiue ab hoſtium inſultibus defendẽdam munitionem iſtam,
Schwendius Iacobum Ramigerũ cum valido præſidio loci iſtius præfectum conſtituerat, quem etiam, poſtquam de Tranſſyluani conſiliis factus fuiſſet certior, ad Cæſarem miſerat vt ab eodem maiora contra Tranſſyluanum ſubſidia impetraret:
nec renuit Cæſar, quamprimum enim Heinricum
Staupiciũ cum mille Germanis equitibus, ſex peditum vexillis & cum ſtipendio & cõmeatu neceſſario Tocaium miſit: Cumque iam Tranſſyluanus
decem admotis tormentis & aſſidua eorumdẽ diſploſione Tocaium vehementiſſime verberaſſet &
in maximas anguſtias coniecíſſet; en triſti nuncio
monetur oĩa Tartarorum Turcorum ac Valachorũ auxiliares copias, quas Selym⁹ ex Pannonia diſcedens ipſi, contra Cæſarem, poſt ſeſe reliquerat,

1566. per vniuersam Daciam seditiones ingentes excitare, adeoque populabundas tam in viros quam fœminas, nulloq; sexus habito discrimine, quam crudelissime sçuire: ideoq; post octiduum ad tutandos suos ab obsidione desistere coactus est. Tãtam aũt, eo ipso tẽpore, crudelitatem Tartari in Transsyluania exercuerunt, vt & præter innumera alia incendia ac direptiones, infantes etiã dissectos verubus transfixos ad ignẽ coxerint & deuorauerint: nec verebantur etiã immanissimi isti Barbari Christianorum hostium carnibus quotidie vesci, verum etiam miserrimarum muliercularum mamillas, exquisitissimi cibi loco, manducabant: Quocirca Transsyluanus illos per Legatos perquam amice, vt ab incæptis desisterent, primum adhortatus est; sed ipsis illud recusantibus nec ab iniuria ac maleficio sibi insuper temperantibus: ipsi palantes & incauti à Trãssyluano adorti & ad sex millia ab eodem trucidati sunt: verum cum Varadinum se rursum recepisset, Scythæ vltionis rabie incensi, illum obsederunt: sed cum tantam hominum multitudinem tormentis minime aggredi posset, nec ipso loco, natura & situ parum firmo, tutus esset: noctu clam ex hostium manibus dilapsus est: vbi recollectis viribus populabundos, secunda vice aggressus, multisque ex iisdem millibus cęsis, innumeram captiuorum multitudinem, quam Barbari in miseram captiuitatem abduxerunt, & in iis complures nobiles matronas ac virgines in oppido Beregazio captas recepit, lamentabili tristique vndiq; rerum facie: imprimis vero prope Cassouiam, vnde quadringenti circiter Prætoriani, cum nullum licen

Tartari in Transsyluania maximã crudelitatem exercent.

tiæ, sæuitiæ ac crudelitatis genus intermisissent, 1566.
nongentos ferme captiuos secum abduxerunt & ingentem sui terrorem omnibus passim locorum incusserunt, imprimis vero circa Danubium, Vagum & Arabonem degentibus: Inter hæc Albæ præsidiarij egressi Gesternum & Vitanum superiore æstate à nostris occupata receperunt, ita vt Palota, Vesprinium ac Tattatam vicino hoste iam in summo discrimine versarentur: tamdem Scythæ illi post vnam & alteram à Transsyluano acceptas clades Getis aliquot & Prætorianis spe prædæ ad illos sese adiungentibus auctiores Russiam & Podoliam, quæ prouinciæ Regi Poloniæ parent, conuerso impetu deflexerunt, vbi omni sæuitiæ genere grassati, postremo prouinciæ Palatinum in quodam oppido obsident, adductis secum duodecim muralibus machinis: verum ille non minus vetustate familiæ, quam bellica laude nobilis cum delectis suis, quos tum temporis penes se habebat, crebram eruptionem faciens, prædonesq; grauissime infestans illos ipsos tamdem, postquam tormenta illis ademisset, ad vnum omnes penitus deleuit.

Ex aduersa parte Cæsar, cum omnes hostium copias aut abiisse vel in hyberna concessisse animaduerteret: Viennam versus rursum cogitauit. Antequam autem profectionem maturasset: Eccio Comiti Salmensi dedit negotium, vt Iauarini ruinas ex improuiso incendio exortas rursum resarciri curaret. Incendium autem illud hac potissimum occasione exortum ferunt: Nam mense superiori Octobri cum in militis cuiusdam contubernio, ex coci incuria ignis accensus esset, flamma tantas vires

Maximilianus Imperator ex castris Viennam reuertitur.

1566. res breuissimo etiam temporis spatio, assumpsit, vt omnia ferme ædificia quæ ex materia arida constabant, conflagrauerint excepta domo prætoria & primaria ex solidis lapidibus exstructa. Templum quoque, quamuis rarissimo Fortunæ beneficio, ab incendio isto immune fuit: Si enim illud vt cætera ædificia ignem concepisset, totum oppidum à fundamentis euersum fuisset: Siquidem isto in templo puluis tormẽtarius, pro tempore asseruabatur: Nihilominus tamen dictu non est credibile quantum ea clades nõ oppidanis & exercitui solum, verum vniuersæ etiam prouinciæ constiterit, cum illuc tamquam in tutissimum refugium plurimi negotiatores & finitimorum locorum incolæ, merces, supellectilem, & rerum pretiosissimarum locupletissimum thesaurum asportauerint, q̃ omnia pariter cum ædificiis igne absumpta sunt. Hinc Cæsar magno Magnatum suorum comitatu cum Ferdinando fratre (qui postmodum in Boemiam se contulit) Viennam proficiscitur: Mox dimissi Marcomanni & Boemi, & cum illis quoque Germanicæ legiones, ex quibus tria signa selectissima Insulę Comarę pręsidio sunt imposita: Ex Austriacis vero complures Sempronium missi & in reliqua finitima oppida (vt vnà cum aliis repentinas hostium illac ad prædas excurrentium populationes prohiberent) distributi sunt: In oppidum vero Canisanum, quod haud lõge à Sigethio abest, missus est Thalus nobilis cohortium cẽturio cum mille equitib. & totidem peditibus: Postea Alphonso Atestino, Guisio, Strozzio, Brissaco, Aurelio Fulgosio, Hadriano Baleono, ac deniq; Cãmetano &

cæteris

cæteris proceribus actæ peramanter à Cæsare gratiæ, qui omnes breui post ex aula domum quisque reuersi sunt. Paulo post Austriç Ordinum conuentus Viennæ, quarto die Decembris, habitus est: Cumque isti omnia Cæsareæ Maiestati liberrime deferrent, vicissim ab eadem petebant vt confessione Augustana iam diu à sese expetita, impostetum vti fruiq; liceret, verum cum hoc ipsorum postulatum Cæsar iam diu elusisset, postremo Ordinibus instantibus responsum est, vt quoniam aliam ab ea, quam ipse profiteretur, fidei rationem profiteri vellent, statim venditis bonis ex prouincia discederent: ita peractis comitiis Viennensibus Cæsar Brunum in Morauia & Troppam concessit, quibus in locis similes quoque conuents à Cæsare habiti sunt. Vnde rursus in Boemiam ad expedienda itidem auxilia profectus est. Hinc datis ad Augustum Saxoniæ septemuirum litteris, vt latam contra Ioannē Fridericum Ducem Saxoniæ (qui Guilielmi Grumbachij aliorumue à Cæsarea Maiestate proscriptorum patrocinium hactenus susceperat) sententia, tamquam Saxonici circuli præfectus, exequeretur hortatus est. Itaque cum circa idem tempus copiæ Saxonicæ, quæ in Hungaria meruerant, domum reuerterentur, illico iussi sunt vt ad Gothanam arcem obsidendam, omnibus modis & quamprimum sese adaptarent.

1566.

Ordinum Austriacorum conuentus Viennensis.

CON-

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.

1567. ECclesiarum Gallicarum status turbulentissimus describitur: Magni dies in Gallia quid explicatur: Condaus & ceteri Protestantes ex necessitate capiunt cōsilium: Pacificatio inter Ducē Sabaudiæ & Heluetios: controuersia inter eundem & Genuenses: Condaus ad Regē scribit litteras. Idem ad Regem cum 400. nobilibus se conferre frustra laborat; altera littera Condai ad Regem; Lansacus ad impetranda Regi auxilia ad Germanos mittitur: Condai tertia littera ad Regem: Poloni Suecorum fiunt victores: Cæsar alteram pacificationē inter Danum & Suecum instituit: inhumana crudelitas Regis Suecorum Erici: Controuersia inter Regis Daniæ & Ducis Holsatiæ Legatos propter feudum Ducatus Slesvvicēsis: Legatorum Danicorum ad propositiones Holsatorum responsio: Tractatio controuersiæ inter Danum & Holsa-

Holsatiæ Ducem ad biennium differtur: Augustus Elector Saxoniæ Gotham expugnat & Grimmenstein arcem munitissimam expugnatam solo æquat: Baiazetes Turcorum Imperator suo ipsius laqueo capitur: Henrici Imperatoris conseruatio diuinitus facta describitur: Edictum Ducis Albani contra Protestantes in Belgio: Mores Belgicarum gentium: Egmondanus & Comes Hornanus contra fidem à Duce de Alba capiuntur: Dux Parmensis Albano subirascitur: Rex Scotiæ iussu suæ coniugis necatur: Botuelius à crimine intentatæ cædis regiæ per iudices absoluitur: Reginam Scotiæ Dumbaram secum adducit: idem adulterij accusatur: Celebrat idem nuptias cum regina: Regina Scotiæ mittit Legatos ad Regem Galliæ: Edimburgum à confœderatis occupatur: Botuelius proceres Scotiæ ad duellum inuitat: Maria regina Scotiæ ab exercitu ignominiosissime excipitur: Clandestinæ Botuelij de cæde Regis Scotorum litteræ intercipiuntur: Regina Scotorum in protegendo marito summa constantia: Variæ sententiæ de Regina Stuarda enumerantur: Botuelij miserrimus vitæ exitus: Infelix Romanorum Impp. vsque ad Carolum Magnum, conditio describitur: Protestantes Lugduni magnis afficiuntur calamitatibus: Templum Protestantium Lugduni à Catholicis solo æquatur: Parisini Busenallum castrum recipiunt: Conestabilis à Condaanis capitur & lethaliter vulneratur; Idem vulneratus Parisiis moritur: Montereellum à Condæo occupatur: Albanus Catholicis in Gallia mittit auxilia: Reginæ Galliæ ad Condæum litteræ; Item Regis ad eum litteræ: Odettus Castilloneus Cardinalis maturandæ pacis gratia ad regem & reginam mittitur: Castillonei ad interrogata reginæ responsio: Castilloneus re infecta ad Condæum reuertitur: Varij motus in diuersis Galliæ prouinciis describuntur: Nemausensis & Mompessulana arces à Protestan- 1567.

1567. *tibus capiuntur: Poncenaci aduersus Condaum collecta copiæ varie dissipantur: Casimirus filius Palatini rum copiis Condai se adiungit: Occitani milites à rusticis mulctantur: Brissacus in prælio interficitur, cæterique Catholici partim caduntur, partim in fugam vertuntur: Pontenacus ex vulnere moritur: Bogenciatum à Protestantibus occupatur: Carnutum firmo munitur præsidio & à Condæo obsidetur: Valetta relictis impedimentis fugam capessit: Conditiones pacis à Condæo Reginæ proponuntur: Edictum de pace cum Condæo quem in finem promulgatum fuerit: Condai administratio bellica vbi reprehensionem mereatur: Casimiri in Galliam expeditio.*

Ecclesiarũ Gallicarũ Status turbulentissimus.



Nnus hic supra millesimum sexagesimus septimus Gallicarũ Ecclesiarum Reformatarum exercitiis grauissimarum calamitatum subtexebat exordia, & quidem sumpta occasione ex occasione cladis Belgicæ, quam Cardinalis Lotharingiæ ad delendas ac profligandas, Ducis Albani auxilio, Ecclesias, peropportunam esse existimabat. Accedebant insuper frequentes, cum ipsius summi Pontificis cum etiã Regis Hispaniarum Philippi literæ, quibus de effectione sacri istius fœderis vehementissime sollicitabatur. Itaq; fatalem hunc annum extremo Ecclesiarũ exitio omnino destinabant: Agitatis igitur Marchesi Moncellique (vbi locorum Rex cum Regina potissimum commorabatur) variis consiliis de expediendis militaribus copiis maturè prouidere instituunt, & præter ordinarios

equitum exercitus etiam prouinciarum præfectus solertissime admonent Heluetiorumque præterea auxilia quoq; rogant, idque imprimis eo prætextu, ne videlicet Dux Albanus (quem propediem cum ingenti exercitu adfuturum, iamdudũ & ex Granuellani ad Cardinalem Lotharenum literis præcognouerant) cum Hispanis suis noui aliquid moliretur Caleti defendendi causâ, quasi illud à Regina Angliæ impeteretur. Vt autem aduersus cætum Protestantium litem eo speciosius contestari, illumque tamquam edictorũ violatorum reum peragere possent, alias rationes adhibent: vt nimirum eorum quæ præter interpretationem edictorum & Rossillonæam maxime aliquid fecissent haberetur quęstio: hoc est: An aliis in locis quam Regio mandato destinatis, conciones Reformati frequentassent, aut si viri Nobiles alios, quam è subditorum suorum numero, ad easdem conciones in domicilia sua recepissent; Et si tale quidpiam in similes istiusmodi ritus peccatum esset: illud tamquam perduellionis crimen Protestantibus grauissime impingebatur, consiliumque illorum in hoc potissimum inclinabat, vt istarum rerum, ex rigido isto atque seuero edictorum præscripto, emendationem instituerent. Ad rem autem istam perficiendam suprema iudicia (MAGNOS DIES, iudicia ista appellitabant) Pictauij extraordinarie instituunt, eo fine vt dumtaxat de Religione in iisdem ageretur. Tritum autẽ istud Albani prouerbium: *vnum*, nempe, *Salmonis caput plus valere, q̃ centum ranarũ capita:* quo haud dubie de primorib. tollendis dabatur cõsiliũ. De illis ergo intercipiendis cõsiliũ maxime

1567. *Magni dies in Gallia quid.*

1567. initur, Condæo, Amiralio, Andelotio, Rupefo caldio aliisque viris primariis. Ratio videbatur præsentissima, vt à Rege accerserentur, tanquam de iis rebus consulendum, quę ad incolumitatem Regni potissimum spectarent: cum & causæ maximæ in promptu adessent, cur nimirum ipsorum quoque, propter frequentes illorum querelas, sententię exposcerentur: Sin autem Regem adire recusarent, legitimam subesse causam, cur videlicet Rex de iisdem querelas instituerer, illorumq; adeo persequendorum rationes essent in præsenti: Sin vires requireret necessitas? & Heluetiorum quoque, præter viginti duas vexillationes, auxilia, quorum sex millia iam impetrata erant, præsto essent.

Condæus & cæteri Protestantes proceres, ex necessitate capiunt consilium.

Condæum, itaque, Amiralium aliosque Protestantium Religioni addictos magnates maxima tenebat sollicitudo. Præter enim sparsos istos rumores & Albani aduentantis quotidianos nuncios, Heluetiorum quoq; auxilia, (quæ certo parari dicebantur) & manifestus equitum apparatus, perspicuus insuper rerum status illos grauissimas coniiciebant in angustias. Ne itaque incauti & ex improuiso opprimerentur, magis è suis rebus fore si ipsi Regem accederent suorumque iniurias ac extremam rerum suarum necessitatē coram ipso Rege explicarent. Interea quoniam viderent omnia iam parata esse hostibus, per certos homines, Regni suæ Religioni addictas Ecclesias, hortantur, præsto sint, suisque rebus, quantum rationes præbebuntur, inuigilent, vt suo monito, quod ex vsu erit, diligenter capessant. Ipsi etiam quod externo milite opus futurum sit, Germanos aliquot princi-

pes

pes, de rebus ſuis, certiores reddunt, illoſque de ſummittendis, pro rei neceſſitate auxiliis ſollicitant. Interea Hiſpanicæ copiæ Niceam, Ducis Sabaudiæ ditionis oppidum, veniunt, vt per Pedemontium & Sabaudiam, comitatum Burgundicum primum ingrederentur. Ipſorum autem aduentu Princeps Orengianus peropportunas rerũ gerendarum occaſiones, ſi iiſdem vti voluiſſet, nactus erat: iſtas tamen, vt Belgicas ac ne quid in Hiſpaniarum Regem ſuſcepiſſe videretur, floccipendit eaſdemque omnino neglexit, quorum tamen officiorum poſtmodum triſtem nec meritis ſuis condignam mercedem ab Albano reportauit. 1567.

Dux Sabaudus nomine Philibertus magnam, agri partem à Bernatibus, quam illi olim è ditione ſua occupauerant, hoc anno repetebat, quæ controuerſia in ſolemni conuentu Heluetico ab vtraq; parte agitata fuerat affirmantibus Bernatibus regionem iſtam iure belli ceſſiſſe, quod legitime illi tum temporis ſuſceperint. Verum cum hoc ipſo tempore Hiſpanicæ Albani copiæ expectarentur: Bernates cum Sabaudo conueniunt ſociorumque Heluetiorum ſtant ſententiæ arbitrariæ: Sabaudo tres præfecturas Geneuæ viciniores, vtpote: Tononum, Gyam & Ternium, pactis conditionibus condonant: Ne, videlicet, aliquid in Religionis negotio commutaretur: aut iis in rebus, quas, dum eam regionem tenuiſſent, ciuilibus ſententiis decreuiſſent Sabaudus cæteræ Regionis late quidem & feracis, iure illis plane cedit. Vendicabat præterea ſibi Dux Sabaudiæ in Geneuenſes principatum eamq; iuriſdictionis partem, quam Vicedominus

Pacificat. inter Heluetios ac Ducem Sabaudiæ

Controuerſia inter Sabaudum & Geneuenſes.

1567. Episcopi olim exercuerat, Caroli Quarti Cæsaris bullam obtendẽs à Maximiliano & Carolo Quinto confirmatam. Geneuenses vero contra opponebant, Fridericum Cæsarem, cum Bertholdus Zæringiæ Dux, iurisdictionem quandam in comitis Gebennesij gratiam ab eo impetrasset: paulo post, habito cõsilio principum Imperij, petente Episcopo Geneuensi Anno videlicet millesimo, cẽtesimo sexagesimo secundo, cõcessionem illam reuocasse, atq; adeo antiquiora ciuitatis iura & priuilegia cõfirmasse, eiusq; exemplo Carolum Quartum Anno supra millesimũ trecentesimo sexagesimo septimo quicquid (vt è vetustis notis ipsa verba hic repetamus) ab eo per obreptionem Sabaudię comes obtinuerat, resçidisse. His autem cõsequenter Gebennesij & post illos Sabaudię comites homagium Ecclesiæ Geneuensi, comitatus Gebennesij nomine præstitisse, feudumq; professos esse, eorumq; oĩum authentica exhibebant: itaq; nõ debuisse posteriores Cæsares ea ipsa, quæ à maioribus & prędecessoribus suis resçissa fuerant, altera parte non audita, denuo restituere belli præsertim siue tumultuum tempore. Censuerant equidem Heluetici arbitri, debere litem istam quoad Vicedominatum (vi & facto vtrimque cessantibus) aut amice aut iuridico modo dirimere ac totam ita controuersiam penitus tollere: At dum Bernatibus, ex promissi formula, tempus restituendæ Regionis instaret, & illac Hispanicę copiæ ad expeditionem Belgicam facerent transitum, Geneuenses ne quid noui accideret, accurata vigilantia sibiipsis præsidio & aliis rebus necessariis cauebant quantum poterant.

Post-

Postquam vero Condæus Ecclesias Gallicano-Reformatas, instantis periculi præmonuisset, variis ad Regem datis litteris eumdem orat vt rerum perturbatarum correctionem, quæ hocce tempore vehementius quam ante, inuolui ac permisceri videbantur, clementer susciperet, & maximarum turbarum propediem haud dubie erupturarum periculum (nisi mature prouideret) demonstrat. Heluetiorum vero delectum illum qui certissimis nuntiis referebatur, ita esse periculosum, vt si accersantur, non possit populus diutius cohiberi. Amiralius Connestabilis auunculum frequēter adit Reginamque, quæ Chantilliaci in Connestabilis ædibus tum temporis aliquantulum commorabatur, conuenit, eidemque libere significat, si ita apud Reformatos agatur, fieri non posse vt diutius retineantur: cum multa obuersentur, quæ ipsis iniiciant suspicionem parari bellum aduersus se: Reginæ tamen atque Connestabilis præclare caussæ prætexuntur, cur ita opus sit peregrino etiam milite vti: antiquum esse & inueteratarum Hispani aduersus Regnum Gallicum odium, & pertimescendum esse ne oblata occasione aliquid hostile capessat (præsertim iis in locis qua prope fines ditionis Gallicæ transituræ erant copiæ Hispanicæ, militum constituta erant præsidia) at Regem omnia in protestantium gratiam ita correcturum atq; moderaturum, vt perspiciatur ipsum velle, vt ex æquo & bono apud omnes sui Regni subditos agatur: quæ pollicitationes subinde quoq; Reginæ litteris apud Condæum repetebantur.

1567. *Condæus ad Regem litteræ.*

1567. *Condæus vna cum quadringentis Nobilibus se ad Regem conferre frustra conatur.*

Sed rebus tamen indies ingrauescentibus & in peius ruentibus, Condæus atque cæteri Protestantium primarij viri nil amplius cunctandum rati, ipsum Regem, cum litteris nil profecisset, adire & præsens coram ipso periculum demonstrare cōstituit. Ideoque ad rem istam perficiendam conueniendi Regis diem dicunt, & vt Regi res eo expressius & efficacius explicaretur, præterquam quod non obscuras esse, aiebant Cardinalis Lotharingiæ insidias, atque maiores adeo vires, eo illustriori numero Regem compellare cōstituunt, vt ita, si quid à Cardinali isto tentaretur, arma ferant, vi à capitibus suis si possent, depellenda, ne etiam si apud Regem potentiores essent aduersarij, illum penes se haberent, quod præsentissimum maxime in Galliæ Regibus, præter cæterarum etiam nationum institutum addictiore, rerum bene & feliciter gerendarum momentum attulisse, experientia olim, & nuper bello primo satis superque demonstrauit. Et hæ erant illorum temporum Condæi rationes: at rerum successus ostendit Regem ipsum certo aduersus Condæum odio sociosque suos ferri. Armati ergo ad quadringentos, Nobiles viri, duce Condæo, inter multa armatorum agmina, Moncellum Regem allocuturi veniunt, supplicemq; libellum communi Reformatorū omnium nomine eidem exhibere volentes, cuius hæc erat summa: Quandoquidē Rex edictum condidisset ad suorum subditorum societatem continendam, itaque & ipsi & suo Regno esset necessarium orare se etiam atque etiam Regem vt illud melius, quam hactenus, obseruaretur, eque illius præscripto Reformatis ho-

minibus

minibus satisfieret iam pridem impune violatis? 1567.
Et cum ad illum vsque diem frustra querelas istas tam sæpe repetiissent, hoc tamen tempore cùm tam manifestum sit maximarum turbarum periculum, effecto demonstret se in subditorum quoq; suorum numero Reformatos habere: qui violati nullum habeant nisi ad ipsum summum suum Dominum in tantis suis calamitatibus perfugium. Condæi autem cum suis venientis Reginam minimè latuit, quæ præsens periculum Regi demõstrat consiliumque mature ac in tempore capessendum edocet: Rebus itaque vltro citroque agitatis: Consultius visum est Regem Regiamque vniuersam familiã Lutetiam deduci. Meldis ergo proficiscitur Heluetiorum præsidio circumstipatus; E Condæi verò equitibus aliquot turmæ apparẽt, at nequicquam illis ad Regem accedere conantibus, Rex Heluetiorum satellitio septus, Lutetiam incolumis peruenit, & tamquam periculo euitato maximo, solemnes ad diuorum templa aguntur gratiæ & Heluetiorum fidelitas laudata & congiario donata, sed Cardinalem Lotharenum Remos & Meldis contendentem aliæ Condæi turmæ legebant, quem, nisi celeribus equis sese in proximum castellum concitato cursu recepisset, procul dubio adorturæ fuissent, illius tamen deprædata supellectile rursum discedunt. Condæus autem Regis Reginæque trepidationem perdolens, Rozoii substitit, quo ad illum Mommorantius Marescallus Regius missus est, cui sui aduentus causas significat, seque vehementer dolere ait, quod tot tantisue suspicionibus inuolueretur, datoq; illi libello

1567 supplici, eumdem rogat vt istum Regi exhibeat illumque de voluntate sua certiorem reddat. Tum Claias vicum petit: quo ad ipsum à Rege mittūtur Hospitalius Cancellarius, Villeuilius Marescallus & Moruillius, illisq; copiosius sui aduētus causa explicata, denuo ad Regē dat litteras, quibus de sua erga ipsum fide ac reuerētia testatus aduersariorū suorum calumnias, quibus apud Regē inuidiā atq; odiū sibi conflare conētur, diluit ac refutat; se paratū Regis imperium omnino excipere: fortunas suas, ipsamq; adeo vitā suā profundere, pro ipsius obsequio: videre tamē se impuros atq; profligatos homines, vt Regis nomine, ita ætate atq; voluntate abuti, quos vnos ipse existimet causas esse illatū turbarum, atq; adeo quibus ipse haudquaq̄ sit cessurus ni se & sui Regis & suæ patriæ proditorē velit demonstrare. Suas ēt rationes particularius illis Condæus explicat, hancque suarum petitionum summam scripto exponit; Vti, videlicet, ex prima edicti formula, omnibus [illegible] interpretationibus amotis, de Religione Protestātib⁹ caueatur: Nullo Religionis discrimine omnibus Regis subditis ius, Regiorumq; munerū gerēdorum facultas tribuatur: & quoniam tributorū onera non tantū populi, sed & Nobilium summa calamitate excreuerint, petere se nonnullā ex Regia voluntate leuationem. Claiis deinde Sandyonisiū oppidū, quod propter Lutetiæ vicinitatem opportunius esset ad Colloquiorum istorū factitationē: Cōdæus & populo iis in locis quæ suo nomine caperētur, iubet significari suarum petitionum primarium illū esse finem, vt leuaretur populus tributorum & vectiga-

Secunda Condæi ad Regem Epistola purgatoria.

lium

ium immensis oneribus, & tabulas, quæ illud disertè significarent, vetarentque, ne cui fieret (cuiuscunque etiam esset Religionis,) iniuria cōpitatim affigi iubet. Caput illud de onerum leuatione audax & seditiosum, Regina Regi esse demonstrat: Cōdæus itaque, hoc futurum suspicans, aliud suarum petitionum exemplar ad Regem mittit, deleto prius vltimo isto de tributorum leuamine capite, vnūque hoc à Rege se petere testatur, vt Reformatis pacique conscientiarum sibi suisque caueatur, nec aduersariorum suorum libidine & arbitrio, sed Regis voluntate certo firmoque edicto testata res posthac gerantur. 1567.

Quamuis vero res vltro citroque agitaretur nihil tamen istis colloquiis promotum, sed vice versa omnia exacerbata, certo deinde belli instituto Lansacus in Germaniam mittitur, vt Regi equitum impetraret auxilia ac simul doceret, bellum à Condæo sociisque non causa Religionis agi, sed vt pro libidine Regni administrationem vsurparet. Tum & Lutetiæ præter iam conflatos milites, noui delectus habentur; per omnes Regni prouincias noua ad præfectos Rescripta de cogendo milite mittuntur, quanta id diligentia & copia fieri posset: ad bellum denique cæco impetu ruitur: Connestabili omnem lapidem ad magnum belli apparatum mouente. Nec Condæi litteris Rex nequicquam respondet, sed misso caduceatore Condæum sociosque ita interpellat: *Vti vel ad se continuo inermes veniant: vel disertè significent, an armatos istos cœtus probare & persequi instituant, vt responsione ipsorum intellecta, Rex, quid facto opus esset*

Lansacus ad impetrāda Regi Galliæ equitum auxilia, in Germaniam mittitur.

pro-

1567.

Condæus tertia vice ad Regem scribit.

pro sua dignitate constitueret. Condæus itaque datis ad Regem litteris: Et quod ego, ait, sociique certis argumentis resciuimus capita nostra deuoueri, nostramque Religionem quæ vita nobis nostra charior est, peti arma militemque ad nos intercipiendos parari: in tantas angustias coniecti sumus, vt de nobis conseruandis necessario consilium fuerit ineundum. Idque nos docet natura vt ad Religionis, vitæ libertatisque nostræ defensionem descendamus. Veniebamus hunc in finem nuper ad te, Rex, vt ad perfugium nostrum; armati veniebamus, ne in hostium nostrorum manus vltro nos condonaremus: qui istarum iniuriarum, quas præter edicti tui disertam sententiam perpessi sumus, omnino sunt auctores & te aduersus nos impellunt, humanitatemque tuæ naturæ moliuntur peruertere. Orauimus te, Rex quemadmodum & nũc etiam atque oramus, obsecramus & obtestamur, vt nobis conscientiarum nostrarum libertatem, Religionisque nostræ liberè & publicè, nullo locorum discrimine, exercendæ facultatem tribuas, sine qua etiam extrema quæque pati parati sumus. Oramus etiam te, vt velis nos ab Aduersariorum nostrorum iniuriis sartos tectosue tueri, vt securè domi viuamus, quo præstandis tuis, obsequiis, pares esse possimus. Quoniam autem tenemur Regni tui firmitatem optare, & complurimorum hominum, indignationem tributorum oneribus molestiisque nascentem conspexissemus, hac de causa à te postulaueramus, vt huic rei pro tua sapientia & bonitate prouideres, idque monitionis tantummodo diximus. Vt autem istarum turbarum origo

præcideretur, proponebamus, num consentaneũ tibi videretur conuocari Regni tui ordines: quo nimirum remedio maiores tui fructuosissimè & amplissimè vsi fuerint. Testamur vero coram Deo, nihil vmquam nobis venisse in mentem, quòd vel tantillum ab ea obedientia, quam tibi debemus, abhorreat: imò hoc vnum nos optare, vt tibi obsequamur: tuique augustissimi status nobilissimæq; familiæ tuæ dignitas promoueatur conserueturq;. Tu verò maximè omnibus omnium benedictionũ generibus, æternum locupleteris, id quod ardentibus à Deo votis precamur. 1567

In Liuonia hoc anno Poloni à Nicolao Kurselio oppressione præsidii Polonici Lemsalii irritati, cũ Suecis, Duce Nicolao Tolinensio, in finibus Wichiæ congressi sunt, & cæsis duobus Suecorũ millibus, insignem victoriam & multa signa militaria, & inter hæc quoque vrbis Reualiæ, reportarunt. Mense autem Martio Maximilianus Imperator alteram pacificationem inter Danorum & Suecorũ Reges, Sundii indixit: Commissarios vero Fridericum Electorem Palatinum ac Duces Pomeraniæ constituit. Cum autem Rex Suecorum neminem sese mittere posse rescripsisset: Heinricus Rantzouius, Holsatiæ vicarius, qui nomine Danorum Regis solus aderat, de voluntate sui Regis, quod controuersias cum Sueco omnes, Cæsareæ Maiestati amicè componendas credere vellet, repetiuit & summa reuerentia peractis gratiis, recessum scripto comprehensum à commissariis accepit. Ericus autem sequenti mense in Noruegiam ad Asloiam erupit, arcemque Aggershusanam oppugnauit,

Poloni Suecorum victores.

Cæsar alteram pacificationem inter Danos & Suecos instituit.

cuius

1567. timæ Schlesvvicensem ducatum possideant: Fridericum vero Regem disertè addere, non teneri incolas extra fines Ducatus Schlesvvicensis quemquam sequi aut vlli militare nisi pecunia permoti sponte sua sequantur: & ita hoc pacto semper à seruitiis sese mansisse immunes. Contra Regii Legati hæc opponebant: Nusquam in vllis Regum litteris seruitia expresse remitti, cum in feudis quæ sunt stricti iuris, expressa remissio requiratur, & in dubio, contra vasallum pro Domino præsumi soleat: nec obstare verba Waldemari, Anno Christi millesimo quingentesimo vicesimo quarto (cum dominio vtili & directo,) data, quę per reseruationem dominii superioris restinguantur, vel dominio quod Gerardus in subditos suos habuit, intelligi possint: Waldemarum autem adhuc minorennem & puerum duodecim annorum nec vnquam Regem coronatum fuisse: Christophorum vero ex Regno aufugisse: ac vtcunque sese priora habeant, tamen sententia Sigismundi Cæsaris, cui vtraque pars compromittens, plenam decernēdi potestatem, tribuerit litteris Waldemari abolitis, & Ducatum Schlesvvicensem ducibus ademptum & Regi adiudicatum: morte etiam Adolphi postremi Ducis, Ducatum Regi & Regno apertum & litteras priores omnes extinctas fuisse, nec de noua inuestitura constare. Cumque Ducatus iure feudali Holsatis initio collatus fuerit, mares solos, non fœminas succedere potuisse. Hos enim solos feudi capaces esse: Ideoque Adolphi sororem in feudo succedere minimè potuisse, nec posse hodiernos Principes legitimos esse feudi hæredes: nec obsta-

Legatorum Danicorum ad propositiones Holsatorum Responsio.

re præ-

e præscriptionem, quæ in actibus meræ facultatis aut negatiuis locum minimè habeat. 1567.

Controuersia autem ista cum per aliquot hebdomadas vtrimq; variè disputata fuisset, tamdem placuit, vt adhibitis Augusti Electoris Saxoniæ, Vlrici Megapolitani & Guilielmi Hassiæ, Ducum, Legatis intercessoribus inchoata tractatio alio tempore continuaretur, quæ biennio post, denuo suscepta est; etsi partes aliquanto propius partes coiisse videbantur, quod Holsati seruitia certa de Ducatu Schlesvvicensi tamdem subirent: tamen conditionem additam, (si vicissim simultaneam inuestituram, & ius secundum propinquitaté agnationis, & gradus prærogatiuam sibi mutuo succedendi, sicuti de iure & consuetudine in Regno Daniæ & Ducatu Schlesvvicensi vsitatum esset, à Rege impetrarent,) recipere Regii recusarunt: & disputationem de forma successionis & similes casus futuros, Deo & decisioni communis iuris & consuetudinis feudorum, iuxta quas Regia Maiestas feudum simul toti familiæ principum Holsatiæ conferre cogitet, relinquendum esse. Ex qua declaratione cum intelligeretur, duces, si senior frater dux Ioannes moreretur, successionem in feudo, non iuxta gradus prærogatiuam, iure Danico, ad proximum agnatum Ducem Adolphum, sed iure repræsentationis etiam ad fratris filios peruenturam, & fœminas prorsus à successione exclusum iri: nouæ induciæ inter partes sancitæ sunt, donec vel amicis rationibus, vtriusque partis voluntate & consensu, vel legitima iuris disce-

Tractatio controuersiæ inter Danum & Holsatiæ Duces, denuo suscepta.

1567. ptatione controuersia ista dirimeretur: Quod decennio post Othoniæ per eosdem intercessores, amica tractatione, tamdem perfectum est; vbi cum post longam de articulis controuersis disceptationem, Rex in proposito permaneret, principes verò non Cæsareo, sed Danico iure Ducatum Schlesvvicensem sibi tribui, & proximum gradu agnatum in feudo succedere cuperent, iure controuersiam istam dirimi volebant. Cumque tres viæ ab intercessoribus essent propositæ, vt vel in Cæsarem & iudicium Cameræ partes ambæ compromitterent: vel octo Dani & totidem Schlesvvicenses consiliarii causam istam controuersam disceptarent, & si inter hos non conueniret, superarbitri loco, Academiarum aliquot iudicia considerentur: vel vicinorum principum arbitrio causa committeretur: ex his nullam Regi placere, sed Senatum Regni Daniæ solum, velut partes curiæ, cõtrouersiam diiudicare oportere, Regii ostendebãt. Tamdem igitur assenserunt Duces, vt seposita de gradu successionis disputatione, fidem Domino feudi debitam & seruitia, à quibus immunes proximis annis fuerant, Regi præstarent, vt suo loco summam istius conuentionis exponam.

Augustus Elector Saxoniæ Gotham expugnat & ... cum ...

Hoc tempore Augustus Elector Saxoniæ cum omnes copiæ ad expugnandam Gotham conuenissent, confestim vniuersos & singulos Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ ministros, omnesque milites qui tam Gothæ quam circumiacentibus in locis præsidii loco commorabantur, nobiles

itidem ciuésque ac reliquos paganos eidem Iano-Friderico antehac subiectos, herum suum deserere & ad sua redire, nomine & voluntate Cæsareæ Maiestatis, adhortatus est & in secus facientes vitam & bonorum omnium proscriptionem, denunciauit: hinc omnes à Iuramento fidelitatis Ian-Friderico præstito absoluit; quemadmodum & paulo ante se Guilielmus Dux Saxoniæ Ian-Friderici frater germanus, attamen iussu & mandato Cæsaris, idem fecerat: ast oppidani & arcis præsidiarii spretis & posthabitis istis Augusti adhortationibus, constanter in officio sui principis perseuerarunt: quamuis nonnulli, vt quiuis sanæ mentis facilè colligere potest locum, si id absque vitæ suæ periculo fieri potuisset, lubenti animo permutassent & alio se contulissent: sed cum ineuitabile fatum fiet, contumaciæ suæ pœnas quisque proscriptus dedit & suo exitio ad tempus reseruatus fuit. Nam cum tot tantæque paternæ pientissimi istius Electoris Augusti admonitiones locum nuspiam inuenirent, sed surdis istis proscriptis fabulam duntaxat narraret, arx tanta vehementia ab Augusti milite concussa est; vt paucorum mensium interuallo, decimotertio nimirum die Aprilis, tam vrbis Gothæ quam munitissimæ arcis Grimmensteyniæ deditio facta sit. Sequenti idcirco die Ioan-Fridericus cum præsentissimo periculo sese neutiquam subducere, nec fatum suũ immutare posset: Ottoni Ebersteynio, Fabiano Schoneichio & Christophoro Carlouitsio Cæsareis in isto negotio cõ-

1567. munitissimam expugnat expugnatamque solo æquat.

Ian-Fridericus Dux Saxoniæ captiuus ad Cæsari

1567. *deducitur & Grumbachius eiusque asseclæ proscripti rapiuntur ad supplicium.*

missariis sese sistit, à quibus in curru arctissimè obserato & probe custodito multisque tam equitum quam peditum turmis munito, primum Dresdam, postmodum Neostadium Austriæ traductus, ac ibidem in vincula coniectus est: Proscripti vero, quorum cum Guilielmo Grumbachio octodecim in arce comprahendebantur, decimo octauo die mensis Maii, in foro Gothano publico, vario supplicio affecti sunt: Grumbachius enim tamquam proscriptorum dux & coryphæus, anno ætatis suæ septuagesimo tertio, vna Christiano Bruccio Iuris vtriusque Doctore & Ian-Friderici Ducis Saxoniæ iam captiui Cæsarei Cancellario, viui, Guilielmus verò Steynius capite prius truncatus, in quatuor partes dissecti & in viis publicis variè suspensi sint: Dauid Baumgartnerus verò Baro Augustanus & Hieronymus Brandensteynius præsidiariorum in arce Grimmensteyniana præfectus decollati, duo verò alii quorũ vnus Grumbachio à famulis fuerat ad scalas Gemonianas damnati, publico spectaculo infelicem in cruce animam efflarunt. Dehinc validissima ista atque fermè inexpugnabilis Grimmensteyniana munitio, incredibili sumptu, iussu & mandato Cæsareo solo æquata est, quamuis, ne id fieret, Ian-Fridericus serio, sed incassum apud Augustum Saxoniæ septemuirum obnixè precibus institisset. Pœnam autem talionis imprimis Bruccium Ian-Friderici Cancellarium fuisse promeritum exinde constat, quod annis superioribus fastu plusquam humano turgens multos bonos & innocentes viros, & ex his pios quosdam Ecclesiæ ministros cru-

deliter persecutus fuerit, legis naturæ purissimis lambis à lumine isto litteratissimorum virorũ Germaniæ, Ioachimo Camerario expressæ minimè immemor, cum inquit: 1567.

Quod vis tibi fieri, hoc idem fac alteri:
Fac alteri, quod ipse vis fieri tibi.
Fac alteri, tibi ipse quod fieri cupis,
Quod tibi vis vt homines faciant, idem fac hominibus.
Hoc fac aliis quod cupis fieri ab aliis tibi.
Quod tibi non vis fieri, id & alteri ne feceris.

Quam naturæ legem vno vel altero exemplo hicce illustrare, à nostro instituto non alienum erit: potissimum autem cum & ipse Mahometes, Christiani nominis hostis alioquin acerrimus, illud ipsum naturæ præceptum quod inter octo regulas, quas Musulmannis suis, tamquam à Gabriele Archangelo cœlitus sibi per manus traditas, subdole inculcauit, inseruerit; cuius tamen naturæ regulæ Baiazetes, eius nominis primus, Turcarum Imperator parum memor fuit. Is enim cum à Temiro Scytha, qui vulgo Tamerlanes dicitur captus & interrogatus fuisset, si videlicet ipse (Tamerlanes,) in potestatem venisset, quid cum sese facturus fuisset: Baiazetem ferociter sic respondisse ferunt: Equidem, si fortuna propitia in potestatem meam te redegissem, ferrea inclusum cauea te tamquam spectaculum publicum huc illuc circumduxissem. Quibus auditis Tamerlanes mox caueam ferream parari iussit, & in eamdem, loco carceris, Baiazetem eo vsque intrusit, donec contumeliarum impatiens capite suo ad illam illiso, indignabundo

Baiazetes Turcarum Imperator suo ipsius laqueo capitur.

1567.

vel potius furioso similis, barbaram animam è spurco suo ore efflauerit: Aureæ huius quoque regulæ meminisse debuerant illi, qui in arce quapiam Selandiæ, à Carolo eius nominis sexto Galliarum Rege, capti fuerant: Cum enim illis ipsis Rex Carolus mortem remitteret, mori tamen maluerunt: quorum vnum quamuis cæteris captiuis consanguinitatis gradu coniunctus esset, nihilominus tamen, illos (si saluus illi conductus promitteretur,) sese supplicio affecturum, apertè & sponte sua professus est: ast cum Cyclopicus atque immanis iste carnifex consanguineos suos propria sua manu iam iugulasset: Carolus immanissimum istud in propinquos proprios crudelitatis genus patratum, simili illum pœna plecti iubet: Huc quoque referri potest memorabilis ista historia Romæ patrata, quæ à Bennone Cardinale, (de actis Roman. Pontif. lib. 5. in vita Gregorii septimi,) hunc fermè in modum recensetur: Heinricus Imperator frequenter solitus erat ire ad orationem ad Ecclesiam D. Mariæ sacram, quæ in monte Auentino sita est: Pontifex autem cum per exploratores suos omnia eius opera diligenter inquireret, locum, in quo frequentius Imperator vel stans vel prostratus orabat, notari fecit, & quendam promissa pecunia ad hoc induxit, vt supra trabes Ecclesiæ occulte lapides magnos collocaret & ita eosdem aptaret, vt de alto super caput orantis Imperatoris demitteret, & ipsum contereret. Quod tanti sceleris minister cum festinaret implere, lapidemque magni ponderis super templi istius trabes aptare vellet, lapis pondere suo eum traxit ac fracta sub trabibus tabula,

Vide Rob. [illegible] Fräc. lib. 9. c. 3.

Heinricus Imperator è lapsu ingentis lapidis conseruatur, eiusdem verò vitæ insidiator punitur diuinitus.

bula,

1567.

sula, & lapis & ille miser, (verba auctoris refero,) homo, Dei iudicio in pauimentum Ecclesiæ illius cecidit, & eodem lapide, penitus contritus est. Huius rei gestæ ordinem postquam Romani cognouissent, pedem illius miseri fune ligauerunt, & triduo per plateas vrbis ad exemplum traxerunt: Imperator autem pro innata ac solita sua clementia illum sepeliri iussit. Rectissimè itaque sapientissimorum omnium sapientissimus Rex Salomon in Prouerbiis suis, (c.26.) Paraphraste Christiano Laurentiade Egenolpho Francofurtensi, sympatriota nostro, monet:

Cadet obrutus suapte suffossor scrobe,
Lapis euolutorem teget.

Christianus Laurentiades Egenolphus, Ioannis Lüdorpii patrui mei p. m. propter studiorum communitatem amicus singularis: quorum ille Psalterium latinum, Lüdorpius vero Graeco-latinum vario carminum genere, conscripsit, cuius tamen manuscriptum lucem nondum adhuc vidit.

Memorabile quoque exemplum reperitur, in narratione de quinta Gallorum in floridam sub Guorguesio, huius ipsius anni supra millesimum septuagesimi septimi, nauigatione. Ibi enim cum tria castra Hispanorum satis munita à Gallis, auxiliantibus illis incolis Barbaris, vno eodemque fermè impetu expugnata essent: Hispani qui reliqui facti sunt cum superioribus adducti, postquam præfectus illis insignem aliquam iniuriam, qua totam gẽtem Gallicam immeritò affecissent, exprobrasset, omnes suspensi sunt è ramis earumdem arborum, è quibus Galli prius suspensi ab iis fuerant; quorum vnus qui quinque Gallos strangulauerat, culpam agnoscens, iustum Dei iudicium, sibi meritas pœnas irrogantis, confitebatur. Sed loco tituli; quem Petrus Melendesius Gallis imposuerat, his verbis idiomate Hispanico scriptis:

1567. *Hoc non facio tamquam Gallis, sed tamquam Lutheranis.* Gourguesius è contra tabulæ abietinæ ferro candenti inscribi iussit: *Hoc non facio tamquam Hispanis, vel nautis: Sed tamquam proditoribus, homicidis & latronibus, &c.* Ideo autem ab irritatis Gallis in Hispanos captiuos hoc modo sæuitum est: quod Melendesius ille præfectus Hispanorum, ante paucos annos tam Gallos in illo loco, quem nuper arcis instar munierant, præsidio relictos quam reliquos Duce Ioanne Ribaldo præfecto Regio, naufragos inermes & seminudos in littus eiectos, Mendesiique fidem datam secutos. (Nam extrema necessitate & fame coacti amplissimis promissis eius fidentes, eos saluos & incolumes fore, sese dediderant,) circiter noningentos vtriusque sexus more pecudum mactare iusserat; sicut integra historia de hac clade conscripta & Epistola lugubris per viduas, orphanos, cognatos, ad fines, Regi Gallorum Carolo Nono exhibita, quorum consanguinei per Hispanos in ea Galliæ antarcticæ parte, quæ vulgo Floridæ nomen adepta est, crudeliter trucidati perierunt, abunde testantur: verissimum itaque istud in hodiernum vsque diem permanet oraculum:

Οἷα τ' ἀνὴρ ἔρξειε, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει, hoc est,

Qualia quisque facit, talis finis manet ipsum:

Ac immotum quoque manet istud Lucretij:

Circumretit enim vis atque iniuria quemque:
Atque vnde exorta est, ad eum plerumque reuertit.

Sed

Sed ne à scopo aberremus longius, ad institutum nostrum redeamus. Albanus itaq; cum in Belgio Bruxellas peruenisset, copias suas circa se in Brabantiam distribuit, scriptoque edito ad libellum superiore anno Regi Hispaniarum oblatum, Regis nomine respondet: reuocatisque Caroli Quinti ac Regis de Religione & Inquisitione placitis, eorum moderandorum, ordinum itidem Belgij conuocandorum spem omnem præcidit: tum ad singularum prouinciarum Ordines fiduciarias mittebat litteras, & quæ mandata à Rege habeat, ordine exponit, hortaturque vt Regi debitam præstent obedientiam, arma deponant ac maiorum sacra colant, ad maiorem vero fidem auctoritatis sibi à Rege concreditæ faciendam diploma Regium typis excudi iubet: arcanorum autem præcipuum, quod Hispanus Albano crediderat, erat vt suspectos ob Religionem proceres in potestatem redigeret; cumque Egmondanus ei Tilmonem vsque obuiam processisset, Albanus in congressu, conuerso ad suos sermone, (ita tamen vt Egmondanus exaudiret) dixisse ferebatur, *En magnum hæreticum*: quod quidem Egmondanum prima vice quidem anxium habuit; sed cum Albanus renidenti vultu venientem complexus, per risum dixisse significaret, in meliorem partem accepit. Hornanus vero Comes eum postea Louanij conuenit & salutatione honorifica inuicem facta commeatum ad aliquod tempus concedendi ab eo impetrauit: quod in causa fuisse creditur, cur nō Egmondanum primo captiuum stiterit, cum omnes simul capere decreuisset, & vereretur ne vno singulatim custodiæ

1567. *Edictum Ducis Albani contra Protestantes Belgicos*

1567. mandato, cæteri de fuga sibi maturius prospicerent. Itaque dilatum negotium, dum Bruxellas specie conuentus, proceribus ad illum conuocatis omnibus simul & eodem tempore manum iniiceret: à quo consilio quia Parmensem alienã ex ipsius litteris Philippus cognouerat, id eam celatum volebat: Sed postquam Albanus eum illa collocutus fuisset, rem subolfecit, imprimis vero cum illa non solummodo Egmondanum, verum etiam Hornanum, Arausiensem cæterosque proceres in officio ac obsequio permansuros affirmaret, si clementer ac beneuole cum iisdem ageretur: sin contra, seuera remedia adhibeantur, vt consilia pro votis Regis Philippi omnia procederent: perspecta enim sibi esse Belgarum ingenia ac mores, qui pro vindicanda libertate extrema quoq; molirentur, indulgẽtia tamen Principum facile flecterentur, adque fidem reuerterentur: ad extrema autem consilia eosdem ex rebus desperatis deflexuros, imprimis si spes libertatis iisdẽ penitus præcidatur: falli itaque, porro Parmensis ait, eos qui aliter iudicant & in errorem pertrahere Regem posse, qui procul indisparis ingenij solo de Belgicorũ motuum componendorum ratione deliberant. Cum hanc Parmensis mentẽ probe & exacte cognouisset Albanus, eo diligenti⁹ & cautius intima sua consilia detegebat ne quid eorumdem Parmensis ex parte fieret certior. Gandenses ẽt in illa fortuna pristinos & antiquos resumentes spiritus, cum præsidiariorũ onera haud æquo ferrent animo, cũ Egmondano Comite tum tẽporis adhuc Flandriæ præside, cõuenerãt, vt causæ suæ patrocinium apud Albanũ susciperet, idq; ille, prout

Belgarum ingenia ac mores.

le, prout erat ad iuuandum facilis, ipsis minime denegauit: Itaq; suorũ Ordinũ legatos, cum Egmondano q illo ipso tẽpore ad Albanum Bruxellas proficiscebatur, ad Ducem ablegant, q tamen nullum aliud respõsum ab Albano retulerunt, q̃ se curaturum q̃ è re Regis sui futurum sit: tamdẽ re composita cum Egmondanũ & Hornanũ Bruxellas excipisset tamq̃ de grauissimis negotiis cum ipsis cõsultatur⁹, eos M. Septembri in cõsiliũ vocat, eodemq; tẽpore & Ioannem Casembrodium Baketselã, qui & ipse Bruxellis erat, obseruari iubet per Andream Salazariũ Panhormitanæ arcis præfectũ in Sicilia, & Ioannem Spuchium arcis Publinensis itidẽ præfectum: mittit & insuper Comitẽ Lodroniũ & Sanctium Lodonium Antuerpiam, qui Antoniũ Stræliũ virum opibus & gratia apud cõciues suos prepotentem, in vincula coniicerent: quod promptissimo animo in se delegati recepere & ipsum Stræliũ inter Antuerpiam & Mechliniã iter facientem, intercipiunt: quo capto statim bona eiusdẽ pscribi & ædes suas Antuerpiæ obsignari curauerũt. Quæ dum agerent, Alban⁹ de arce Antuerpiæ cõstruenda (cui⁹ & delineationẽ proponebat) dissertatione instituta cõsilium in vespera vsq; extrahit, dum de Strælio & Casembrodio captis sibi cõstaret: quos vbi cõpræhensos resciuit, statim consiliũ dimittit, dato negotio Sanctio Auile stipatorum suorum ductori vt Egmondanum: Hieronymo Salinæ portus Herculis in Etruria præfecto vt Hornanũ captiuũ sisterent. Qui cum officij specie præcederent, abeuntes per diuersas ianuas emiserunt, vt seorsim ac ta citra tumultũ eo facilius compræhenderentur: 1567.

Fistula dulce canit volucrem dũ decipit auceps.

cumq;

1567. *Egmondanus & Hornanus comites iussu Albani contra fidem capiuntur.*

cumque Egmondanus iussu ac nomine Regis g
dium deponere iuberetur, ægre illum, quem to
vir ingentis animi pro principe suo ac patria t
feliciter strinxisset relinquere se dixit: Horna
autem cum sisteretur de Egmődano, vbi esset, p
cunctatus? cum nihil à circumstantib. sibi resp
deretur; sublatis in cœlű oculis & profundo en
so suspirio, *Id vero rationi consentaneum erat, inquit,*
cuius consilium secutus sum eius quoque fortunæ com-s ess
Quo dicto suam credulitatem increpabat, qui
gmondani amicitia sana Arausiẽsis monita ac pr
sagia, vltimo Villebroci colloquio posthabuiss
Salmonib. hisce (aquilæ aues istæ prædatoriæ enim
muscas non captitant) captis: Barlemontium cum
Petro Ernesto Mansfeldio quamprimum ad Par-
mensem mittit, qui illi rem hanc denunciarent, ad
iecta clausula hoc illud esse, quod Rex litteris suis
obscure significabat, quodque pro tempore ei non-
dum significauerit: id vero se optima mente fecis-
se, nimirum vt facti inuidiam ac periculum (siquis
ob id tumultus exoriretur, in se trãsferret, & ipsum
erga populum, cui regendo destinata esset, omni
odio liberaret; Quam excusationem indignissime
tulit Parmensis quippe iniuriosam, cum & fidem
suam in dubio reuocaret Albanus & sibi necessita-
te è Belgio discedendi imposita, tamen quasi pro-
uinciæ Gubernatrici putida dissimulatione illude
ret. Hochstratanus Comes & ipse quoque ab Alba-
no euocatus, in viam se dederat, verum siue morbo
vero siue simulato præpeditus, ad paratam sibi cœ-
nam lethalem non venit, & hoc pacto periculum
euitauit: Nocte autem quæ captos proceres secuta

Parmensis Albano subirascitur.

Hochstratanus comes insidias Albani euadit.

est

1567.

st Albanus ab Egmondano arcis Gandensis tesseram poposcit, vt ea repraesentata Trullerus, qui ipsius nomine arci praeerat, eam in potestatē suam, ut eius quem vellet traderet. Ita tradita arx & Alphonso Vlloae, q. iam in vrbe cum sua legione erat, commissa moxque Egmondanus & Hornanus comites in eam sub custodia missi sunt: caeteri vero Nobiles partim Viluordam trāslati, partim autem Bruxellis captiui retenti sunt: Cumque illi caperentur aderat quoque P. Ernestus Comes Mansfeldius, qui Carolo filio, quod ab initio cum confoederatis capita contulisset, metuens, praesenti innuit, vt se subduceret, neque gratiae quam ex meritis & fideli obsequio apud Regem adeptus erat, neque adeo Albani implacabili seueritate viri amicitiae amplius confideret: atque is patris monitis obsecutus propediem fuga sibi cōsuluit & in Galliam profugus honorificentissime ibidem exceptus est, vbi cum diu mansisset vna & altera (post primae cōiugis obitum) vxore in Galliis ducta in Belgium reuersus est, vbi sane indignam Regibus Gallorum atque adeo vniuerso nomini Gallico, gratiam pro innumeris in se collatis beneficiis, rependit. Interea multi in Belgio in diuersas prouinciarum partes mittebantur, qui in seditionum, hactenus passim in vniuerso Belgio excitatarum, auctores inquirerent: ingens itaq; terror omnes Belgij prouincias occupat, multiq; cum suam innocentiam non satis tutum perfugium esse cernerēt, impotentē ac immanem Hispanorum saeuitiam metuentes, pars in Britanniam ciuitatesq; maritimas: pars in superiorem Germaniam atq; vicinam Galliam concessit.

Mansfeldius praesenti periculo sese subducens in Galliam se recipit.

Interea

1567. *Comitia prouincialia aduentu Albani, in Belgio euanescunt & econtra Duodecimuirale consilium instituitur.*

Interea ſpes habendorum in Belgio comitiorum, quæ prouincialibus antehac aliquantulum fulſerat, prorſus euanuit inq; nihilum redacta fuit: ac in iſtorum locum Duodecimuirale conſiliū, cui ipſe Albanus titulo præſidis aſſumpto, preeſſet, ſuffectum eſt! Ex proceribus itaq; primo ad id conſilium delecti ſunt Arembergius & Barlamontius (idque dicis tantum cauſa, in conſilio ſiquidem illi numquã comparuere) & iiſdem Noercarmius ſubſtitutus eſt: præcipui autem cōnſiliarij fuerunt Ioannes Varga, Ludouicus Delrio, Hiſpaniæ Iuriſcōſulti doctiſſimi, Hadrianus, Nicolaus Curię Geldrenſis Cancellarius, Ioannes Porta, Iacobus *Heſſeltius*, Ioannes Blazerus Boſius Regis cognitor ac poſtremo Iacobus Torrenſis ſcriba: eorum iuriſdictio, poſtea contra priuilegia prouincialium, curiarum auctoritatem ac ſupremum Belgij Senatum imprimis ab Albano prorogata eſt adempto etiam beneficio appellationum & attributa plena eorum omnium cognitione, quæ ad Religionem ac perduellionis crimen pertinerent: quæ rurſum iuxta Hiſpanicæ Inquiſitionis decretum ſupra modum aucta atque ampliata ſunt: mox innumeri paſſim Tornaci, Mechliniæ, Gandaui & Antuerpię in vincula coniecti & horũ criminũ poſtulati, ex *quibus* plurimi ad ſuppliciũ rapti tanto oĩum odio vt non cōſilium pacis aut Iuſtitię, ſed turbatum ac ſanguinis illud vernacula lingua ad id voce cōpoſita vulgo appellaretur. Albanus poſtmodum exeunte Septembri Antuerpiã, (q̃ Regio præſidio iam ſponte ſua admiſſo tenebatur) profectus parte murorũ & aggerum Meridiem verſus dirutã, arcem munitiſſimam ad Scaldim extruxit ac portã Groneburgi-

cā ac venerandæ antiquitatis turrim solo æquauit. 1567.

Heinricum Stuardum Regem Scotiæ insidias coniugis suæ vix vigore corporis & ætatis euasisse, in relatione superioris anni historica diximus. Vt autem Regina omnem ab se suspicionem remoueret, relicto Edimburgi filio Glascuam proficisci statuit. Cum iccirco Botuelium Comitem summę rerum administrationi præfecisset cum Hamiltoniis ad virum nondum satis adhuc viribus integrū contendit, cum quo tamdem lamentationib. vltro citroq; peractis, (fictitia attamen, sub specie) recōciliata est. Hinc Rex lectica, Edimburgum delat⁹, ac à Botuelio in ędes quasdā ruinosas multisq; hinc ab annis desertas paucis cū administris detrusus fuit: Quamuis aūt Rex, vt erat animo credulo atq; infallibili, de beniuolentia suæ coniugis, ob reconciliationem nouam, haudquaquam amplius esset sollicitus: ab iis tamen qui in eius perniciem, atq; interitum singulis iam momentis intenti erant, rumor spargebat quasi fuga sibi consulere, atq; in Galliam vel Hispaniā se recipere destinasset: sequente itaq; nocte cōsentiente Botuelio ad scelus perpetrandū cōiurati sese accinxere; & quamuis nō ita caute, res gereretur, vt non plæriq; de recenti ista inter Regē ac Reginā reconciliatione male ominarentur nihilominus tamen Rex homo vxori suę nimium obnoxius, neq; ipse sibi inuigilabat, neq; alij Regem de imminenti isto periculo præmonere ausi sunt: cum.n. illo ipso tempore Robertus Morauij frater german⁹ insidias ei detexisset: easdem autem Rex, pro more suo, Reginæ significasset: in summum, etiam vitæ suæ, periculum adductus fuit, cum nō solum à Regina, verum etiam ab ipso Rege mendacij

Rex Scotiæ iussu & instinctu suæ coniugis necatur.

1567. conuinceretur & ambo ad arma manus admouerent: quæ rixa interueniente Morauio ægre admodum sedata est. Itaq; huius exemplo cæteri deterriti, Regem de tristi Regis exitio, admonere minime audebant: Regina vero vt omnem suspicionem à se dimoueret, lectum suum è palatio translatum in Regis conclaui interiori sterni iubebat vbi per aliquot noctium spacium, extracto antea in lōgum colloquio, quieuerat, tunc vero (quamuis factum istud indignissimum celare studerent sceleris conscij) imprudenter admodum lectus iste Regius ablatus, & vilioris pretij, stratum substitutū est, omnibus pœne admirantibus vt in tanta famæ prodigalite exiguis istiusmodi sumptibus parceretur: inde sulphureum puluerem supposuerunt & nocte insequente cum Regina aliquanto tempore cum Rege sermones miscuisset, quasi serius recordata officij, quod fortassis eo die Sebastiani Cantoris nuptiis celebratis nuptæ in lecto collocandæ impendere debebat, statim consurgit & in palatium concedit: vbi cum satis diu cum Botuelio collocuta fuisset, ipsum tandem dimittit, qui mox permutatis vestibus & chlamyde militari indutus per custodiam in oppidum reuertitur: ex diuersa parte duæ consciorū nefandæ istius perniciei turbæ Regis ędes adeunt & in cubiculum ipsius ingressi, clauium enim custodiam penes sese habebant, somno sepultum Regem faucibus compressis strangulāt & cum eo famulum & duos præterea istius rei minime conscios in inferiorem hortum deducunt: quo facto ignem pulueri subterraneo admouent, domumque à fundamento euertunt, tanto etiam

fragore

fragore vt & vicinæ ædes quaterentur: Regina autem quasi rem istam penitus ignoraret ad tumultum excitata exploratores mittit, qui quid rei esset perspicerent adque se deferrent, concursuque statim ab attonita incolarum multitudine facto, corpus iubente ac mandante id Regina, super scamnũ inuersum extentum, per baiulos in palatium defertur, vbi illud omnium suæ ætatis formosissimum diu & auide satis diu spectasse dicitur, nullo in alterutrum indicio seu doloris seu lætitiæ signa prodente: cumq; Scotici proceres tum temporis præsentes amplissimum ei funus decreuissent: Regina per eosdem baiulos illud absque vlla pompa noctu efferri & penes Dauidis Rizij sepulchrum sepeliri curauit: rumor autem iste cum à consciis varie disseminatus esset, quasi Rex à Morauio & Mortonio trucidatus fuisset, diuersi diuersimode factum istud interpretati sunt: Penes alios autem, cædis istius culpa in Ioannem Hamiltonium sani Andreæ Archiepiscopum quoque reiecta fuit, idque ob capitales cum parente ipsius exercitatas capitales inimicitias ac alia indicia, quæ, vt quisq; varie animo afficiebatur, ex præteritis ac præsentibus vtriusque actionibus colligebat: Et sane in Gallia id euulgabatur, quasi à Regni proceribus, priscæ Romano-Catholicæ Religioni addictis metu, ne Rege iam manifeste ad Protestantium partes propendente Religio labefactaretur, coniuratio facta esset: Ad facti famam Morauius, qui ad vxorem, in agone iam degentem, visendam, vix impetrata patratæ pridie cædis à Regina venia abierat, quamprimum redit & parumper à periculo abfuit, Botuelio qui 1567.

1567. ingenium hominis pariter sibi ac Reginæ inuisi formidabat, cædem peragendam in se suscipiens. Quamuis autẽ Regina irritatum ob cædem istam Regiam, populum, composito vultu, luctum dissimulare ac placare cõstituisset: nihilominus tamen impotentia muliebri abrepta priscum Reginarum in luctu publico constitutarum morẽ neglexit, quo Reginæ post maritorum obitus per constitutũ aliquod temporis interuallum non solummodo publico, sed lucis insuper aspectu abstinere consueuerunt: statim siquidem apertis fenestris duodecimo à cœpto luctu die (confirmato aduersus vulgi rumores sparsos animo) Setonium, septem ab Edimburgo distans milliaribus, concessit, Botuelio (qui præcipue Regię cædis insimulabatur) nunquam ab eius latere discedente; vnde vix tamdem à Croco, Regis res in Scotia administrãte, admonita, Edimburgum rediit: Quo cum peruentũ esset, prima Reginæ cura fuit vt Botueli⁹ Regiæ cædis absolueretur. Res apud Argathelia Comitem per rerum capitalium quęsitorem tentata, testibus etiam productis: sed cum illi variarẽt & domestici interrogati de sicariorum ingressu, claues non penes sese, sed Reginã penes fuisse responderent, quæstio dilata ac postremo omniũ suppressa fuit: ne tamen omnino & prorsus abiecta videret, pecunia edicto publico indicibus decernit, frementeinterim plebe & sparsis libellis, picturis ac nocturnis clamoribus, quib. cõscij secreta sua in vulgus emanasse, videbant: Quãobrem Regina vltra modum indignata fuit cõmota fuit, adeo vt de libellorũ istorũ auctoribus quæstionem seuerissimã haberi iuberet addito edicto, quo

non

non proposuisse tantũ libellos, sed legisse insuper 1567.
capitale erat; quo metu cum singulorũ ora cõpressa sibi cõscij persuaderent, eo magis multitudinem irritarunt: auctum quoq; odium, facto inter pauca improbo armis, equis ac supellectile Regis interfecti inter paternos inimicos de cæde suspectos per contemptum distributa, adeo vt sartor quidã, qui vestem regiam Botuelio ad corporis modũ adaptabat, ausus sit dicere, hic se ius & morẽ receptum libenter agnoscere, quo spolia defuncti carnifici debent: secundum hæc cum Ioanne Areskino Marriç Comite, q Sterlini, eo tẽpore ęger decumbebat, Regina agit vt arcẽ Edimburgensem sibi traderet, vt plebem Edimburgensem tumultuantem eo melius in officio contineret: vt autem istam eo facilius impetraret, filium loco pignoris ad custodiendum ei pollicebatur: verum cum ob diuersimodas subortas suspiciones, Areskinus illud recusaret, nihilominus tamen vtrimque illud peractum est.

Cum autem dies conuentuum iamiam instaret, illũ Regina omnino impedire conabatur & metu perduellionis intẽtato Iudices coegit vt Botueliũ à crimine perpetratę cędis Regię liberũ & innocentẽ esse ꝓnunciarent: ita Botuelius absolutus potius q̃ infamia liberatus, quo innocentiã suã magis magisq; testaretur, libellum celeberrimo in fori loco proponit, quo se ferro decernere paratum ꝓfitebatur, si qui integra fama & honesto insuper loco natus ipsum Regiæ cædis insimularet: nec defuit, qui libello contrario proposito conditionẽ istã sesę accepturũ profiteretur, modo locus certaminis designaret in quo citra periculũ nomen suũ ederetur. *Botuelius à crimine intentata cædis Regia per Iudices absoluitur.*

1567. Itaq; Botuelius Reginæ nuptias palam ambire cepit, & ab amicis proceribus in eam rem consensum extorquet, quem omnes postmodum manu sua subscripsere & paulo post similem Episcoporum Edimburgi tum temporis congregatorum assensum impetrat: cumq; Regina ob id Sterlinum profecta filium ab Areskino recipere frustra laborasset, vt Botuelius colore principis in potestate habendi se quoque vna raperet, Areskino non assentiente, etsi confusa, non tamen à consilio destitit; & cum simul decori, quod illo commento sperabat & libidini satisfacere non posset, altero omisso, alteri morem gerere statuit: Itaque per Paridem Gallum fidum sibi cubicularium & rerum istarum minime inscium, quid de raptu, de quo iam ante simul egerant, fieri velit, monet, iubetque vt cum armatis ad Almonis pontem sibi in itinere occurreret & se interceptam quasi per vim secum abduceret: ille, qui vel grauissimo suo crimine, (cui tamen pœnam nullam metuebat) Reginæ libera sui consuetudine frui impatienter cupientis infamiam redimere ita se posse existimaret, iussa impigre facit & raptam Dumbarum secum ducit: fœdis autem istis nuptiis aliud impedimentum suberat: cum enim Regina Dumbari cum Botuelio parum de fama esset sollicita, non minore turpitudine remotum est: Botuelius enim Gordoniam, altera dimissa (quæ tamen tum temporis adhuc in viuis erat) in matrimonio habebat, quo stāte alteram, sine adulterij crimine, sibi iungere nequaquam poterat: vxor itaq; Botuelij coacta fuit, vt marito cum apud iudices Regios tum Ecclesiasticos, litem de diuor-

Reginam Scotiæ raptā Dumbarum secum adducit.

tio

tio intenderet: Quo facto Botuelius vtrobiq; adulterij accusatur, quæ apud Iudices Regios & Ecclesiasticos iusta erat causa diuortij: accedebat insuper in foro Ecclesiastico & hoc, quod idem Botuelius, ante contractum matrimonium, cum propinqua suæ coniugis, stupri consuetudinem habuisset: tamdem lis ista, die, ab instituta disceptatione, decimo finita est: vbi fani Andreæ Archiepiscopus vnus ex delegatis iudicibus Reginæ eo libentius morem gessit, quod illa sponte sua ad voluntarium exitium properaret, & ob id rerum summã ad Hamiltonios suos, tamquam proximos Regni hæredes breui redituram speraret: Hoc autem incommodo discusso, duo adhuc alia restabant pericula. Dum.n. Regina vna cum Botuelio adhuc Dumbari esset, obtendebatur, quod nec legitimæ nuptiæ coire, nec solemnes ac publicas copulationis denunciationes in templo, tribus consuetis diebus Dominicalibus, rite fieri possent: Ne itaque Regina tamquam captiua Botuelio nuberet, & consuetę ceremoniæ in Ecclesia negligerentur, Edimburgum proficiscitur: quo cum peruenisset & in solemni iudicum consessu sese sui iuris & liberam esse pronunciasset, per Ecclesiastem, (Diaconis & cæteris senioribus reluctari minime audentibus) instantes inter se & Botuelium nuptias, publice proclamari imperat: quamuis ferme singuli & vniuersi reclamarent, quod istæ inter Reginam & Botuelium, adulterij iam conuictum duasque insuper vxores in viuis adhuc habentem, nuptiæ legitime celebrari haud quaquam possent.

1567. Adulterij & scortationum accusatur.

Sed spretis istis tam inauspicatis acclamationibus

Cum Regina Scota

1567. *nuptias celebrat.* bus Regina cum Botuelio nuptias celebrat: quibus tamen pauci proceres, exceptis Botuelij amicis & propinquis, interfuere. Imo & ipse Crocus Legatus Regius, quamuis Guisiis addictior & eorumdem partes sequeretur, constanter iisdem nuptiis interesse recusauit, nec vllo modo adduci potuit, vt easdem, quę tam diris adeo execrationib. deuouerentur, quasq; Reginæ ppinquos inchoatas & iam factas improbare, Guisianos vero oĩum maxime detestari sciret, præsentia sua cohonestaret. Cum itaque, dum per vrbem vna cum neó-marito obequitaret, neq; solitis ac lætis populi acclamationibus exciperetur: quotidianis interea ac certis nunciis fieret certior, quod hoc facto ingenti, apud exteros principes, infamia sese inquinasset: sero demum intellexit quod scelera ac flagitia facilius admittãtur, quam excusentur. Consultatione itaque inter suos habita, quibus nimirum modis & potentiam suam stabilire & apud exteros principes existimationem seu reputationem suam sartam tectamque conseruare posset, antę omnia ad Regem Galliæ Legationem mittere constituit, delecto ad id Guilielmo Dumblanensi Episcopo, cui & mandata ex ingenio suo fabricata dedit, quibus videlicet excusabat quod prius matrimonij peracti rumor ad eos emanasset, quam cõsilium de ea re suum, per internuncios suos ipsis aperuisset: iis Botuelij virtutes ac merita, viua adhuc matre, &, postquam secundo viro nupserit, in se & in Scoticum nomen prolixe extollebantur, quibus tamdem effectum esset, vt simul & suam obseruantiam erga dignitatẽ Regiam summopere omnibus approbauerit, & Reipublicę

Regina Scotia ad Galliarum Regẽ Legatio.

inser-

in seruiendo, multorũ inimicitias (quos numquam 1567
priuatim læsisset) in Regno, rebellionibus per sese
obnoxio, concitauerit. Post mariti vero decessum
ultimum insolentiorem redditum, quamuis in eadem sedulitate perseueraret, eo arrogantiæ venisse, vt nullam referendæ gratiæ facultatem Reginæ superesse diceret, nisi seipsam veluti officiorũ præmium ei traderet: Id autẽ etsi Reginæ nouũ ac molestum esset, tamen reb. adeo in Regno perturbatis, dissimulari commodum visum: illũ vero, cuius animus semper ad sublimiora niteretur, ex familiaritate, q̃ sibi continuis officiis cõtraxerat, occasione sumpta à Nobilitate, cui nõ inuita Regina persuaserat, cõsensum chirographis confirmatum extorsisse: quo accepto, non dubitasse vim precibus adferre, eoq; audaciæ prouectum, vt Reginã dum à filio inuisendo rediret, in itinere rapuerit & Dumbarum secum adduxerit: Reginã vero præter spem, visis procerum chirographis & inde hominis meritis pensitatis, cum prouideret non diu Scotos passuros, vt ipsa sine viro esset, nec eos in exterum quempiam Regem facile consensuros, his rationibus labefactata constantia necessitati cessisse & se ei nupturam promisisse. Botuelium igitur ab audaci facinore exorsum, vbi ad primum cupidinis suæ gradum peruenit, non cessasse, donec ad argumenta importunas preces adiungendo, hoc etiam, non sine vi, extorsit, vt nulla interposita mora nuptiæ fierent: Qua in re dissimulare Reginam non posse, se ab eo aliter tractatam quam aut voluerit aut promerita etiam fuerit; magis enim eum fuisse sollicitum, vt desiderio suo satisfaceret, quam vt ei

1567. gratificaretur, aut expēderet quod ei decorum e-set, in priscæ Religionis ritibus & institutis educatæ, à quibus nec illum nec quemquam etiam alium virum se viuam abducturum obiter profitetur: in quo etsi errorem suum libenter agnoscat, petere, ne Rex, Regina aut auunculus ipsius, aliiq; amici, ea de re expostulent aut Botuelio eam vitio vertant: nam rebus ita transactis vt infectæ fieri nequeant, in meliorem partem ea omnia accipere, & vt est reuera, ita maritum suum existimare, eumq; porro amare ac colere decreuisse. Proinde qui se amicos ipsius profitentur, erga illum, qui insolubili nodo secum coniunctus sit, similes se profiteri necesse esse: cupere igitur, vt Rex Reginaq; auunculus & amici, eum, quamuis negligentius sese gesserit (quod tamen immoderatæ erga se affectioni imputet) non minore propterea beniuolentia prosequantur, quam si omnia ad hunc vsque diem ex ipsorum voluntate ac præscripto transacta essent. Et hæc quidem contra aduersam famam quæsita remedia.

Botuelio à confœderatis struuntur insidiæ.

Cum vero Regina domi cum donis in præsentia, aut promissis imposterum eos confirmasset, qui vel auctores, vel cædis Regiæ erant conscij, maiorem partem ad se allexerat, eoque securius agebat, cæteros ferme contemnens, quos si pertinaces essent, nullo negotio tolli posse existimabat, postea vero intellexit, quosdam ex iis fœdus iniisse, hoc colore quæsito, vt pueri Regij incolumitatem tuerentur, quem Regina in vitrici potestatem tradere velle aiebant; addebantq; à Botuelio certissimum infanti Regio exitium impendere, quem & illum

primo

primo quoque tempore de medio ſublaturum ap- 1567.
pareat, ne vel paternæ cædis vltor ſuperſit, aut ſit, qui liberos ſuos in hæreditate Regni adeunda præcedat: Principes autem confœderatorum iſtorum erant Gilepſicus Campellus Argatheliæ, Iacobus Duglaſſius Mortonii, Ioannes Areskinus Marriæ, Ioannes Stuardus Atholiæ, Alexander Eunigamus Glencarmiæ Comites, Patricius item Lindeſius & Robertus Bodius proximi ordinis: ſed mox ab iis Argathelius pœnitentia ductus & Bodius in partes aduerſas traducti ſunt: ſed fœderi iſti Regina contrarium inire ſumma imprudentia tentauit, dum legitimam potentiam non virtute, ſed factione firmari credit: nec contra reputat auctoritatem, vt bonis artibus comparatur, ita malis amitti, maieſtatemque virtute deſtitutam leui momento euaneſcere: capita auté fœderis iſtius erant, in quod conſcii & maior pars nobilitatis iurare adacti ſunt; vt Reginam & Botuelium Reginæ maritum, eorũque acta omnia tuerentur: ipſi ſe viciſſim fœderatorum ſaluti ac commodis, quoad poſſent, fauituros ac conſulturos pollicentur: accerſitur itaque Morauius, vt vna cum aliis ſubſcriberet: verum nec precibus nec attentato metu aſſentiri voluit: ſed vice verſa dixit, ſe nec honeſtè nec iuſte cum Regina, (cui in omnibus obtemperare teneatur) fœdus poſſe facere; cum Botuelio ſe Reginæ iuſſu cõciliatum, quæ tum promiſerit exacte ſeruaturum, nec cum eo alioue quopiam fœdus ac coniurationem facere, ſe æquum aut è Republica exiſtimare. Botuelium etiam vltro citroque conſertis ſermonibus rixæ occaſionem quærentem, cum modeſtè

1567. respondendo elusisset, ac minimè à proposito di cederet, ne constantiam eius plærique in exemplum traherent, verita Regina, cum in Morauiam secedere nollet, facilè petenti liberam legationem assensit, vt in Galliam & inde in Germaniam, aut quo tamdem vellet, se conferret. Confœderati interea fauorem vulgi, suos motus secuturum rati, ad duo armatorum millia cogunt, idque tanto silentio atque adeo occulte, vt cum iis Alexander Humius Bortuicum arcem, in qua Regina cum Botuelio tum temporis degebat, antequã quidquã vterq; animaduerteret, obsideret: sed cũ reliqua pars cõfœderatorum ad condictum tẽpus emãsisset, cunctante Atholio qui socios istius fœderis Sterlini detinebat, nec ipse tantam multitudinem haberet, vt omnes aditus clauderet, Botuelius & cum eo Regina, veste virili sumpta, euasere ac recta Dumbarum contendere: postquam autem confœderati hanc rei benè gerendæ occasionem ex manibus quasi amisissent, ne tamen nihil egisse viderentur ad Edimburgum capiendum proficiscuntur: arcẽ tum temporis tenebat Iacobus Balfurius à Botuelio isti præpositus, arcanorũ ipsorum atq; adeo cædis Regiæ scilicet vti vulgo credebatur, conscius; Qui siue quod promissa non repræsentarẽtur, siue quod Botuelius arcem istã ei adimere attentasset, alienata ob id voluntate, spem tradendæ arcis fœderatis fecerat: eo igitur consilio ad vrbem illi venere, in qua sani Andreæ Archiepiscopus, Georgius Gordonius Hunttilæus & Ioãnes Lessius Rossensis Episcopus erant qui Reginæ partes tuebantur, qui vbi socios ab oppidanis admissos viderunt,

cum

cum in forum prouolantes Duces, frustra se multitudini obiecissent, retro ad arcem confugerunt, intra quam à Balfurio accepti paulo post postico salui & incolumes demissi sunt: is siquidem nondum re cum alteris transacta, nolebat sibi apud alteros veniæ locum præcidere: Ita Edimburgo potiti fœderati, & quasi obsessis intra Dumbarum Regina ac Botuelio cum voti compotes sese existimarent, res, præter omnium opinionem subito mutauere, statimque accurrentibus ad Reginæ auxilium non solum qui crimini innexi fuerant, sed etiam innumeris aliis, quos fortunæ Regiæ afflictæ misericordia attraxerat: fœderati contra in summis angustiis versabantur, raris ad eos confluentibus, ac vulgi ardore restincto & apparatu bellico ad oppugnationes necessario deficiente. Dum sic anxii consultāt; Regina, (peiore cōsilio an spe vaniore impulsa, in certum,) Letham proficisci statuit, vt ex propinquo fortunam suam tentaret, ad suum aduentum rata maiorem concursum futurum, seque suis simul audaciam, hostibus verò terrorem allaturam. Quam confidentiam alebant ij qui circa illam erant, omnia eius virtuti prona esse, adulatorie affirmantes: atque si triduum tantū in arce Dūbari sese cōtinuissent, procul dubio fœderati omni apparatu bellico destituti, libertate frustra tentata domos quisq; suas repetere coacti fuissent. Regina igitur cū primis castris Setoniū venisset, sparsis per propinquos agros copiis, nūcius trepid9 ad fœderatos venit, q intēpesta nocte statim se Edimburgo in cāpos eiiciunt, & acie instructa Muselburgum petūt,

1567.

Edimburgum à fœderatis occupatur.

vt trans-

1567. vt transmisso Esca flumine, antequam pons & vada occuparentur, transitum Reginæ impedirent, quæ ad Præstonium hæserat. Iamque vtriusque acies in mutuum conspectum venerat, cliuo medio, quem Regina insederat, qui cum ita arduus esset, vt non sine pernicie ad eum, perueniri posset, fœderati paulum ad dexteram deflectunt, simul vt solem haberent à tergo, simul vt molliore iugo ascéderent, & locis minus iniquis manus consererent. Regina id aliter interpretata & hostes; fugam meditantes Dalketum Mortonii Comitis oppidum petere rata, negligentius interim agebat, mox vbi fœderatos loco æquo occupato aciem contra instruere vidit, misso Croco & præteritorum obliuione ac venia promissa, eos ad deponenda arma hortatur. Croco per interpretem à Mortonio, qui primam aciem cum Alexandro Humio ducebat, nomine sociorum responsum, non se aduersus Reginam, sed Regis interfectorem arma induisse, quê si Regina ad supplicium traderet aut à se segregaret, tum intellecturam nihil sibi sociisq; fore optatius, quam vt in officio erga ipsam perstarent, aliter

Botuelius proceres Scotos ad duellum prouocat.

concordiæ rationem nullam iniri posse. Cum nihil per Crocum obtineri potuisset, Regina interim se castris continebat; ibi Botuelius cum equo insigni vectus extra vallum processisset, per fæcialem postulans ecquis esset, qui cum eo singulari certamine decernere vellet: Iacobus Morauius primum sese obtulit: deinde Guilielmus Tillibarniæ Comarcha, Iacobi frater natu maximus conditionem acceperunt: verum Botuelio homines nec opibus nec dignitate secum comparandos causante: Pa-

tricius

tricius Lindesius primi ordinis se obtulit: rursum illis de dignitate personarum altercantibus, Regina auctoritate sua certamen diremit, Botuelio depugnare vetito. In castris Reginæ diuersa rerum facies erat: Nam amici & propinqui quamprimum confligere cupiebant: contra plebs, cuius maior erat numerus, à pugna abhorrebat, cum diceret multo æquius sibi videri, vt Botuelius armis causam suam tueretur, quàm vt tot homines nobiles, imprimis autẽ Reginam ipsam in vltimum discrimen demitterent: ad hæc Hamiltonios, qui cum quingentis equitibus aduentare dicantur, in propinquo esse, quibus adiunctis, si certandum sit, tutius de rerum summa decerni posse: contra Regina pugnæ impatiens, lachrymis in ira effusis in primores excandescit, & cum aliud non posset, per fecialem ab acie aduersa petit, vt Guilielmum Kirkadium Grangianum ad se mittat, qui cum de cõditionibus pacis colloqui posset, acies interea vtrimque subsisterent. Dum autem colloquium instituitur, quasi illius simulatione id solũ ageretur: Botuelius de summa rerum desperans, vt fœderatos absentia sua placaret, castris aufugit Dumbarum versus cum duobus comitibus, quos mox redire iussit. Ipsa verò cum Kirkadio pacta, vt reliquus exercitus sine noxa abiret: ad proceres cum eo venit, tunicula eaque vili ac detrita ac paulum infra genua demissa, quasi paludamento amicta. Ibi primum non sine pristinæ reuerentiæ indiciis accepta, cum dimitteretur peteret, donec cum Hamiltoniis egisset, seque reuersuram promitteret nihil impetrare potuit: sed vi orationis in acerbitatem 1567.

1567.
Maria Regina Scotia ab exercitu ignominiosissimè excipitur.

versa, cum iis beneficia sua in ipsos collata, exprobraret, tamen cum silentio audita est: sed cum inde ad secundam aciem, quam Glenkarnius, Marrius & Atholius ducebant, venisset, statim conuiciis & pudendis probris vndique excepta est: quod indignitatem auxit vexillum, inter duas hastas distentum quoquo se verteret, ei ob oculos obiectabatur, in quo depictus erat Heinricus Rex mortuus & iuxta filius infans, vindictam parricidii passis manibus à Deo implorans: ad quem conspectũ illa animo linquente ægrè ne ex equo caderet, sustentata fuit: ac tandem sub noctem populo vniuerso ad spectaculum effuso Edimburgum intrat, *ita facie* lachrymis ac puluere cõspersa, vt luto quasi immersa ab omni turba spectaretur, prælato semper isto vexillo. Qua re ingentis animi fœmina, vt par erat, irritata, nihilque ob fortunæ mutationem temporum necessitati concedens, vbi in diuersorium sibi destinatum venisset, mox ad populum p fenestras cõuersa, post varias minas postremo subiecit, se vrbẽ incensurã & perfidorũ ciuium sanguine incendium restincturam: inde mox ex decreto Procerum in arcem, quæ est in lacu Lenino, sub custodia mittitur. Nã Balfurius qui in occulto fœderatorum patrocinium suscipiebat, arcẽ Edimburgensem adhuc tenebat: Et hæc quidem paulo ante acciderunt, priusquam Episcopus Dumblanensis in aulam ad Regem venisset. Postquam autem venit, iam à Croco & Niniano Cocburno, qui præfectus equitũ p aliquot annos, in Gallia meruerat, allatæ fuerant litteræ, rerum nuper in Scotia gestarũ explicationem continentes: quarum ignarus Episco-

sco-

copus, cum ad Regem intromissus, longam accuratamque orationem exorsus fuisset, quę præcipuè 1567.
Botuelii virtutes immodicis laudibus supra verisimilem extollebat: Regina interfatur & litteras è Scotia allatas profert, quibus oratoris vanitas ab omnibus irrisa est.

Clandestina Botuelii de cæde Scotorum Regis, litteræ intercipiuntur.

Botuelius intereà iam de fuga certior fidum sibi in arcem Edimburgensem mittit, qui arculā quādam argenteam litteris vndique inscriptam, (quæ indicabat eam aliquando Francisci fuisse,) ad se deferret. In illa autem cistula omnes litteræ, quæ postea editæ sunt, in quibus & cædes Regis, & cætera quæ subsecuta erant, dilucide continebantur, ac pœne in singulis scriptum erat, vt lectæ statim cremarentur: Boduelius verò inconstantiam muliebrem, (cuius exempla paucorum annorum interuallo quamplurima expertus erat,) veritus, easdem summa diligentia custodierat, vt si quid dissidii incidisset, illo testimonio vteretur: nec se cædis Regiæ auctorem, sed administrum dūtaxat & comitem fuisse ostenderet: Hanc arculam Balfurius monitis prius fœderatis Botuelii ministro ferendā dedit, quæ depræhensa totius rei, (etsi suspicionibus magis iactatæ, sed nondum satis detectæ,) plenam fidem fecit, vniuersumque crimen pœne oculis subiecit. Ipse rebus vbique malè cedentibus, ac spe recuperandi Regni amissa, Orcadas & inde ad Hetlandicas insulas profugit: vbi omnium rerum inopia circumuentus pyraticam facere cepit: nec proinde Regina orantibus plærisque, vt causam suam à Botuelio separaret,

1567.

ina Sco- m in egendo nto cō- uia.

assentiri voluit; sed malis præsentibus efferata potius quam victa respondit: se libentius cum illo in extremis fortunæ aduersantis angustiis, quàm sine eo in Regiis deliciis vitam traducturum. Iamque lenita temporis spatio inuidia, plerosque in misericordiam verterat, contra quam fœderati sibi persuaserant, qui præualente eorum, qui in cædem consenserant, aut fœderi Reginæ postea subscripserant, factione dubii, quid agerent, cum frustra eos monuissent, vt in commune consulerent, Reginam rebus suis in præsentia desperantem eo adigunt, vt Regnum eieraret, & vel infirmæ valetudinis excusatione, vel alio quouis colore curam & filii & rerum administrandarum, cui vellet, ex proceribus demandaret. Tandem igitur illa, quamquam grauate admodum, nominat Iacobum Morauiæ Comitem nothum fratrem, siquidem is domum reuersus onus non recusaret, Iacobum Hamiltonium Castrieraldi Ducem, Matthæum Stuardum Leuiniæ, Gilepsicum Cambellum Argatheliæ, Ioannem Stuardum Atholiæ, Iacobum Duglassium Mortonii, Alexandrum Cunignamium Glencarniæ, Ioannem Areskinum Marriæ Comites, missis insuper Procuratoribus, qui curarent Sterlini aut alibi, si commodius videretur, puer in sella Regia collocatus Regnum iniret: moxque Morauius in Scotiam ab amicis de re omni certior factus è Gallia rediit, qui à fœderatis summa cum lætitia atque applausu receptus est, cunctis vehementer instantibus, vt Rege sororis filio adhuc infante Regni gubernacula capesseret, quippe eum vnum esse, qui vel ob multis in periculis virtutem

cognitam, vel gratiam plærisq; meritis collectam, regina etiam poscente, summum honorem minima cũ inuidia gerere posset: ille paucos dies ad deliberãdũ petiit: quo tẽpore datis ad aduersæ partis proceres litteris, & pcipuè ad Argathelium, cui multũ deferebat, tãdem cum nec ab iis colloquiũ, nec à suis diuturniorem comitiorum morã, hoc recũ statu impetrare posset, summa omniũ, q aderant consensione Prorex eligitur: Peracta tamdẽ concione à IoãneCnoxio habita Iacobus sextus 4. Kal. Sextil. Regni Scotici primordia iniit, pro quo in leges iurarunt Iacobus Duglassius & Alexander Humius, eam videlicet doctrinam ac Religionis ritus, qui tum publicè docebantur, seruaturũ & contrarios oppugnaturum polliciti: quo cognito aduersæ factionis proceres, qui Hamiltonii erant, eo magis fremere; paucos nec eos potentissimos sine suo, (q numquam expectassent,) assensu ad se omniũ rerũ arbitriũ reuocare: sed Morauius postq̃ Argathelio & aliis eiusdẽ factionis, qui cum ipso ad eũ, Edimburgum venerant, satisfecit, etiam obtinuit, vt ad publicum ordinum conuentum singuli ac vniuersi adessent: qui postquã IIX. Cal. Septẽbr. maxima frequentia habitus esset, ante omnia Proregis auctoritas confirmata fuit. De Regina autem sententiis variatũ fuit: cũ aliqui de ipsa tamq̃ parricidii ex litteris conuicta pœnas sumẽdas esse cẽserent; alii Regii nominis reuerentia assensum sustinerent: tãdem media, ex omnibus, vicit sententia, quæ illã in custodia retinẽdã decreuit. Itaq; rebus sic vtcunq; compositis, à vi & armis in speciem, quiescebant: sed pax infida & animis adhuc tumescentibus, non 1567.

Variæ variorum de Maria Stuarda Regina Scotica, sententiæ.

 occul-

1567. occulta indignatio aliquid inopinati parturire videbatur. Tum Legati nostri & Anglorum auditi sed neutris permissum vt Reginam custodiæ publicæ cõmissam adirent: missa interim classis, propter publicã inopiã, priuatis Mortonii sumptibus Duce Kirkadio instructa, quæ Botuelium, apud Orcadas & vlteriores insulas piraticam facientem compræhenderet. Is vero tanta vsus est diligentia, vt Botuelium iam omnino securum pœne oppresserit: pars sociorum capta: ipse vero per auersam partem Insulæ (qua maiores naues sequi non poterant,) inter breuia & vadosa loca, cum paucis euasit, atque inde in Cimbricam Chersonesum tempestate delatus est, vbi cum non satis constaret vnde aduenirct aut quam Regionem peteret, primo in custodiam: deinde vero postquam à Mercatoribus fuisset agnitus, Dracholmii in arctissima vincula coniectus, in quibus, (cum accusatus esset ab amicis cuiusdam nobilis virginis Noruegicæ, quã ante plures annos, pacto matrimonio, violatam, eamdem vero superinducta alia deseruerat,) post decennium accedente ad alias sordes miseriasque amentia, dignum flagitiosa vita exitum sortitus est. Non itaque immerito nos sorte nostra contentos esse sequens monet distichon:

Botuelii miserrimus vitæ exitus.

Si sapis affectes mediocria: Summa periclis
Obuia: contemptum sordida vita parit.

Id quod ita sit, abunde satis superque historiarum monumenta testantur. Semper enim prudentiores priuatæ & mediocris vitæ commoditates amplissimis honoribus & splendidissimis dignitatibus, voluptatis honestæ & securitatis ergo præ-

tule

tulerunt eosque potius qui illas, quā qui hasce cō-secuti essent, felices pronunciarunt. Idipsum vide-re licet apud Xenophontem, vbi Hyeron Tyran-nus enumerat, quot quantisue voluptatibus orba-tus fuerit, factus princeps, quibus priuatus frueba-tur. Vnde non initum, quod Traianus Imperium tamquam intolerabile onus detrectauerit, nec il-lud nisi summa id necessitate efflagitante in se sus-ceperit. Si enim consideramus quam anceps ac misera Imperatorum fuerit cōditio, (illa videlicet tempestate cum omnis ipsorum salus atque digni-tas, non in potestate Senatus aut populi, sed penes legiones atque exercitum sita erat,) permirum vi-deri potest, vllos istis seculis fuisse, qui munus ad-eo periculi plenissimum & iniuriis tam obnoxium susciperent, sæpe enim euenit, vt quod nobis bo-num magno animo pollicemur totisque viribus il-li inhiamus, exitio nobis postmodum sit maximo. Quo etiam respexit Chrysostomus, (homilia 66.) vbi dicit: *Non diadema Regum respiciendum, sed cura-rum tempestatem, per quam ipsis corona paratur.*

1567.

Imperium onus intolerabile.

Etenim inde à Caio Cæsare, qui spectante Sena-tu concidit: ad Carolum vsque Magnum, circiter triginta, imprimis autem omnes, quibus Caii præ-nomen fuit, ex iis fuerunt interfecti: quatuor vero sibi ipsi mortem consciuerunt, quod mortis genus Tacitus fœdissimum: Canones vero informe ap-pellant. Imo tandem eo militaris licentia pro-gressa est: vt inter iocos & commessationes Impe-ratores eligerent, vt, quando iis lubitum esset, haberent quos occiderent: vt Regilliano quem Trebell. Pollio inter triginta tyrannos ponit,

Infelix Romanorum Imperatorū ad Carolum vsq. M. conditio.

1567. necnon & Proculo, teste Flauio Vopisco, accidi
Hucrespexit Petrarcha vbi collocutorem gloriar
» tem de copiis militaribus, ita compellat: *Tutius P*
» *stor tigridum forsitan & vrsorum esses: Possunt mansue*
» *ri corda ferarum, at quorumdam hominum non possunt, &*
» *minantur antequam feriant fera: odia hominum improui*
» *erumpunt: Hi quos tuos reris, qui te Dominum vocant, he*
» *quam paruo pretio venale genus & instabile, quam leuibu*
» *ex causis mutabuntur & ex militibus hostes fient: bland*
» *vultus in horrorem, dataque tibi dextra, tuam forsitan i*
» *perniciem conuertent: neque si fiat, nouum erit aut insol*
» *tum.* Ad Placentiam aduersus Iulium Cæsarem suus exercitus insurrexit, Alexander Romanus militibus suis interfectus est: Postmodum Maximini pater: sic Balbinus & Maximus: sic Probu Dux clarissimus: sic Gratianus & Valentinianus Iunior, optimi fratres: ille à suis legionibus: hic à suo comite fuit proditus. Sic innumerabiles alii suis hostibus inuicti, ab exercitibus suis propriis periere, & quos milites appellabant, inuenere carnifices. Vide ergo quo gaudeas: tuus hic exercitus trux immitis, vtque ille ait, belua est multorum capitum, nihil non ausura, ira illam vel inopia vel auaritia irritante. Hoc cautè & prudenter animaduertit Saturninus, (vt Vopiscus refert.) Cum enim ipsi inuito à militibus Purpura Imperatoria induceretur, ita eos flendo allocutus est:
» retur, ita eos flendo allocutus est: *Nescitis amici*
» *quid mali sit IMPERARE: Gladii & tela nostra*
» *ceruicibus impendent: imminent hastæ vndique, spicula*
» *vndique: ipsi custodes timentur: ipsi comites formi*
» *dantur: non cibus pro voluptate: non iter pro auctori*

tati

ate: non bella pro iudicio, non arma pro studio: adde quod "
mnis ætas in imperio reprehenditur: Senex si sit quispiam, "
idetur inhabilis: si minus furor inest. Nam quod Impe- "
atorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis. "
Hucque spectasse videtur Polybius vbi dicit: Quā "
arua temporis interualla homines in excelso fa- "
tigio collocant, & eosdem rursus ad extremam "
niseriam ac calamitatem redigunt? Atque eos "
naximè, qui vitam agunt in aulis principum. Hi "
nim similes sunt calculis, in publicis consiliis dari "
olitis. Nam vt illic pro consulentium voluntate, "
qui modo ænei fuerant, mox aurei dantur: ita qui "
egias principum sequuntur pro Regis voluntate "
nunc beati, modo sunt miseri. Prudenter igitur "
Cominæus, tamquam vetus aulicus & testis ocu "
atus, splendidam illam & periculosam miseriam "
leteſtatur, & mediocre vitæ genus tamquam mul- "
o tutius commendat inquiens: Nihil est præsta "
ilius mediocri vitæ genere, quod qui potest asse- "
ui & tueri is omnium est felicissimus. Hoc autem "
erissimum esse experientia testatur: Pauci siqui "
dem inueniuntur, quos aula beauit, sed vice versa "
nnumeros reperies quos perdidit, etiam hos ipsos "
uos beauit: *NEQVE VLLA SVB COELO-* "
AM LVBRICA VITA EST, (teste Papyrio "
Massone lib. 3. annal. Franc.) *QVAM AVLICO-* "
RVM GRATIA. Recte itaque Apollodorus in "
legantissimo suo carmine, (quod è græco idioma-
e in latinum sermonem conuertit H. Stephanus
araphrastes iste, vt felicissimus, sic eruditissimus,)
ecinit:

Vita aulica splendida miseria.

1567. *Habent perampla dona Fortunæ metum,*
Periculoque non carent prælustria;
NEC VLLA CELSA TVTA SVNT MORTALIBVS,
Quæ euertere vel inuidia vel tempus solet,
Felicitatis culmen vbi quis attigit.
At tutior mediocritas in omnibus,
Neque mente deprimente sese ad humum nimis,
Neque contra in altum se efferente superbius:
Namque minus alto si quis è gradu cadat,
Celabitur facilè eius infortunium,
Ingentis at molis ruina ingens erit.
Nam rebus obstat inuidia prælustribus,
Subuertit & Fortuna quos euexerit.

Protestantes Lugduni ingentibus afficiuntur calamitatibus

Sed hæc de tristi Botuelii casu & ingenti In periorum calamitate ac miseria dicta, iam sufficiat. Ex Scotia itaque rursum migremus in Occidentalem Franciam. Et bello quidem hunc, vt suo loco diximus, in modum indicto, omnium animi ad res nouas erigebantur. Quamuis vero cætus Protestantium à Pontificiis, numero longè superaretur, nihilominus tamen alacritate animorum, (vt q infinitis iniuriis perpessis, iam in extremum ta vitæ quam fortunarum suarum periculum con cerentur,) hostibus longè superiores extitere. C que perpaucæ vrbes à Protestantibus occuparentur & Lugdunum nouorum præsidiorum supplementis continuo permunitum fuisset, omnia a uersus Protestantes crudeliter agitata sunt, vbi ne à rapinis, cædibus, incendiis tam domorum qua templorum, furiosus miles sibi temperauit, sed

in

honestissimos ciues summa crudelitate sæuiit. 1567
Quamplurimi tamen salui ac incolumes Geneuā euasere, beneficio arcis Sansebastianæ, quæ tamen antea extremo Protestantibus exitio destinata fuerat. In Delphinatu tamen nonnullæ & quidē haud ignobiles vrbes Protestantibus cedunt, vtpote: Valentia, Vienna, Romanium, Montilium: In Occitania Nemausum, Monpessulum, (excepta tamen arce Sanpetri munitissima, quam Pontificii adhuc tenebant,) Castra-Albiensium & vrbes adhuc aliæ: ad Rhutenorum Seuenatum, Viuariatumq; agrū tenebatur quoque Montalbanum & vicinus ager studio ac opera Burniqueti Vicecomitis. Rupella quoque à Protestantibus occupatur, quæ maximi momenti rebus postmodum occasionem dedit, quæ opera Sancthermini nobilis in Condæi gratiam tenebatur. Ita variè diuersimodis in locis, aut Protestantes Pontificiis superiores erant, aut ab iisdem loco pellebantur. Cogitur & miles qui Condæum adiret & ad prima initia oportunè admodum ad illum venerunt, equitum mille ducenti vndique in Galliis collecti, tria millia vero peditum, quibus copiis Mongomerius & Carnutensis, tamquam summi, exercitus istius, Ductores præerant.

Post variè autem miserum in modū trucidatos Lugduni Protestantes in templa quoq; ipsorū sçuitum nec ipsi etiam Paradisi tēplo ab iniurioso milite parsum, sed vna cum adhuc alio solo æquatum fuit. Quod exemplum mira ac fœda vastitas secuta est. Protestantes siquidem vbicunque locorum degebant, vicissim Pontificiorum tēpla diruebant, ita

Parad. Protest[an]tium templum [Lug]duni [pon]tificii[s] æquat[um]

67. vt paucorum dierum interuallo maximarum vrbiũ splendidissima ędificia pessumdata atq; destructa sunt: Sandionysio tamen, propter Galliarũ Regum monumenta sepulchralia, miles, Condæi tamen mandato, pepercit. Post occupatum autem à Noæo Aurelianum: Condæus & ipse omnia Lutetiæ loca circumiacentia capit, eamque obsidendæ vrbis rationem commodissimam existimabat, vt populosissimæ isti vrbi, commeatus hac vice præcluderetur: ideoque etiam ad infestandos Parisinos copias suas tripartito distribuit. Postquam autem penes alias vrbes Argentyllium, Busenuallum, Sanctonymum cum finitimis quibusdam locis occupasset: Lutetianis subitanea suboriebatur annonæ caritas, adeo vt & de adoriendo Condæo consilium iam Lutetiæ iniretur. Quocirca eruptione primum facta Busenuallum castrum recipiunt, quo felici successu elatiores siue animosiores facti Parisini Condæum prorsus exturbandum statuũt, hortante ipsos Connestabili: Diminutę tunc erant Condæi copiæ per se Pontificiorũ copiis minores: aliæ siquidem Possiacũ, aliæ in Aquitaniam: illę oppido occupando: hæ excipiendis Protestantium Aquitanorum auxiliis, distinebantur. Regis autem exercitus ex tribus equitum & sedecim peditum millibus constabat: Condæus autem & numero militum & armorum Regiis longè erat inferior, quippe cum vix mille ducentos equites, & mille sexcẽtos pedites, tum tẽporis penes se haberet. Connestabilis itaque cũ M. Octobri vniuersas suas copias Lutetia eduxisset, pugnæ inter Con-

[illegible]

dæum

dæum & Connestabilem nascebatur occasio: Iamque animis ad pugnā paratis de loco summa vtrimque cura fuit maxima. Amirali⁹ siquidem cum aliqua parte copiarum erat Albeuillerij: Ienlius Sanctonymi, Condæus aūt cum reliquo exercitu Sandionysij commorabatur: Quapropter Connestabilis vicos illos, qui quasi defendendi ac tutandi Sandionysij firma erant propugnacula, adoriri statuit vt expulsis loco isto Protestantium copiis Sandionysiumque retrocedere coactis, ipsum in loco isto Condæum obsideret, & in arctissimæ obsidionis angustias illum hoc modo coniiceret. Pontificij autem omnium primo maiorum tormentorum tonitrua effulminabant, quo apparatu instructissimo Condæum longe superabant; ex alia parte leues equitum velitationes increbrescebant & laboranti Vardio cum Condęanis Ienlius succurrit, vbi graui inter vtramque partem coorta pugna, Pontificiorum quamplurimos obtruncat: alia ex parte Amiralius, peditibus summa celeritate præmissis, cum valido equitum cuneo in confertissimum Parisinorum agmen tanto impetu irruit, vt perturbatis dissipatisq; ordinib. Parisini tam equites quam pedites, fœda fuga sibi consulerent & portas vrbis quantum possent, repeterent. Sed cum Cossæus & Chauignius Regiis accurrerēt, ingens rursum pugna ab vtrisque commissa est: Disturbati autem ab Amiralio hostes palare & ad eam partem, vbi pugnabat Connestabilis, euagari cœpere: Quocirca cum Connestabilis cuneus iam dissipatus, atque confusus ipse quoque Connestabilis à suis derelictus esset, magna non solum tam insequentium 1567. Connestabilis à Condæanis c.

1567. quam fugientium consternatio, facta, sed & Connestabilis in Stuardi Scoti manus captiuus peruenit: tanta erga suorum perturbatione, Connestabilis adeo excanduit, vt ensis capulo in Stuardi, nihil tale cogitantis, os illiso aliquot ei dentes obtriuerit & excusserit: quam iniuriam adstans quidam miles Scotus ægre ferens iraque accensus, tormentulo militari disploso Connestabilem lethali vulnere impetiit.

pitur & lethaliter vulneratur.

Vulnerato & tumultuanter acclamante Connestabili tantus in Heluetiorum cuneum] pauor incidit, vt nisi primo Anuillius, tum Mommorantius, ob parentis sui vitam anxij accurrissent, de pugnæ summa, ad ingentem Pontificiorum cladem, actum fuisse tunc maxime videretur. Duorum itaque istorum, quos iam diximus, interuentu atque acclamationibus, Pontificij rursum confirmari; Condæo & Amiralio vehementissime obnitentibus: ita vt multiplex pugnæ discrimen hinc illinc varie commonstraretur, dumque, vulnerato Condæi equo, ad eam partem Protestantes accurrerent, & pars aduersa de reducendo Connestabili, maximam curam satagerent, recipiente se ad summos duces in periculum adductos vtriusque partis milite, nox interuenit. ita ad signa vtrimque reuersum est: quo facto Connestabilis vulneratus à suis Lutetiam deducitur, & Pontificij quidem, in interfectorum suorum cadauerum colligendis ad intempestam vsque noctem, nullo Protestantium impedimento iniecto, inuigilant, in qua pugna ex parte Protestantium Saltanus & Santandræanus fratres cecidere, peditumque equitumue long

maiorem numerum Pontificij, quam Protestan- 1567.
tes, amiserunt.

Condeus primo diluculo ad locum vnde digres-
sus fuerat cum copiis suis reuertitur: ob aduentum
quoque Andelotij fit confirmatior, vbi neminem
quidem è Parisinis habuit obuiam: ne nihil tamen
ageret, sacellum quoddam, Parisinorū in istis mo-
tib. stationem incendit & pistrinum fossa & agge-
re munitū inuadit, sed conatu irrito, Guerrio mi-
lite locum istum strenue defendente. Connestabi-
lis vero postquam per aliquot dierum spaciū vitam
egre tolerasset, tamdem ex inflicto sibi, vt diximus,
à Scoto quodam milite, vulnere satis octogenario
maior concessit, vir maximis quondam (sub Fran-
cisco I. Heinrico II. Fráciſco II. & Carolo IX. Gal-
liæ Regibus) munerib. summa dexteritate ac soler-
tia administratis. Victoriæ aūt istius ambiguum cir-
cumferebatur indicium, illud nōnullis, Protestan-
tibus, attribuentib. quod illi copiis aduersariorum
multò inferiores tam summum Pontificiorū Du-
cem interfecissent, q̃ maximam eorumdē partē in
prælio isto trucidassent, hostemque insuper in ipso
aciei loco suapte ad pugnā prouocassent: æquum
econtra belli istius exitum quidā fuisse dictitabant,
q̄ Pontificiorūm miles vltimus in acie ista consti-
tisset. Condeus post Sandionysianam pugnā Mon-
terellum concedit, misso ad Regem Telignio, vt de
pace cū ipso ageret, cui⁹ tamen exiguā spem Teli-
gni⁹ reportauit. Quocirca belli cōsiliū minimè in-
termittit. Postq̃ aūt Pōtificij animaduerterēt, Cō-
deū Sandionysio mouisse, facile q̄ res erat cōiecta-
bāt, q̄ videlicet digressu isto Lotharingiā peteret,

Connestabilis in pugna vulneratus, Lutetia moritur.

Monterellum à Condeo occupatum.

idq;

1567.

pitur & le-thaliter vulnera-tur.

quam fugientium consternatio, facta, sed & Connestabilis in Stuardi Scoti manus captiuus peruenit: tanta erga suorum perturbatione, Connestabilis adeo excanduit, vt ensis capulo in Stuardi, nihil tale cogitantis, os illiso aliquot ei dentes obtriuerit & excusserit: quam iniuriam adstans quidam miles Scotus ægre ferens iraque accensus, tormentulo militari disploso Connestabilem lethali vulnere impetiit.

Vulnerato & tumultuanter acclamante Connestabili tantus in Heluetiorum cuneum pauor incidit, vt nisi primo Anuillius, tum Mommorantius, ob parentis sui vitam anxij accurrissent, de pugnæ summa, ad ingentem Pontificiorum cladem, actum fuisse tunc maxime videretur. Duorum itaque istorum, quos iam diximus, interuentu atque acclamationibus, Pontificij rursum confirmati; Condæo & Amiralio vehementissime obnituntur; ita vt multiplex pugnæ discrimen hinc illinc varie commonstraretur, dumque, vulnerato Condæi equo, ad eam partem Protestantes accurrerent, & pars aduersa de reducendo Connestabili maxime curam satagerent, recipiente se ad summos duces in periculum adductos vtriusque partis milite, nox interuenit, ita ad signa vtrimque reuersum est: quo facto Connestabilis vulneratus à suis Lutetiam deducitur, & Pontificij quidem, interfectorum suorum cadauerum colligendis ad intempestam vsque noctem, nullo Protestantium impedimento iniecto, inuigilant, in qua pugna ex parte Protestantium Saltanus & Santandræanus fratres cecidere, peditumque equitumue long

maiorem numerum Pontificij, quam Protestantes, amiserunt. 1567.

Condęus primo diluculo ad locum vnde digressus fuerat cum copiis suis reuertitur: ob aduentum quoque Andelotij fit confirmatior, vbi neminem quidem è Parisinis habuit obuiam: ne nihil tamen ageret, sacellum quoddam, Parisinorũ in istis motib. stationem incendit & pistrinum fossa & aggere munitũ inuadit, sed conatu irrito, Guerrio milite locum istum strenue defendente. Connestabilis vero postquam per aliquot dierum spaciũ vitam ægre tolerasset, tamdem ex inflicto sibi, vt diximus à Scoto quodam milite, vulnere satis octogenario maior concessit, vir maximis quondam (sub Francisco I. Heinrico II. Frãcisco II. & Carolo IX. Galliæ Regibus) munerib. summa dexteritate ac solertia administratis. Victorię aũt istius ambiguum circumferebatur indicium, illud nõnullis, Protestantibus, attribuentib. quod illi copiis aduersariorum multò inferiores tam summum Pontificiorũ Ducem interfecissent, q̃ maximam eorumdẽ partẽ in prælio isto trucidassent, hostemque insuper in ipso aciei loco suapte ad pugnã prouocassent: æquum econtra belli istius exitum quidã fuisse dictitabant, q; Pontificiorũm miles vltimus in acie ista constitisset. Condęus post Sandionysianam pugnã Monterellum concedit, misso ad Regem Telignio, vt de pace cũ ipso ageret, cui⁹ tamen exiguã spem Teligni⁹ reportauit. Quocirca belli cõsiliũ minimo intermittit. Postq̃ aũt Põtificij animaduerterẽt, Cõdęũ Sandionysio mouisse, facile q; res erat cõiectabãt, q; videlicet digressu isto Lotharingiã peteret,

Connestabilis in pugna vulneratus, Lutetia moritur.

Monterellum à Condaeo occupatum.

1567. idque eo potissimum consilio, vt sese cum Germanorum copiis auxiliaribus, quas propediem ad uenturas nouerat, coniungeret. Itaq; hostes Condæum conātur persequi tum vt illum, ne sese cum Germanis coniungeret, impedirent, tum vt ipsi sese cum suis Germanis eadem opera coniungerent. Pontificio exercitui, Regis nomine cum summo imperio præerat Henricus Dux Andius, frater Regis germanus: cui propter teneram adhuc adolescentiam peritissimi consiliarij & strenui belli Duces, adiungebantur, vt ipsi ad omnes belli occasiones, consilio factoq; prudenter succurrerent, principes autem illorum erant: Nemorosius, Longeuillius, Cossæus, Tarenius Martignius & nonnulli alij ex nobilitate primaria.

Albanus Pontificiis in Gallia mittit auxilia.

Circa idem tempus Albanus auxiliares suas copias, ductore Erembergio, in Galliam mittit, mille ducentos videlicet equites, peditum vero ad duo millia: expectabantur quoq; auxiliares copiæ Italicæ, summo earumdem Duce Neuersio. Cum illis itaque Pontificiorum copiis Andius Lutetia mouet, vt quantum posset Condæum persequeretur. Condæus econtra occupato, vt iam modo dictum est, Monterello oppido, finitima quoq; loca, (quæ ad Sequanam fluuium exporrecta commodū præbebant transitum) quamprimum in suam potestatem redigit: Braiium vero oppidulū maxima cum difficultate non sine singulari suo discrimine, expugnat: Nogentum inde ad Sequanam recipit: postea duobus istis in fluuij transmittendi occupatis locis, Monterellum relinqui, pontes vero, ne hostibus essent vsui, iubet destrui, relictoque Braij præ-

sidio

1567.

idio hunc dumtaxat in finem vt Pontificios inter-
ea detineret, ne variis excursionibus Aurelianum
infestaret: vtriq; siquidem oppido cauebat donec
copiæ Oscitanicæ aduentassent. Regina interea
Condęum Germanicorum auxiliorũ spe erectum,
vt sub specie pacis (cuius illum esse auidissimum
iamdudum cognouerat) eumdem aliquantulum
emolliret, ad eum quemdam ex suis mittit, qui no-
mine Regis, pacis mentionem eidem denuo incul-
caret, hac videlicet scripti formula: Rex dat facul-
tatem Condæo & omnibus Religionem istam, (q̃
Reformatam nuncupant) profitentibus, libere &
pure vtendi edicti beneficio omnibus sublatis in-
terpretationibus & exceptionib. quæ ad illud edi-
ctum, Mense Martio ad hunc vsque diem accesse-
rant. In Nobilium autem virorum gratiam, omnes
adimit edicti circumstantias atque exceptiones,
quamuis illis diserte teneantur, persuasus ita de il-
lorum fide, vt nihil sint hac specie aduersus suam
dignitatem tentaturi. Ad istarum rerum confirma-
tionem Rex cauebit, non solum verbo Regio, sed
& litteris & sigillis: Quibus rationibus maxime ad
obsignandam veritatem Rex subditis suis cauere:
nec subditi alias à summo suo Domino rogare pos-
sunt aut debent. Edicto huiusmodi hunc in mo-
dum perlato & in curia Parisina confirmato, Regis
consilium & voluntas est, vt Condæus subito arma
sua deponat, & id quidem intra viginti quoq; ho-
rarum spacium, domos singuli repetant, vrbesque
illas quas habent, Regi quamprimum restituant.
Conditionib. his acceptis, auxiliares omnes pere-
grinorum copias cõfestim obnuntient. Ni hęc pla-

Regina ad Condæum litera.

1569. ceant, ne aliis postulationibus locum relictum putent. Condæus itaque hoc accepto scripto primarios viros, vtpote Odettum Castillonæum Cardinalem Amiralij fratrem: Rupefolcadensem, & Buchauannitium, ad Regem mittit: Telignius vero per celeres equos præibat, vt non solummodo Regi legatorum aduentum nunciaret, verum etiam de bona sua ad pacem voluntate Condæi sociorumq; suorum nomine gratias ageret: Andium præterea in castris salutaret, rogaretq; ne quid hostiliter inter istam pacis agitationem susciperetur.

[S]arrium [c]astellum à Brissaco [o]ppugna[tu]r.

Quamuis vero speciosum istud pacis nomen Regina & ceteri Pontificij obtenderent, nihilominus tamen vtriq; haud pacati quicquam gerebatur. Postquam.n. Reformatorum exercitus in Campaniam cõcessisset: Chaloni nobili Campaniæ oppido proximum est Castellũ Sarrium cui adhæret vicus: tenebatur tum temporis iste locus ab aliquot Protestantium turmis ductoribus Blosseto, Clerio, Boysio. Dum vero illi inter se inuicem, cui nimirũ arcis istius cura demandanda esset, altercarentur, repente & ex improuiso à Brissaco, cum validis peditum cohortib. irrumpente, opprimuntur, nonnullisq; trucidatis inq; fugam versis, & Clerio, cum tribus adhuc aliis capto, castellũ occupauit. Andius interea suum de persequendo Condæo consilium acrius vrget: Equitatu & alio apparatu bellico Cõdæum lõge superante, quem ideo (oblata nimirum, in illa Regione æquis & patentibus spaciis, equitatu commoda rei bene gerendæ occasione) adoriri instituit, antequam sese cum auxiliaribus Germanorum copiis posset coniungere. Guisium vero &

Auma-

Aumalium ad operas istas cum magnis turmis militum præmiserat, & Neuersus quoq; magnis itineribus cum Italicis suis copiis aduentare dicebatur. Condæus itaq; relicto Campaniæ agro (Mouyoq; viro nobili cum nonnullis equitum turmis dat negotium vt hostē sustineret, dum conuasaretur, vltimum tamen agmen ab Andianis captum, & nonnulli plus iusto commorantiū, ab exercitu Condęi rursum cęsi sunt) de adeunda Lotharingia consiliū capessit, itinerisq; facultate à Lothareno impetrata, Saumielū oppidum venit ibique Mosam transmittit, & per Lotharingiā cum exercitu iter facit, commeatū exercitui pecunia vbiq; pacate habens. 1567

Interim Telignius à Regia sua Legatione ad Condæum, cum Regiis istis litteris reuertitur: Regem, nempe, licet prioré isto suo Rescripto abūde rebus omnibus cauisset, intellexisse tamen sese Condæo minime esse satisfactum, ideoq; tres legatos missos esse, qui ambigua & controuersa illa sibi explicarent. Quod quidem minime alioqui necessarium, ipsis tamen condonet tribuatque, ne quid ad pacem concordiamque recusasse videatur, illisq; publica fide caueri iubeat, cuius nimirum rescripta ab Andio fratre petant. *Regis ad Condæum littera.*

Aduentu isto Telignij, Condęi omniumq; adeo animi, ad pacis spem, mire accendebantur remque maturari cupiebant. Confestim itaque, hoc ipso de pacis negotio Odettus Castillonęus Cardinalis proficiscitur & Reginā Chaloni offendit, eamq; continuo de re diligenter perpendenda sollicite rogat: agi siquidē rem momenti maximi, nullumq; diem præterire, quin centum aureorū millium dispēdio, *Odettus Castilloneus Cardinalis [illegible] pacis gratia ad Regem Reginamq; proficiscitur.*

ad

1567. ad perniciem populi fiat, prȩter etiam infinitas cę-des q̃ ad bellicos furores, istos perpetrarent: Condæum sociosque ea libenter accipere, quæ Rex vltro obtulisset: agi tantum de quorumdam controuersorum capitum interpretatione, quæ possit vel ad dimidiæ horæ spacium commode disseri atque componi: ad quæ Regina respondit: Non ea ætate esse Regem, vt suorum negotiorum curam ad se nihil pertinere putet. Itaq; necesse esse, vt Regem ad nemoris Vincennij arcem ipse adeat: ad Regem itaque Castillonæus recta contendit, Torcij equitis & satellitum quorumdam Regiorũ auspiciis eo comitatus. Regina confestim Lutetiam repetit & Castillonæo vno pariter momento edicitur, ne quid rerum istarum cum Parisinis communicet. Perendie ad eum duo è Regij consilij mittuntur, Moruillerius nimirum & Lansacus, vt sibi controuersorum illorum capitum rationes atque momenta explicaret, quæ Regi iisdem prouisuro referrent. Castillonæus autem prætendebat, illa melius & certius coram Rege actum iri, vt & pollicitus fuerat: cum tamen illorum precib. quædam explicasset, irrito tamen sermone discessum est: & postridie Thuyus & Baillot⁹ Parisini Senatus Prætores, ad illum eadẽ de re missi, vt ita velitariis istis sermonibus Condæi sociorumq; sententiæ explorarentur. Tertio tamdem die Castillonæus à Regina vocatus: vbi cum multa de bellorum istorum componendorum siue sedandorum necessitate locuta fuisset, porro inquit: Et illud quoque pernecesse est, vt in futurum prouideatur, ne arma rursum sumantur: velim ergo mihi explices tuam hac

de re

1567.

Castillonæi ad interrogata Reginæ, Responsio.

de re sententiam: cui Castillonæus respõdet: Iampridem iacta esse Religionis Reformatæ in Regnõ Galliæ primordia, & vehementer excreuisse, hominibus contra nequicquam annitentibus: Ordinum tamdem rogatu & primorũ etiam Regni sententiis, Regis edictis & rescriptis cõdonatam, permissamq; fuisse illius administrationẽ liberã. Quod vero nõnulli conati sint, edicta illa de libertate Religionis cõuellere, & hunc in finem peregrinas copias in Regnum adduxerint: & quod intemperantius grauia statuantur in Regios istos subditos, qui æquo tamen iure Regi debuerãt: illas, nec alias, esse causas cur reformatæ Religionis homines in suspicionem diffidentiamq; primum venerint: tum coacti fuerint consilium inire de vi propulsanda, quam suis capitibus manifeste imminere perspiciebant. Si vellet Rex illa suspicionũ simultatumq; semina tollere, omnesq; æquo iure edictorumque præsidio continere futurum haud dubie, vt omnes pacate domi suæ sese continerent, quod vnum omnes profecto expetant. Cuius rei vel vnum illud indicio sit, q illorum pars maxima, qui Condæum sequantur ne Condæum quidem agnoscerent aut peculiari studio complecterentur: at dumtaxat desiderio Religionis vitæq; cõseruandæ causa mouerentur, quem sermonẽ interea Alaynus Regi à Secretis mãdabat litteris. Regina vero postquam dicendi finem Castillonæus fecisset, pollicetur se illa Regi relaturam & effecturã, vt horis pomeridianis ei Regem conueniendi potestas daretur: id q tamen minime à meridie factum est: ad vesperam tamen Moruillerius ad eũ missus est, Regisq; nomine

1567. tria, ait, capita se habere Regis nomine ad eum d[e]ferenda, nimirũ: Non satisfecisse Regi rationes i[l]las imposterũ belli impediẽdi, cum in subditoru[m] fide tantum versarentur, q̃ semel illi violassent a[r]mis contra edictũ sumptis & conuocato in Regn[um] peregrino milite: mirum insuper videri Regi quo[d] (vbi primum Regium rescriptum accepissent) no[n] continuo Germanicorum militũ delectus dimise[rint], hostilemq; vim armorum non plane represse[rint], quandoquidẽ sese pacis adeo studiosos esse i[a]ctitarent: Nec omnino fuisse satisfactũ de Melden[si] illa coitione ab ipso et Condæo facta q̃ non possi[t] nõ arbitrari, illam aduersus se fuisse susceptã. Duo ergo capita illa, de dimittendis Germanis, armisq; continuo deponendis, & vti Condæus primoresq; ipsius socij, ad Regem inermes (quocumq; et iusse[r]it) venirent Meldensis illius conuentus causa[m] reddituri, scripto, Regio nomine & sigillo munito, significatur addita appendice: *Ni hoc prius à Condæ[o] fiat, omnem pacis mentionem imposterum esse irritam atq[ue] inutilem.* Ad hæc respondet Castilloneus. Quòd de

Secunda Castillonæi ad propositiones Regias responsio.

impediẽdis imposterum bellicis tumultibus dixis[s]set, non è mandatis suis, sed ex ingenio suo animiq; sui sententia dixisse. Sibi certe videri vt Reges non aliam verborum & promissorum confirmationem suis subditis præter fidem dent: ita nec grauiꝰ certiusq; obedientiæ testimonium Reges à suis subditis, quam fidem expectare debere. Reges Gallię custodiã satellitiaq; habere, non tam defendendi sui, q̃ augustioris dignitatis gratia. Gallos præter cæteras oẽs nationes eo nomine bene audire, q; principibus suis obsequentissimi habeantur. Quod arma

hacce

hacce tam tristi rerum omnium facie, Protestantes sumpserint, neminem non videre quam id coacti atque inuiti fecerint, præsentissimæ mortis euitandæ causa, depellendique à iugulis suis gladij. Quot scelera aduersus Reformatos commissa, quanta impunitate: quantæ edicti violationes & aduersus ipsos etiam nobiles homines: coitiones item quantæ cum peregrino ad Religionem istam opprimēdam factę? arma itidem Parisinę plebi tumultuanti condonata: Heluetiorum conducti delectus: Picardicorum præsidiariorum turmæ & alię permultæ intemperies, quas tamen pacis studio Protestātes prætermiserint. Quod enim Condæo obiiciatur ad primam pacis mentionem non fuisse, arma deposita, nec Germanorum auxiliariorum delectus dimissos, illius rei non obscuras esse causas: An dij, videlicet, exercitus omnes rationes intercipiendorum perdendorumq; Protestantium inuestigans: Lansaci Legatio: Guisij expeditio: Litteræ Regiæ per omnia Regni loca ad cogendos milites missę: Germanorum grandes copiæ ad bellum conductæ & noua vehemensque Remensis legatio: nec tamen vel minimam esse causam cur hac in parte sibi expostuletur. Post pugnam Sandionysianam non missum esse Teligniū à Condæo, quod pacem à Rege imploraret: ni velit pacem, denunciaret Regi, ne sibi mirum videatur quod ad sese tuendos defendendosque arma parent, Germanum Galliæ veterem amicum & socium ad commune bonum conuocent, cum & aduenerint veteres & capitales hostes Gallię: Italum Hispanumque ad arma ipsi cōcinerint; illud & mirum videri, 1567.

Causa armorum à Protestantibus sumptorum impulsiua.

1567. quod in Regio illo, de pace scripto, cuius specie & obtentu ipsi venerint Legati, nihil de Germanorũ obnunciatione agatur, quamuis de illorum delectu à Telignio diserte fuerit factus certior. Quod ad Meldensem illum Condæi sociorumue cõuentum, satis superq; validis argumentis comprobatum esse hactenus nihil à Condæo sociisque sinistri actum esse aduersus Regem: Regem hac de re Mommorantij, Vieilleuillij, Cancellariiq; relatione & verbis abunde persuasum, vt quidem existiment istas suspiciones à Rege minime oriri: quod & inde perspicuum sit, quoniam ex eo in omnib. litteris, quas à Rege Condæus sociiq; accepissent, mirum de re ista fuerit silẽtium. Tantum illud actum esse, vt eas conditiones quas offerret, ipsi acciperent: Condæum vero paratum esse aduersus illum (quicunq; hæc à se ita vti obiiciuntur, facta tueri vellet) armis duelloq; defendere, si huiusmodi dimicationis ratio à Rege tribuatur. Permirum vero sibi videri q̃ arma confestim, (antequam quicquam de pace sit conclusum) deponi iubeantur, cum in priori scripto illud tum diserte peteretur, cum pax penitus facta, edicto explicata, ac à Parisino Parlamento confirmata siue promulgata esset: quæri prætextus ab aduersariis infringendæ Regiæ, de pace voluntatis, à qua certe aduersarij illi sui videantur plane abhorrere. Quum ita se res habeat, nec sibi adhuc tributa sit facultas Regis salutandi cõueniendique, quod tamen expresse fuerat promissum, orare vt ad suos libere redeundi sibi daretur potestas.

Castillonæus rediit ad Condæum. Ita re infecta ad Condæum Castillonæus rediit Torcico equite comitatus, per quẽ & in hanc sen-

tentiam Condæus dat ad Regem litteras: Non vero quicquam in animo ipsi fuisse ad Meldensem illum conuentum aliud, quam vt Regi coram explicaret quædam ad Regis dignitatem Regniq; maxime incolumitatẽ pertinentia arma nõ inferendæ, sed depellendæ tantum à se iniuriæ, profecto fuisse adhibita: orare Regem ẽt atq; etiam, vt suspicionibus illis deletis, de fide & integritate sua sit persuasus, vt nihil possit verã certamq; pacem impedire, tum demum se sua, omnia ipsius arbitrio libenter commissuros. Itaq; fumi illi de pace hoc pacto euolarunt, quorum certe vnus ille erat princepsq; finis, vt Condæum (pacis alioqui, quam publica Religionis vtilitas postularet, amãtiorem, nec in dolis hostium notandis cauendisq; prudentem satis) obiecta ista vana spe pacis, ad rem capessendam languidiorem redderent; Eadem opera in animum adolescẽtis Regis inseminabatur odium aduersus protestantiũ viros primarios; itaq; omnia apparabantur, vt illos Rex capitales infensosque hostes haberet: iaciebantur & tum maxime dissimulationis semina, quæ in crudelem, tamdem immanemq; perfidiam abierũt; sicuti locis suis commemorabitur. Hoc ciuili intestinoq; bello vniuersas Galliæ partes morbus (quemadmodũ & in reliquis bellis ciuilib. apud oẽs nationes fieri assolet) inuaserat: hinc siquidẽ Pontificiorum, illinc Reformatorum vigebãt vniuersim sparsimq; studia atq; factiones: hinc Regiorum Rescriptorum auctoritate; illinc Condæi Ecclesiarum litteris delectus habebantur. 1567. *Condæum reuertitur.*

In Occitania, Delphinatu, prouincia aliisque finitimis Regionibus varij hoc tempore motus exorieban- *Varij motus in diuersis Gal*

Ggg 3

1567. riebantur: Itaq; Condæus ad habẽdos ex istis pro- uinciis delectus, Aciero viro, ex antiquissima Cu- solensium familia, inlustrissimo curam demãdaue- rat. E ꝓuincia Sipierrius Comitis Tengij natu mi- nor filius, Mouuentij, Corestij, Senasi aliorumq; vi- rorum inlustrium studio atq; solertia ad duo pedi- tum millia conflarat, & Cisternonem oppidum ce- perat. In Delphinatu autem à Protestantibus pri- mariæ tenebantur vrbes, vtpote: Valentia, Roma- nium, Montilium, Crestum omnisq; ferme Regio, quæ hinc ad Iserum, inde ad Rhodanũ, fluuios pa- tet, ex quib. mille pedites Monbrunij auspiciis, col- lecti sunt. Ad Occitaniæ aũt oras ad mare sese exe- rentes Acierus iste grandes militũ copias college- rat: In Citima vero, Vicecomites, Burniquet⁹, Mõ- clarius, Paulinius & alij virorum nobiliũ, ad septem millia militum conscripserant. Sipierrius, suos ad Acierum, & Monbrunius item Delphinatuum co- pias adduxerant: & quidem eo q̃, in recipiendis ar- cibus Nemausensi & Monpessulana Acierus occu- paretur, q̃ à Pontificiis tenebant̃, cũm vrbes à Pro- testantibus tenerẽtur. Nemausensis itaq; primum cedit; ad Monpessulanam aliquot mensibus desu- datum est, Ioysij proprefecti turmis, ne arx capere- tur, maxima solertia & fortitudine annitentibus: tamdem tamen Prouincialium Delphinatuumq; viribus auctior Acier⁹ illam per deditionem à præ- sidiariis recepit. Dum hæc in occupandis istis arci- bus gererentur, ad Acierum Vicecomitum quoq; copię veniunt. Discedentibus autem, post occupa- tam arcem, Prouincialib. & Delphinatibus, Vice- comites de auxilio rogãt, quoniam in Delphinatu

Nemausensis & Monpessulana arces à Protestantibus recipiũtur.

Gor-

Gordius & Maugeronius, collectis copiis Protestantium asseclas hostiliter infestarent: Cumque 1567.
iam Sanmarcellinum oppidulum Delphinatus, Romanioque vicinum obsedissent, ac illi necessario subueniendum esset: Vicecomitum copiæ ad Delphinates, auxilij ferendi causa ocyus accurrunt: Sed nimium properantes hæc obiecta remora illos retardauit. Est ad Rhodanum pons lapideus firmissimo opere exædificatus, ad cuius vmbilicum turris, ad arcendum aditum, prominet: ad Occitaniæ oram, oppidum Sanspiritus pontem contingit. Quocirca vrbe à Protestantibus occupata. turrim ponti inter mediam nonnulli Pontificij milites occupauerant idque ex mandato Legati Auenionensis, immissis ad pontis testudinem freguatis. Vicecomites ea in Delphinatum transmittere festinabundos, præsidiarij isti, aditu arcent: tum tormentulorum grandine vtrimque coorta tempestas, & nequicquam, rem strenue intrepideque agentibus ijs qui turrim tenebant: ita ad maiora tormenta à Vicecomitibus deuetum, quorum fulmina veriti præsidiarij, conantur primum eam pontis partem, quæ turrim contingebat, iniecto igne, peruertere: at frustra omnem conatũ adhibent, ignis puluere tormẽtario sulphurisq; vehementioris ardore tantum efficere potuerunt, vt diduceretur, atq; hiaret, fornix ad eam pontẽ, vt non conuulsa collaberetur: quæ paruo temporis interuallo miro certe, vix incredibilis structuræ, spectaculo, sensim in binas partes subsidit, ita vt æquo & continuo tenore conuexum ad se rediret: ita præsidiarij conscensis nauib. Auenionem se recipiunt:

1567. Prouincialium & Oscitanorum turmæ, expug
to oppidulo Sanmarcello ad Viuariatis agri
quod obstinacius prætereuntibus aditum de
gassent, inde per pontem in Delphinatum tr
mittunt; Gordius illorum aduentantium rum
cognito Sanmarcelli obsidionem soluit & Gra
nopolin se recipit. Nec vicinæ ac finitimæ Re
nes quiescebant. Matisco enim nobile Burgun
oppidum Protestantib. cesserat & varie varia hi
illinc ab illis loca tenebantur. Poncenacus inter
iussu & mandato Condæi ex Aruerno, Borboni
Forestio, vicinisque agris ad tria peditum millia
quingentos equites conscripserat: Quæ cum con
uenissent, homo iste inconstans ac versipellis, ea
dem aduersus Condæum (cuius tamen, vt diximus
iussu istas collegerat) ducere eumdemque adori
statuit: & ad fines Burgundiæ exercitus inter
(confluentium variis è locis Protestantium acc
uis) augendi amplificandiq; causa subsistit: at diu
tius commorante ad oppidula obscuri nominis ex
prædanda, intemperies militum indies augebatur
cumq; disciplina militaris ad summam licentiam
effrenemq; audaciam eneruaretur, multi relictis si
gnis ad sua rediere. Cumq; singulis dieb. numerus
militum diminueretur, Poncenac⁹ mutato de ad
eundo Condæo consilio: Verbelletti, Aruerni no
bilissimi & prudentissimi viri, sententiam secutus,
ad Acierum per Forestium & Viuariatum, cum co
piis se recipere decreuit; verũ cum Montare⁹, qui
Regio nomine Prouinciæ Borboniæ pterat, de no
uo isto Poncenaci cõsilio certior fact⁹ esset, de im
pediendo disturbãdoq; Pontenaceo rationes iniit

Poncenaci aduersus Condæum collecta copia varie dissipatur.

Cum

um igitur Vasconicæ copiæ, Terridio nobilibus iisque ductoribus ad Andianum exercitum deicerentur, à Montareto rogantur, vt ad tã oporinam hostis intercipiendi, occasionem sibi adesent: Poncenaci igitur turmis longioribus interallis laxius dissitis incedentibus: Pontificii & nuiero & consilio longè superiores incautos facilè itercipiunt, maximamque partem cædunt, reliuos autem in fugam turpissimam conuertunt, Verbelletto, qui cum sexcentis tormentulariis lõius aberat, nec quicquam opis dissipatis ferre paante; vbi nec à sui ipsius quoque cohortibus cladis mpetus abstinuit: diuersis siquidem globis istæ diturbatæ atque disiectæ, in rusticorum, vias obsidẽium, & incidentium, manus peruenere, vbi maxina ex parte cæsæ ac fugatæ sunt. Verbellettus verò cum centum equitum cohorte, adque iusiurandum adacta, ne sese mutuo, etiam ad extremum vsque vitæ spiritum, relinquerent, per varias itinerũ ambages, tamdem ad Acierum venit, & paulo post eum Poncenacus quoque, exiguo militum manipulo, quem ex ingenti suorum strage, saluum & incolumem conseruarat: Tamdem Matisco adhuc restabat, quod Louesus cum aliquot turmis Protestantium conabatur defendere. 1567.

Neuersius interea cum Italicis suis copiis, (quas hinc illinc ex Italia & Pedemontanis veteranis collegerat,) Lugdunum interea venit, nouo ad sex millia Heluetiorum delectu addito. Vniuersus autem eius exercitus ex quindecim armatorum militum millibus constabat; acceptis itaque Lugduni maioribus aliquot tormentis Matisconem oppu-

Matisco à Neuersio occupatur & pacta victis minime à vi ¶ero, seruantur.

1567. gnare statuit: vix autem oppidum tenuem quandā murorum ruinam passum, à Loeso deditur: pactum autem de vita vasisq; conseruandis, ipsi Loesso & oppidanis promissum nequaquam à Neuersio seruatum fuit. Hinc imposito Matisconi præsidio ad Andium cum exercitu pergit: dum verò ad inuisendam coniugem parūper ab exercitu secedit, in Protestantium turmam incidit, quæ ex Interamno oppidulo (Niuersicæ ditionis,) excurrerat: cumque ægre admodum se ex hostium manibus cum suis extricasset, grauiter ad poplitem vulneratus vehementissimè excanduit, quod & à propriis suis subditis adeo hostiliter impeteretur.

...ndæus ...e cū co... Germanorum ...xiliariis ...iungit.

Condæus traiecta, vti diximus, ad Sanmielum Lotharingiæ oppidum, Mosa, penitius pergens indies variis curis angebatur: neque enim quicquā de Germanis equitibus, neque vicissim Germani de Condæo tantillum etiam resciuerant; tam sollicitè Pontificii omnia loca incluserant, ne quid rerum vspiam perscrutaretur: eadem sollicitudo Germanos tenebat, qui domo profecti, incerti Condæum quæritabant. At Condæum sociosque, atque adeo vniuersum exercitum grauissimæ anxiæque curæ stimulabant, dum, vt fit, in rei optatissimæ longiore mora, variè varia hinc illinc, inter variorum ingeniorum homines, diuersis iudiciis atque sententiis exagitabantur: Alii inanem atque imaginariam esse hanc Condæi profectionem, qui cum hostis viribus par esse non posset: Reformatorum voluntatibus ad suas necessitates abutens, illos longè ab hoste abducat, vt sui conseruandi rationes, aliorum præsidiis munitus, declinando ini-

ret:

ret: Alii contra simpliciores tam longa mora ingẽtia auxilia parari præsagiebant: circumspectiores, qui de Germanorum profectione minimè dubitabant, maximè & illud angebat, ecqua ratione stipẽdia tantis copiis numerari possent, quum omnium crumenis propè exhaustis, nihil aliunde pecuniarum expectari possit. Ad Condæũ verò primoresq; exercitus, (quorum fides obstricta erat,) hæc maximè sollicitudo attingebat. Dumque inter certos illos anxiosque motus hærent: ecce derepente nũciatur Germanorum exercitum illinc ad aliquot dumtaxat milliaria abesse, quo allato nuncio, omnium animi incredibili quadam lætitia repleti ac recreati sunt. Itaque Condæus confestim ad Casimirum Palatini filium, summum Germanicarum istarum copiarum Ductorem mittit, qui de rebus suis eum certiorem faceret. Ita coniũcti bini exercitus, summa vtrimque animorum alacritate, prope Pontamossonum Lotharingiæ vrbem, ad Mosellam fluuium, qui ex Heluetiorum montibus ducta origine, Lotharingiã & Lucelburgensem agrũ, Rheno sese ad confluentiam coniungit. 1567.

Postquam ergò Condæus Casimiro primum felicem sui aduentum gratulatus esset, eidem dehinc gratias agit maximas suo, primorum vniuersi exercitus, Reformatorumque adeo, qui per vniuersum Regnum distributi essent, omnium nomine. Casimirus econtra omnem suam operam ac industriam ad emolumentum ipsorum pollicetur. Et primum è re visum est, sicuti & à Palatino patre mandata acceperat, vti ad Regem continuo scribat, se hunc dumtaxat in finem cum copiis suis

Casimirus Palatini filius Germanicarũ copiarum auxiliariũ Ductor supremus à Condæo honorificè excipitur.

1567. aduentasse, vt hominibus eamdem Religionē quam ipsi sequerentur, amplectentibus, opem a xiliumque ad tantas necessitates ferret: Si iccir Rex illorum conscientiis vitæque cauere velit liberam exercendæ Religionis per vniuersum Re num facultatem tribuere, se quamprimum abd cturum exercitum; tum de stipendio sociis Germ nis persoluendo à Condæo sociisque cogitari ptum est. Equidem noui negotii magnitudo, ma mum illud de recenti & optato aduentu, in max mam anxietatem conuertit in maxima certè illi negocii expediēdi difficultate: Summa enim apu omnes pecuniæ erat penuria: at necessitas Magi stra rerum extricandi istius negotii rationes nact est. Condæus igitur omnibus primum exercitu primariis & nobilibus viris conuocatis vehemen ter demonstrat, quo in cardine res in tam periculo so statu versentur: quam periculosum incommo dum, eo tempore se tam vtili ac necessario auxilio destitui; quam indecorum & inhonestum ipsorum nomini & existimationi, ludificatum sociorum la borem tam oportunum, qui, dum & in ipso Regno patriaque cessarent atque cunctarentur ipsi nihil morati, opem continuo tulerint. Ad istos Condæi sermones animati primores, suo exemplo, vniuer sum exercitum ad extremum conatum inflamma runt, omnes enim sponte sua ac perlubenter qui dem de suo quicquid possent, ad stipendia Germa nis persoluenda, contribuerunt: exenteratis autem iam plane ipsorum erumenis, eo tamdem, ob ni miam pecuniæ penuriam, deuētum est, vt viri No biles vasa aurea & argentea, quæ eum temporis in

castris penes se habebant, ad Casimirum compor- 1567.
tarent, vt ita hac ratione, quod in solutione integri
stipendii Germanis deesset, inde cõpleretur: Quo
cognito Casimirus singularem liberalitatem atque
munificentiam tum demonstrauit: nõnullis enim
illorum vasorum dumtaxat acceptis, reliqua Do-
minis suis reddidit: residuam verò stipendiorum
summam, quæ ex pacto Germanicis suis copiis de-
bebatur, apud tribus fideiussit. Illius etiam exem-
plo Germanorum equitum quamplurimi impri-
mis autem istorum Nobilium, qui voluntaria mili-
tia Casimirum, tamquam summum Germanorum
militum Ductorem, sequebantur pecuniam ad so-
lutionem stipendii mercenariorum militum con-
tulerunt: & eo laudabiliore ista munificentia, quo-
niam exigua pecuniæ facultate, præter vires etiam
innixi, de consueta victus ratione decidebant, so-
lummodo eo fine, vt collatitiæ istæ pecuniæ suffi-
cerent: Et hoc pacto integra stipendiorum summa
coaluit, & ad Lisum magnum, vicum istum, Casi-
mirus exercitum recensuit, ac promissum militi
stipendium persoluit. In ista autem recensione nu-
merati equitum Germanicorum sex millia cum
quingentis: peditum verò tria millia: accedebant
insuper è seruitiis ducum militarium duo millia ac
quingenti, vt in aciem octo equitum millia educi
posse Casimirus affirmaret. Hinc de petenda Gal-
lia initur consilium: itaque iter, quo non incom-
modari possent ab Andio, capessendum existimãt.
Andius contra omnes ad impediendum, Condæi
& Germanicarum copiarum auxiliarium, proposi-
tum, rationes versat: & per Burgundicum agrum

Insignis Casimiri Palatini & Nobilium aliquot Germanorum liberalitas atque munificentia.

(vbi

1567. (vbi transituræ videbantur,) frequentia præsi collocat & Yonæ, Marnæ, Sequanæ fluuiorum omnes præcludit aditus, qui ad itineris istius lo præterfluunt: ipse vero quoniam, propter stati nariam istam præsidiariorum commorationem, di minutum habebat exercitum, Condæum comi nus sequi instituit, vt ad latera ei ad omnes occasio nes infestus esset. Condæus primum per agrum Campaniæ vtriusque exercitus insolentia perua statum, itinere relicto, per Burgundiam, Aglanam vallem, Hurepium & Gastinensem exercitum cō meare instituebat, (agros militaris vastitatis ad illū vsque diem inexpertos, & frugum omnium, vini maximè generosi vbertate, commodos,) & inde ad Franciæ vmbilicum perueniret. Et ne ad oppida frustra & importunè desudaret, aut ad fluuiorum transitus, (quos omnibus artibus obsessos expertus cognouerat,) impediretur: Nam ad Mussium & Castillonem dolum Italorum præsidiariorum sen serat, qui iniectis in aquam, qua exercitus traiectu rus esset, ferreis vncinis, maximum illaturi fuissent Condæo incōmodum, si in impeditos vulneribus equos, vt constituerant, irruissent, ni dolum læsus ex equitib⁹ vnus depræhēdisset: at cratibus ferreis conuertuntur vncini, exercitusque illæsus flumina conuadat: postquam tamen ad alteram ripam con stiterunt, apparent Italorum peditum equitumq; turmæ, vt vltimum agmen carperent: obiecti à Cō dæo Germanorū vexillationes nonnullæ, Ductore Schonburgo, qui obuios quosque disturbant, ma ioremque partem obtruncant: ab aliis fœda fuga facta & ad Condæū cæsi fusique hostis signa relata

sunt:

unt: Condæus felici illo Germanicæ virtutis primordio collaudato, Schōburgū illatū turmarū ductorē insigni aurea torque donauit. Hinc Auxerrā, Reformatorū præsidio tenebat, ꝑtergressus, Creuanū ad Yonā obsidere instituit: at cū Iracium oppidulū frustra ab aliqua parte copiarū tentaretur: Creuano relicto irā in Irancium oppidū cōuertit, idq; potissimū hac de causa, ꝙ obstinacius aliquantulū se suis opposuisset, interfecto ad illos impetus antesignano. Expugnatū postea Irāciū ferocis militis petulantiæ exponitur, nihilq; ad cædis vastitatisque intēperies, factū reliqui, facinore isto, nō satis ad decorū Reformatorū nominis consentaneo. Inde traiecto Loygnio fluuio, Hurepium agrū prætergressi, Belossanæ Regionis æquas longasq; planities ingrediuntur, vbi nulla ab exercitu Andiano remora facta est. Belossani agri oppidula nonnulla capiunt exprædantque Pluuierum, Bosconem & alia obscuri nominis: tum de Carnuto, primaria illius Regionis vrbe & longe opulentissima obsidēda cōsiliū capessunt. Itaq; Andius irrito impediendi Condæi conatu, ad Regē fratrē se confert, vt quid deinceps facto opus esset, imminente etiam Lutetiæ, (quæ tantum duorum dierum spacio à Carnuto distat,) Regni capiti hostili exercitu, collatis cum Rege consiliis statueretur. 1567. Fœlix Germanica virtutis primordiū à Condæo compensa tur.

Sed quid in Occitania quoq; gestum sit, videbimus: Postquam ergo Acierus, vt paulo ante diximus, collecta ex diuersissimis Galliæ locis, numerosissima manu militum, quid faciundum sibi esset hæreret: Condæumque cum turmis suis adiret, an videlicet ad Occitaniæ Delphinatusque custo-

diam

1567. diam remaneret: apud Condæum quidem rerum summa erat: Occitaniam tamen Delphinatumq; maximi momenti Regiones defendendi ab Gordii Mogeroniique conatibus summa efflagitabat necessitas: Rebus denique vltro citroque agitatis, magis è re visum fuit illum in Occitania remanere: aliosue ad Condæum proficisci: profecti igitur Occitaniorum cum turmis Vicecomites: cum prouincialium Mouuentius ad sex equitum millia, cũ equitum aliquot vexillationibus: nonnulli tamen ex Occitaniis, insano præ amore patriæ ab exercitu dilapsi, sed dum patriòs lares repetere conantur, à superioris Viuariatis rusticis palantes depræhensi & variè interfecti sunt. Inde traiecto ad Sarãbertum Ligeri, Aruerniæ iter exercitus capessit: ad quem impediendum Aruerni Pontificii, Santherani Aruerniæ propræfecti, nobiliumque hominũ Salcalmontii, Vrsæi, Altefulii auspiciis vehementer parabantur. Hinc maximæ, aduersus Pontificios, cladis occasio nata est: Superatis Aruerni agri confragosis locis, æqua planities ad Ganapum cõtendentibus, ad Biturigum Regionem extenditur: Ea transituro Reformatorum hominum exercitui, Ductores maximè timebant & ad Pontificiorum quidem, (qui variè commeare ad impediendum iter dicebantur,) rumores: Poncenaco, qui vna ad Condęum cum illis proficiscebatur, illarum regionum propter vicinitatem perito, itineris indicandi munus tributum, ille domum obiter *inuisens*, aliquot equites è suis legit, & Charrium vicum quo suis è Ganapensi planitie perfugium sit, occupare instituit. Pontificii enim equitatu longè erant su-

ccitanii uidam ilites py- popolan- s variè à ysticis ulctan- r.

perio-

periores, per quem in exporrecta planitie pedita- 1567.
tus maximè infestari poterat. Randanum nemus vix iam Reformatis hominibus egressis, Pontificii equites conspiciuntur, occupata planitie, ordinibus instructis, astantes Dehinc Vicecomites, pontem, qua Alierum fluuium prætererant, pone effringunt, vt sublata omnis perfugii spe, miles ad strenuè rem gerendam animaretur: tum Cognacũ vicum occupant & intra illius septum aciem instruunt, copiis tripartito distributis: Poncenacus extra vicum partem equitatus ad læuã ducit: Burniquetus, alteram ad dexterã tenet: Penes Pontificios victoria haud dubia futura videbatur: cuius & persuasio ipsorum animos impleuerat: conferti enim equites tam equis ipsis quam armis instructissimi, facile disturbaturi videbantur, strigosorum equorum inermes fermè sessores, vt in nudata peditum agmina victores in media planitie irruerẽt: sed res multo aliter accidit. Duos siquidem Pontificii numerosis equitibus quadratos cuneos fecerant, pone tormentulariorum peditatum, qui disturbatum hostem, nullo suo periculo funderent atque obtruncarent: nec mora, pugnæ signum primo datur à Pontificiis, ac citato cursu concurritur: at è sepe, cui latior fossa adhærebat, quamque Mouuentius delectos è suis milites, ad centum, velitarios collocarat, tormentulorum grando cõpluit. Festinabundi itaque Pontificii insperata remora, vulneratis aut fusis in terram equis, consternatiores ad suos reuertuntur, summamque hostis inuadendi difficultatem docent, qui vici ædificiis circumuallarentur: Itaque consilium Ductores

Ante victoriam nõ est triũphandum.

1567. mutant: & quia eo ipso loco vix Protestantes in
stari posse cernerent, loco recedunt vt in æqui
rem planitiem imparatiores adorirentur. Vicec
mites autem sociique, quo consilio mutarit hos
locum, vident: iniquum locum sibi futurum
moræ longioris, ad ea loca subsistentibus, diffic
tates rati, (vt in rerum desperatione fieri assole
audendum statuunt: Cognacum relinquũt, in pl
nitiem educunt, aciem componũt ad vniuersæ d
micationis expectationem: Eo ipso ordine quo a
tea acies erat constituta: initia equites, ad dextra
læuamque tenebant, ad primordia velitariorum
centum quinquaginta excurrebat cohors: vltim
autem aciem confertus cuneus claudebat: A Pon
tificiis rursum pugnæ fit initium: duobus vari
cuneis Altefullius læuam, Brissiæus dextram ad
oritur: lanceatos & loricatos, tum & tormentula
rios equites hosti pone inermi opponunt. Prote
stantibus, enim præter equorum suorum exilita
tem hoc quoque accedebat incommodi, quod lo
ricis & lanceis carebant tormentulisque tantum
instructi erant: Et Pontificios equites peditum cu
neus ad quinque signa auxilio sequebatur. Altefu
lium autem concrematarum ædium ira stimula
bat, quæ prætereuntium Protestantium ignibus
conflagrauerant: Sed eidem Altefullio velitar
primum fortiter resistunt, ordinesque freque
tormentulorum grandine, (immissis & opportu
nè, à Mouuentio, quæ auxilium ferrent, nouis tor
mentulariorum cohortibus) diducunt: Burniqu
tus cum equitum ala labantes fundit disturba

que

que, lethalique Altefullius vulnere feritur: tum & ad dextram rem Poncenacus strenuè gerit, ipsoque Brissiæo, interfecto, tota cohors funditur fugatùrque: tum quoque à cæteris Pontificiorum turnis fœda fuga facta, insequentibus easdem Protestantibus, at propter equorum penuriam, qua multum Protestantes laborabant, minus damni Pontificiis illatum ac importatum fuit: & in ipso quidem hostili solo & capessendi instituto itineris, quod iis à Reformatis paratum liberumque relictum est: verum iisdem Pontificiis, partim ad vicinas, partim ad suas vrbes, perfugientibus, noua clades, (insperata plane ratione) accidit. Oppida enim quædam, vtpote: Claremontium, Riona, Mōferratum, Aquaperca & alia nonnulla circumstāt: Sed cum quidam Ductores, qui ad expeditionem istam proficiscebantur & triumphum ante victoriam nacti erant, domi edixissent ne fugientibus portas vrbis aperirent, fore siquidem vt vniuersus Condæi deleretur exercitus: ast belli alea speratam ipsorum victoriam elusit & ex immaturis victoribus, maturos victos effecit. Passim ergo, vt ante expeditionem præceperant, vrbium aditu, (in tanta vicini hostis consternatione,) arcebantur, iisque ad vicos villasque hinc inde dilapsis, rusticorum globis facti obuiam, à quibus partim necati, partim spoliati sunt, vt non minus à suis ipsis, quam ab hostibus incommodi senserint. Idipsum quod & Protestantibus mox accidisset: quorum cum aliquot cohortes, aliæque aliis è locis, (pro more persequentium) ad Cognacum vi-

1567.

Brissiæus in prælio interficitur cæterique Pontificii partim cæduntur partim in fugam vertuntur.

1567.

cum,vbi impedimenta relicta fuerant, redirent & sibi ipsis obuiæ ad intempestam noctem, per densam noctis caliginem sese non possent internoscere: non satis oportunè dato symbolo, tormentulorum confestim præcipitatis ictibus aliquot interfecti, & nobiles quidem viri Poncenacus & Sadaretus lethali accepto vulnere in domum suam vicinam delatus paucorum dierum spacio moritur, in illiusque cadauer, Sancalmontii & Vtsæi milites, post cladem acceptam domos irati repetunt & sepulchro effossum gladiorum ictibus, parum honesto, sed rabidarum ferarum more, feriunt, perq; lutum variè volutant. Insperata ista victoria Vicecomitum sociorumque copiæ lætabundæ Regionem Berrii ingrediuntur. Inde vxoris Condæi litteris sollicitati, Aurelianum (quoniam oppidum frequentibus vicinorum Pontificiorum excursionibus infestaretur,) veniunt, lætis omnium animis recipiuntur, maximo vero applausu nobilium fœminarum, quæ illuc firmioris præsidii causa antehac confugerant. Hostis verò qui frequens apud portas conspiciebatur, Bogenciacum hinc concessit.

[P]oncenacus ex vulnere moritur & in eius cadauer à Pontificiis militibus sauitur.

Aurelianum itaque cum, vti iã modo diximus, numeroso militum præsidio minimè satis munitũ esset, sed quotidianis fermè vicinorum Pontificiorum excursionibus fatigaretur, Vicecomites eorumdemue socii, quamprimum Aureliani conuenissent, hostem adoriri statuerunt, qui iam Bogenciaci ad Ligerim, aliquot illinc tantum milliaria, & Blæsis ad eamdem Ligeris ripam substiterat. Aureliano igitur quinque peditum millia & quingen-

[B]ogensiacum ac [B]lesa à [P]rotestantibus occupantur.

:os equites educunt, quatuor tormentis maiori- 1567.
bus adductis; vbi ad primum illius expeditionis ru-
morem Bogenciacum cedit: Quo occupato Blæ-
ſas oppidum amplum & opulentum contendunt,
quod à Richelieuuotribus octingentorum militũ,
præſidio tenebatur: ad prima autem dumtaxat
tentamina vrbis ſuburbium captum eſt; hinc de
deditione Dux præſidiariorum admonitus eam-
dem ſe facturum fortiter quidem vice prima recu-
ſat, ſed cum iteratis tormentorum maiorum icti-
bus mœnia adeo quaterentur, vt facta ingenti mu-
rorum ruina, hoſti facilimus concederetur aditus,
colloquium ſibi dari petiit: Quo impetrato rebuſ-
que vltro citroque ad multum ſermonem agitatis
de vrbe dedenda, ac vitæ vaſorumque conceſſa fa-
cultate, pactum eſt Ita Blæſas Reformati homines
cum copiis ſuis ingrediuntur: Pontificii verò ex
pactis conuentis diſcedunt & ab equitibus dedu-
cuntur, vix tamen auarus miles ab inconceſſa ſiue
prohibita præda ſibi temperauit, tantum hodier-
no hocce noſtro ſeculo inſolentiæ atque adeo to-
tius penè diſciplinæ militaris euerſionem, impor-
tarunt bellorum ciuilium intemperies, in omnia
omnium hominum genera; vt nihil vſpiam ſanctũ
fidumque amplius comperiatur: Quam impune
autem hodie milites quandoque in debellatos ſæ
uiant ac in victos, (etiam aliquando contra ſuorum
Ducum voluntatem,) graſſentur: tam rigide olim
apud Romanos & priſcas gentes diſciplina mili-
taris obſeruata fuit. Qualis autem & quam arcta
prudenterque, veterum Romanorum diſciplina
fuerit conſtituta? Flauius Ioſephus belli Iudaici

1567. scriptor elegantissimus & oculatus testis (lib. 3. d bel. Iud. c. 3.) ita eam recenset: Armorum quide exercitatione comparant, vt non modo CORPO RA, sed ANIMI quoque militum fortiores sin Maior autem illis est ex timore diligentia: nam le ges apud eos non desertionis solum, verum etia minimæ negligentiæ sunt capitales, ducesque ma gis, quam ipsæ leges terribiles. Namque bonos ho norando redimunt, ne in coercendis noxis vide antur crudeles; Tanto autem obsequio parent Re ctoribus vt & in pace ornamento sint, & in acie corpus vnius, totius conspiciatur exercitus: Sic eo rum copulati sunt ordines, ita circumduci sunt mobiles & acutis auribus ad præcepta, oculisque ad signa & ad opera manibus: vnde facere quidem semper strenui sunt: pati vero tardissimi. Nec est vbi prœliantes, aut multitudinem hostium aut cō silia sensere ducum, aut difficultatem Regionum: sed ne fortunæ quidem succubuere: Nam & ea certiorem putant esse victoriam. Quorum igitur (vt vlterius progreditur Iosephus,) actus à consiliis incipiunt, consultaque adeo strenuus exequitur exercitus, quid mirum si Euphrates ab Oriente, & Oceanus ab Occidente, itemque à Meridiano tractu Africæ fertilissima Regio & à Septentrione Rhenus atque Danubius sunt Imperii limites, cū minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit? Et doctiorum quorumdam Theolo gorum aliquot, in ea sunt opinione, hanc Roma norum exactam & accuratam disciplinam milita rem in Iesaiæ Prophetæ vaticinio, imprimis vero in fine quinti capitis, hisce prædictam esse: *Ecce fe-*

Milites nō solum corpore duntaxat, sed animo potissimum fortes, & more horū Romanorū Ducibus suis sint morigeri.

stimus velociter venit, (exercitus videlicet Romanus) *non est deficiens, neque laborans: non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius.* Ob hanc causam miles Romanus recte à Vegetio ita definitur nempe eum esse, qui sub Imperii Romani signa iurans in castris habitet, ad arma contra hostes expedienda semper paratum: duritiem pro Imperio perferre, & malum hostile, manu militari à Republica Romana arcere assuetum. Hæc stricta disciplina militaris diligenter admodum à D. Ambrosio, (Serm. 5. in Psal. 118.) obseruata & ad salutarem doctrinam translata est; *Miles*, inquit, *qui ingreditur iter viandi ordinem non ipse sibi disponit, nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluptuaria captat compendia, ne recedat à signis; sed itinerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud, præscripto incedit ordine cum armis suis ambulat; rectaque via conficit iter, vt inueniat commeatuum sibi parata subsidia. Si alio ambulauerit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non inuenit: quia Imperator his hæc iubet præparari omnia qui sequuntur, nec dextra, nec sinistra à præscripto itinere declinant: meritoque non deficit qui Imperatorem suum sequitur: moderate siquidem ambulat, quia Imperator non quid sibi vtile, sed quod omnibus possibile considerat: Ideo & stationes ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto die requiescit: Eliguntur ciuitates in quibus triduum, quatriduum & plures interponuntur dies, si aquis abundant, si commercijs frequentantur. Et ita sine labore conficitur iter, donec ad eam vrbem perueniatur, quæ quasi Regalis eligitur, in qua fessis exercitibus requies ministretur. Hanc legem* (pergit D. Ambrosius,) *esse præscriptam Christo ducente,*

1567.

Romani militis definitio Vegetii.

1567. *sanctis commeantibus recognoscas velim. Profecti sunt enim & Patres nostri de terra Aegypti per longa spacia terrarum, quorum statiua omnes, mansionesque descripta sunt, donec Cades ad Sanctorum terram peruenire tur &c.* Non solum autem Romani, sed etiam alii Reges & principes viri obseruarunt quam necessaria res sit disciplina & obedientia militum: econtra quanta damna & oppressiones subditorum, atque rerũ pernicies sequantur, vbi, eadem vel negligitur vel corrumpitur. Ideoque multę leges & ordinationes tam veteres quam recentes passim extant, Imprimis vero ex mandato Iustiniani Imperatoris, libellus de moribus & pœnis militaribus, græco ac latino idiomate typis publicis diuulgatus est, Extat insuper Sacri Romani Imperii Sanctio, Anno supra millesimũ quingẽtesimũ septuagesimo in Comitiis Spirensibus publicata, de disciplina militari equitum & peditum in Germania instituenda ac conseruanda, Sed vtinam ea quæ tam prudenter & vtiliter sancita sunt seruarentur: *Quid autem vana leges sine moribus proficiunt.* Corrupta autem disciplina inter milites, præsertim errones & tyrones, quam immensa damna sequantur; optimè intellexit & perpendit Ferdinandus Hispaniæ & Arragoniæ Rex prudentissimus. Is enim longa experientia bellorum edoctus, (vt Gomezius libr. 6. in tertia parte historiarum Hispanicarum de rebus gestis Ximenii testatur,) dicere *solitus* fuit: quod delectus, qui ex ignotis & vagis hominibus haberentur, potius perniciem quã vtilitatem in Rempublicã induceret: obscuros siqui-

Disciplina militaris necessitas.

Ferdinãdi Hispaniarum Regis de vagorũ militum delectu iudicium.

dem, immodestos, impuros, pessimique exempli 1567.
famosos istos homines, (quocumque tamdem accederent) ex rapto viuere, vicos & agros miserum in modum deuastare, imbellem plebem, hominesque subrusticos siue paganos multis modis affligere, infinita insuper adhuc scelera patrare. Vnde idem Ferdinandus, sæpenumero, expeditiones aliquas non alia de causa parandas esse aiebat, quam vt furibus, sicariis, ganeonibus & hominibus perditissimis, Hispanica iuuentus expurgaretur. Hoc consilio iam olim Periclem Atheniensium Imperatorem præstantissimum in Republica vsum fuisse ex historiarum monumentis didicimus, qui singulis annis classem adornare solebat, vt Athenas ab ignauis, turbulentis ac seditiosis hominibus quodammodo repurgaret, ac veluti malorum sentinam exhauriret ex naui Reipublicæ; minime siquidem viri isti prudentissimi ignorarunt, bellum cum alia plurima, tum illud quoq; imprimis in sese continere, quod & male animatis hominibus peccandi facultatem adferat & plerumque conniuentibus principibus necessitatem importet: idipsum quod Michael Hospitalius Galliæ Cancellarius elegantissimis versibus expressit incommoda belli hoc modo depingens:

Nemo vnquam bello melior fit, siue secunda
Siue mala, infelix, commiserit alite pugnam:
Bella docent homines peccare metumque Deorum
Excutiunt: pœnas infernaque tartara rident,
Hi quorum solis fiducia nititur armis:
Proposita esse bonis in cælo præmia rident, &c.

Et alibi belli vanitatem doctissimus iste Marcellus *Vide eius capricornu*

1567. Palingenius sequenti carmine detestatur, inquiens:

in vita Zodiaco pag. 301. 302.

O caeci, ô miseri: quid bellum pace putatis
Dignius, aut melius? nempe hoc nil turpius & nil
Quod magis humana procul à ratione recedat.
Nam ratio & leges si semper vbique vigerent,
Nusquam bella forent, pax inuiolata maneret.
Tunc furor & vitium laxis bacchantur habenis,
Tunc praui tollunt cristas & cornua sumunt
Impune occidunt, ferunt, rapiuntque, nec vlla
Iudicis admoniti formidine cuncta profanant.
Pax decet alma hominem, gaudet fera belua bello:
Arma amens amat, arma cupit quicunque laborem
Odit iners & inops, qui viuere luxuriose
Vult: quamuis nequeat non respondente crumena.
Proinde animam vendit pretio, seseque periclis
Obiicit, vt raptis alienis victor ouansque
Ad proprios referat praedam & spolia ampla penates.
At quicunque domi est diues, vel sufficienter
Arte potest aliqua sese nutrire suosque:
Militiam refugit pacemque libentius optat,
Sit nisi mens insana illi, insulsumque cerebrum.
At dices, etiam magni Regesque ducesque
Saepe armis delectantur, Martemque sequuntur.
Quid tum? nonne etiam magni Regesque Ducesque
Delirant saepe & vitiorum peste laborant,
Stultitiisque suis saepe vrbes exitio dant?
Et cum multa habeant cupiunt plura? Omnis auarus
Et si possideat quantum Tagus excipit auri,
Pauper, inops & egens tamen est. hoc ergo furore
Reges atque Duces, dira impelluntur in arma
Imperiumque sibi miserorum caede lucrantur.

Sed

1567.

Sed quamquam bellum turpe, exitiale nefandum est:
Non tamen vtilitatis habet nihil, omnia vafri
Fallacesque homines, vsura & fraudibus apti,
Agglomerant cumulantque sibi, quo tempore pax est:
At cum bella fremunt, miles male parta rapit vi
Tunc merito vulpes vlciscitur ira luporum.
Præmia tunc fortes astutis digna rependunt
Parque pari referunt: VARIAT SIC OMNIA TEMPVS, &c.

Sed hæc de disciplina militari Romanorum & hodiernorum nostrorum militum, deque vanitate bellorum hoc loco sufficiant: Itaq; ad Condæum nostrum iam reuertimur. Occupatis autem, vt ante diximus, à Protestantibus, Blæsis, Vicecomites & Mouuentius cum copiis suis militaribus mandato Condæi primum Montrichardum, deinde ad ipsum Condæum veniunt. Qua nouarum copiarum accessione facta, de obsidendo Carnuto init consilium. Sex autem diebus ante Condæi ad vrbem aduentum, firmum præsidium ad vrbis defensionem immittitur: ad vrbis custodiam Lignierius Ordinis eques cum cataphractorum quinquaginta tribus destinabatur. Missus quoque cum decem Vasconum signis Burdilezus, qui à Carnutensibus primum vrbis aditu repulsus militum insolentiam verentibus: Sed cum Burdilezus ab vrbe recessisset & ab exercitu Condæano vrbem obsidere parante circumcluderetur, à Lignierio periculo ereptus, cum ciuibus reconciliatus ac demum in vrbem intromissus est: inductæ duæ equitum vexillationes Charnio & Rencio Ductoribus & quinque signa peditum. Lignierius vrbem vbi

Carnutum firmo munitur præsidio & à Condæo obsidetur.

1567. primum fuisset ingressus, ciues ad patriam defendendam hortatus, deq; sua ad officium suum praestandum voluntate testatus: Rencio rerum ciuilium administrationem demandat, sibi vero militarium reseruat, omnia mæniorum loca perlustrat, pistrina, quod fluuij aqua deriuari posset, aliqua conficienda curat, quæ manibus & iumentis verterentur & cętera omnia summa cum diligentia perficit. Condæus econtra ad obsidionem vrbis arctissimam nihil faciebat reliqui vineis actis cratibusque aggestitiis exędificatis, tormenta ad Vestalium imponuntur vicinaque domicilia, vnde secure possent res per tormenta maiora ac minora geri, perforantur, vixque ad mæniorum summitatem apparentibus crebra tormentulorum grando compluebat, pluresque prius occisi, quam obiectum Lignierij linteum per mœnia prætereuntes, tegeret: crebra tamen ab oppidanis fiebāt oruptiones datis vtrimque & acceptis incōmodis. Egressi ex oppido qui integra adhuc ædificia perderent, quibus vtebatur exercitus, at repressi qui hoc ad Sanianum cœnobium moliebantur, nonnullis obtruncatis. Tormentis deinde aduersus Draezam portam tralatis cœptum effulminari, confractis pontis sublicij ferreis catenis, at parum hic promotum: inferius tormenta deducta, & conquassati muri ruina ad sedecim pedes constrata: imperuius tamen ad eam videbatur aditus, tum propter latam fossam intra vrbis pomæria, ad illas operas, à Lignietio factas, tum propter Druosæ propugnaculum, quod ad illum locum collimabat. Erat illud maximi momenti vtrique parti: itaq; omnis ad illud intercipiendum

opera

opera commode adhiberi videbatur: Cura Bordetio Santoni nobili viro data, vbi quidē in ipso puncto Bordetius interfectus, paulo tamen post propugnaculum istud à Protestantibus confestim occupatum est: sed illud ipsum summa Floiati industria Reformatis rursum ereptum fuit. Cum enim idem ipse Floiatus ad noctis serum, sexaginta milites, velo albato (quo colore Protestantes homines pro insigni suo vtebantur) incedentes per fossam immisisset & ad propugnaculum immisisset; statim facto impetu irruunt, præsidiarios nihil tale quidpiam cogitantes opprimunt, & propugnaculū hoc modo recipiunt: integrantur deinceps maiorum tormentorum tonitrua: Lignierio etiam ex vrbe per alia tormenta obtonante: ita vtrimque fortiter pugnatum est & pari ferme robore atq; fortitudine vrbs & oppugnabatur & defendebatur: Sed cum Condæus fluuium in vrbem illabentē, lignis obiectis fossisque diductis meatum alio deriuaret, oppidani ob id in summas angustias coniecti sunt, imprimis cum manuaria ista pistrina, quæ Lignierius ab initio conficienda curauerat, ipsis obsessis minime sufficerent: Cumq; Condæus per exploratores certior factus esset, Valettam cum aliquot turmis militum ad Hudanum vicum adesse, qui nomine Regis obsessis auxiliaretur: cōfestim Amiralius cum decem Gallorum sexque vexillationibus Germanorum Valettę missus obuiam: quo rumore cognito Valetta cum copiis suis cedit & oīa impedimenta, præ nimia festinatione, ad vicum istum post sese relinquit. Ita indies oppidanorum difficultates augebantur, qui vix certe, tam nume-

1567.

Valetta relictis impedimentis fugam capessit.

roso

1567. roso validoque exercitui, pares futuri videbantur: nec certe res in quibusdam Regni partibus è Pontificiorum sententia successuræ videbantur, nisi aliæ quam per apertum Martem, rationes ad debellandum quæsitæ fuissent. Magnas siquidem & vrbes & regiones Condæus in potestate sua habebat, vt & ingentem & validum exercitum, ita ab initio facilime pro victore haberetur ab omnibus. Itaq; ad Reginam missi sunt, qui suo nomine, Condæo pacis mentionem iniicerent & ad illam propediem constituendam, spem illi certam facerent. Condæus, quamuis eximias rei gerẽdæ occasiones (ditissima vrbe iam ꝑpe expugnata Germanorumque auxiliariorum maxima opportunitate) sibi offerri videret, tamen ad pacis nomen arrectior, permodeste Reginæ respondet: *Pace nihil sibi esse charius, cuius etiam causa coactus esset bellum hoc suscipere*. Et ne ludere videretur, vrbis oppugnationem intermittit, obsidionemq; languidius persequitur. Regina istis initiis elatior, ad Condæum remittit, vt quas conditiones vellet, dictaret, vt Rex quid facto opus esset eque sua dignitate Regnique incolumitate, cõsideraret & rebus agitandis ad dies aliquot petiit: merus tamen & exquisitus erat ludus, vt & vrbs imminenti periculo eriperetur & Condęo arma demerentur, quemadmodum postmodũ euentus demonstrauit. Proponit tandem hasce pacis conditiones Condæus: Vt ex edicti ad annum supra millesimum quingentesimum sexagesimũ secundum conditi præscripto, Reformatæ Religionis vsus constituatur atq; colatur, omnes additę interpretationes tollãtur: sanctę conscientiarũ paci

[margin: ...cis cõ... ...tiones ...Condæo ...gina ...posita]

caueа-

-ueatur, nec iniurias posthac fidelibus siue Re-formatis hominibus impune fieri fas sit: Disceptatum est ad aliquot particulariora petitionum Condæi capita: Tamdem vero ad illam formulã, quam ipse proposuerat, pax concluditur, edictumq; Regium conditur: Regem vt sui Regni, quod & hactenus grauissimis turbis concussum sit, atque etiamnum concutiatur (vnde nimirum infinitæ calamitates proficisci possint) paci tranquillitatique consulat prouideatque, de suæ matris fratrumque & sui consilij-priuati virũm sententiis, rebus omnibus prudenter perpensis atque consideratis, hæc statuisse atque iubere, vt ab omnibus obseruentur. Primum, vt ratum fixumque sit superius suum edidictum pacificationis, eius beneficio Reformatæ, quæ vocatur, Religionis homines pure ac simpliciter vtantur fruantur: omnibus ad illud additis interpretationibus plane sublatis: & diserte vti illa exceptio, quæ Nobiles arctabat in Religionis administrandæ facultate, omnino dematur nec cuiquam porro fraudi sit. Nobiles quoque, qui sunt ad prouinciæ Regionem, eo beneficio fruantur: reseruato præterea, vti iam constitutum sit, Merindolo tantum vniuersæ præfecturæ. Omnibus vt Reformatæ Religionis istius hominibus domum libere redeundi fas esto: & illi suarum facultatum dignitatumque possessioni plene restituantur. Ne sumptorum armorum aut cuiuscumque rei, quæ sumpta arma comitata sit aut consecuta, omniumue adeo rerum, quæ principis Condæi consanguinei suo mandato atque aucto-

ritate 1567.

1567. » ritate fuerint gestæ atque administratæ, quicquam
» postuletur: abrogatis omnibus edictis, arestis, sen-
» tentiis aduersus illos qui easdem gesserint, latis: vt
» nec ipsæ sententiæ, nec ipsarum executiones illis
» nec illorum liberis causamq; aliquo modo haben-
» tibus possit vmquam esse fraudi. Profiteri quoque,
» se Principem Condæum pro charo consanguineo
» ac fido famulo ac subdito habere ac ducere: oésq;
» eos vniuersim ac particulatim, qui illius auspicia in
» hoc bello secuti fuerint pro fidis subditis ac famu-
» lis. Illi quoque se largiri ac condonare omnem pe-
» cuniam, quæ vel ex suo ærario, vel ex Ecclesiasticis
» facultatib. sumpta sit: vt nec ipsi, nec iis, qui *ipsius*
» mandato pecunias illas administrauerint, possit
» quicquam à quoquam imposterum postulari. Item
» & monetæ fabricationem bellicarum omnium re-
» rum effectionem, tormentorũ tormentarij pulue-
» ris, munitionem, &c. Nec vt possint ea, quæ ab il-
» lius belli initio ad istius edicti promulgati diem, vs-
» que, fuerint è reditibus sumpta prædiorum Rusti-
» corum vrbanorumq; euendicari. Qui quidem de-
» signandus sit post hunc diem, quo conceditur tri-
» duo quidem in Senatu Parisino: octo vero diebus
» in aliis Parlamentis. Mandare vero se omnib. præ-
» sidib. Prouincialibus, vt confestim curent edictum
» istud promulgandum & quidem singulis in locis
» ne quis ignorationem possit prætexere: eo elapso
» die, quæ fuerint sumpta ex vtraq; parte, velle euen-
» dicationi condictionique esse obnoxia: mandare
» se itidem singulis ac vniuersis Parlamentis vt istius
» edicti promulgationem quamprimum edant, nul-
» la mora interposita & in publicos commentarios

refe-

referant: se tamen velle, vt Lutetia & ipsius præfe- 1567.
ctura ab omni Religionis istius Reformatæ, quæ dicitur, exercitio sint immunes, ex superioris nimirum edicti illius præscripto: Post edicti illius promulgationem velle se ac iubere, vti Reformatę Religionis homines ab armis abstineant, vrbes reddant atq; restituant omnesq; bellicos commeatus, quos penes sese habuerint: captiuiq; seu bello, siue Religionis causa, ab istius edicti promulgati tempore confestim liberentur. Atque vt omnium perturbationum occasiones tollantur, iubere se ac mandare, omnium vti rerum Religionis bellorumq; istorum causa gestarum memoria, sempiterna obliuione sepeliatur: nec cuiquam fas sit quemquam verbo factoue, propter res istas, lacessere: aut vna disputare nec contendere: at omnes vna quemadmodum ciues, amicos fratresq; decet pacate viuere. Et illius Religiosis hominib. præcipere ac mandare se, vt omnibus fœderibus, quæ fecerint extra aut intra Regni fines, continuo discedant: nec imposterum eis liceat facere, nec pecuniarum tributa collectasque actitare: nec alios cœtus agere, quam q sint à superiori illo edicto permissi & omnes quidē sine armis: Ne Ecclesiasticos homines vllo modo nec sermone nec reipsa interturbent, sed illos in suarum facultatū rerumq; vsu pacatos relinquant: velle denique ac iubere, vt hæc omnia ab omnibus suis peræq; subditis præstentur atq; obseruentur: qui secus fecerit, se illius pœnam ex facti existimatione minari seque mandare, vt vbique, pro more, solemniter hoc edictum promulgetur.

Hic itaque, secundi istius belli fuit exitus, quod

1567. *Edictum de pace cum Condaeo incũda quem in finem promulgatum fuerit.*

per integrum ferme semestre durauit. In quo b haud quicquam memorabile actum est, nisi i ipsum pacis edictum, quod iam modo comme rauimus. Singularem nimirum artem istam, ad menda Condæo & sociis arma, excogitatam fu perspicuum est, adque amandandas Germano auxiliares copias, quarum recuperandarum, s mam difficultatem Condęo postea futuram ap rebat. Hanc vero opprimendorũ Reformato rationem ita à Pontificiis vsurpatam norit post tas: Iureiurando nimirum (cuius alias aucto passim apud omnes gentes & homines sacrosan est) Deique nomine ad illud confirmandum ad bito, contempto proculcatoque: Regia fide p stituta, omnibus deniq; humanæ societatis vinc lis dissolutis violatisque: quæ quam vera sint, ipsa testatur, quemadmodum suis apparebit, & ctuosa effecta grauissimo Nobilissimi Regni Gal ci incommodo ac detrimẽto, satis superq; demo strarunt. Sed hoc nec alio modo ferebant tempo vt Protestantes vltro quasi hisce laqueis sese inuo uerent, non obscuras tamen prudẽtioribus (sim latæ pacis obtentu) decipulas. Maximam aũt com muni illi voto occasionem prębebant Condæi p morumq; quorumdã voluntates, qui quoquo m do bello finem imponi cupiebant, rebus non ad prudenter satis perpensis ac consideratis. Ex ips rum siquidem rerum experientia compertũ est il los imprudẽti præcipitantia sese & alios prodidis se: cauebatur per edictum Nobilibus: popul⁹ pr sidiariorum iræ & vecordiæ condonabatur: vrbe miseri populi labore & sanguine partæ ad popu

danienam carnificib. Præsidiariis replebantur. Hique repetiti fuere exitus bellorum ciuilium. Itaq; hic condemnatur Condæi administratio, qui & sese & alios, quorum fere sumptibus bellum gerebatur, non tantum præsenti rerum conficiendarum facultate (dum videlicet expeditissimũ exercitum dimittit) denudauit; verum etiam noxia simplicitate, Regiæ personæ obtentu, vrbes hostibus condonat ad nouarum calamitatũ semina. Perlato igitur ad Condæi castra edicto atque solemniter ibidem promulgato, magna omnium animos lætitia tenebat, coniuges, liberos, domos inuisere cupientium: maxime vero quod per illud edictum, libertas aliquã Religionis concederetur. Itaque Condæus continuo dimittit exercitum, Ducemq; Casimirum cum Germanorum copiis auxiliarib. domum repetentem, peractis prius de tam opportuno beneficio gratiis, honorificentissime curauit deducendum. Ipse vero paucis comitatus domum quoque in Picardiam proficiscitur: litterisq; hinc inde ad Protestantes diuersimodis in vrbib. commorantes datis, eosdem hortatur, vt secũdum edicti Regij formulam & pacta cõuenta vrbibus, quas adhuc tenerent, quamprimum excederent, in quo mox omnes ferme dicto habuit morigeros. Sed cũ hæc Casimiri in Galliam expeditio in primordium anni sequentis coinciderint, annum huncce nostrum supra millesimum quingentesimum septimum concludamus & quæ porro narratu digna nobis fuerint obuia sequenti libro explicemus.

1567. Condæi administratio bellica vbi reprahensionem mereatur.

1568.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER OCTAVVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Arolus Hispaniarum regis filius in suspicionem apud patrem incidit: Ludouicus Foxius clandestinas machinationes molitur: Carolus ex insidiis noctu capitur: Iussu patris veneno necatur: Albertus Dux Borussiæ moritur: Iulius Dux Brunsuicensis ad gubernacula regiminis euehitur: Albertus Dux Bauariæ Arausiensem, cum Albano frustra reconciliare conatur: Coquevillius Lutetiæ securi percutitur: Elector Palatinus ingentem vim pecuniæ Hispanicæ Manheimij intercipit: Veda arx Arembergij Comitis à Ludouico Nassouio occupatur: Adolphus Nassouius & Arembergius in prælio fortiter cadunt: Carolus Primus Comes Megensis sclopeti ictu vulneratus moritur: Lamoraldus Egmondanus & Hornanus Comites capitis supplicio afficiuntur: Egmondani ad falsa narrata responsio: Eiusdem ad Regem Hispa-

iarum ante mortem littera: Hornanus ad confessionem 1568.
delictorum cogitur; Arsius Baro vna cum aliis sicariis capitur; Condaus ad euitandas hostium insidias Nucetum se recipit; causa cur hactenus rescriptis Regiis Galliæ nulla fides fuerit habita: Nobilibus Galliæ formulam Iurisiurandi à ege præscriptam acceptare recusat; Iurisiurandi formula xaminatur; ducenti protestantium Blesis trucidantur: Rupellenses cur motus intestinos concitauerint: Condæus b summum sibi structū periculum Nuceto discedit: Eiusdē ad Regem ante discessum litera & querimonia: Turbarum Gallicarum Cardinalis Lotharenus auctor: Cardinalis Lothareni consilia: Quis auctor sit confraternitatis in Gallia, describitur: Querela regis Galliæ de administrorum suorum inobedientia; Maximilianus Cæsar cum Imperatore Turcico paciscitur; Ericus Rex Sueciæ concubinam suam solemnibus nuptiis in matrimonum ducit; Stocholmia à Ioanne Duce Finlandiæ deditione capitur: Condæus se nihil contra regem hostiliter suscepturum publice attestatur: San Ianum Angelicum & aliæ vrbes Pontificiorum Condæo sese dedunt; Protestantibus per edictum omne exercitium religionis interdicitur; Sententia contra Protestantes in Gallia: Summa diplomatis Pontificis contra Protestantes describitur: Princeps Orengianus ex Belgio in Galliam cum exercitu proficiscitur: Protestantes in Belgio sub Albano persequuntur: Germani ab Aumalio ad defectionem sollicitantur: Berbeciæus Nucetum contra dictam fidem diripit: Exercitus Condai & Andij in hyberna deducuntur.

1568. *Gulielmus Nassouius, Hochstratanus & alij Proceres ab Albano citantur.*



Rimo huius ineuntis anni mense die quidem, secundum supputationem quorumdam, decimonono: Gulielmus Nassouius Arausiensis Princeps vna cum Antonio Lalanio Hochstratano comite, per generalem consistorij Brabantini Procuratorem publico, iussu Albani Ducis, edicto, ad dicendam causam Bruxellas citantur. Paulo post quoq; eiusdem Albani mandato, Culembergicus Bergensis, Brederodius & alij adhuc nonnulli proceres, publico ad valuas adfixo programmate, citati sunt. Ad citationem autem istam Albani, Arausiensis & Hochstratanus postea Dillemburgi prolixo scripto responderunt & dilutis accusationum singulis capitibus & oium malorū ac tumultuum causa in Hispanicam Inquisitionem reiecta, multis rationibus id astu ac tyrannide Hispanorum agi demonstrant: vt ita patriæ libertate (sub prætextu tñ Religionis) labefactata, priuilegia, immunitates ac antiqua iura Regionum istarum Belgicarum aboleatur, earumdemue incolæ in miserabilem captiuitatē abducantur: tum multis verbis in nouorum Episcoporum creationē, Tridentini Concilij promulgationē & fastuosam Cardinalis Granuellani ambitionem ac inflatam arrogantiam inuehuntur & postremo nihil à sese factum contendunt, quam quod ad cōseruandam libertatem & pacis ac tranquillitatis publicæ constitutionem pertineret: Inde Philippus Guilielmus Nassouius Arausiensis filius duodecim annorum adolescens, qui tum temporis Louanij literis operam nouabat, iussu Albani Antuerpiam primo, paulo post vero in Hispaniam

ptiuus deductus est, & id quidem in decimum 1568.
extum diem Februarij coincidit.

Vicesimo autem secundo die eiusdem mensis, Guilielmus, Alberti Ducis Bauariæ filius natu maximus, cũ Renata vel Reynalda Frãcisci Lotharingiæ Ducis filia, nuptias Monachij magna ac splendida pompa celebrauit: Penes alios autem S. Rom. Imperij proceres festiuitatem istarum nuptiarum præsentia sua honorificẽtissima cohonestarũt, Ferdinandus & Carolus fratres Germani Archiduces Austriæ cum mille quingẽtis: Archiepiscopus Salisburgensis cũ octuaginta; Cardinalis Augustanus cum centũ: Christina Frãcisci Ducis Lotharingiæ relicta vidua itidẽ cum centũ: Dorothea Christinæ filius soror ac Friderici huius nominis secundi Electoris Palatini vidua sexaginta duobus: Eberhard⁹ Dux Wirtembergicus trecentis: Nicolaus Comes Vaudemontius Frãcisci Ducis Lotharingiæ frater cũ centũ & septuaginta quatuor: Ordinis Teutonici Magister, S. Cæsareæ Maiestatis Legatus cum centũ equitibus: Sed nomine Regis Hispaniarum aderat Carol⁹, Comes Zolleranus: loco Catharinę Reginæ Poloniæ Diethoffeni⁹ Losensteynius: Friderici aũt eius nominis tertij Electoris, Palatini vices agebat Fridericus Baro Limburgicus S. Rom. Imperij Archipocillator hæreditarius: Augusti Electoris Saxoniæ locum tenebant Güntherus Comes Schwarceburgicus & Heinricus Gleyssenthal⁹, Guilielmi vero Ducis Iuliacẽsis, Cleuensis, &c. Otto Wallbotius: Loco Philiberti Marchionis Badensis aderat N. Langmantelius: Similiter & Dux Florentinus Troilum Vrsinum: Augusta Vindelicorum Chrysostomum Peutingerũ, Hieronymum

Nuptiæ inter Guilielmum Principem Bauariæ & Renatam Ducissam Lotharingiæ.

1568. Imhofium & Georgium Tradelium Iuris vtriusq; Doctorem; Norimberga vero Georgium Volckamerum & Thomam Lœffelholtzium ad prænominatas nuptias principales ablegauerant.

Carolus Philippi Hispaniarum Regis filius, in suspicionem apud patrem incidit.

De Carolo Hispanorum Principe in carcerem à parente coniecto varij, eodem hocce tempore, rumores varie spargebantur: ferebant enim illum nimia regnãdi cupiditate & iuuenili ardore seductum, parenti nouarum rerum de se suspicioné excitasse: quam suspicionem auxere sermones (quasi Belgarum sortem doleret) qui ab emissariis excepti & ad parentem delati fuerant: quos sic pater accipiebat, quasi fili9 secretam fugam & clandestinam quamdam profectionem in Belgium meditaretur: manifesta insuper odia notauerat cõtra Albanum, Rodericũ Gomesium Siluam, & Ioannẽ Austrium nothum, principem locum in aula Hispanica obtinentes: induxerat & in animum sibi à filio paratas esse insidias hac potissimum de causa, q̃ binos sclopetulos summa arte fabrefactos, in caligis (quas p amplas de more gentis gestare solebat) suis quotidie secum circumferret, quæ omnia Parens ex Ludouico Foxio antea resciuerat: Non.n. multo ante idem ille Foxius à Carolo Principe rogatus fuerat, vt sibi librũ tanto pondere fabricaret, cui9 ictu hominẽ exanimare posset: Et ille quidem non abnuit, sed librum duodecim tabellarum, è lapide cyaneo constantẽ sex pollicum longitudine & quatuor latitudine, laminis chalibeis & desuper aureis contectũ compegerat, q̃ libras quatuordecim & circiter pendebat, q̃, & patri quãprimũ renũciauit: id vero Carol9 ideo, attestãte eodẽ Foxio, sibi fabricari volebat,

Ludouicus Foxius clãdestinarum & artificiosissimarum machinarum architectus solertissimus.

lebat, q in annalibus Hispanicis quodã in loco legisset, Episcopum quempiam captiuum, laterem magnitudine Breuiarii, corio contegendum curasse, cuius ictu custodem sibi attributum interfecisse, & ita è vinculis saluum & incolumem euasisse: 1568.
Cum vero solus sine vllo famulitio somnum capere solitus esset Carolus, machinam & sibi per Foxium fabricari curauerat, qua in lecto decumbens ianuam cubiculi per trochleas aperire & reserare posset: Sic vero inquieti animi princeps somnum capiebat, vt sub puluinari duos strictos gladios & totidem sclopetos ad displodendum instructissimos, & in arca insuper duos maiores sclopetos puluere tormentario & glandibus oneratos in promptu semper haberet: quæ clandestina arma non immerito illum apud parentem suspectum reddebant, qui tamen hactenus dolorem suum dissimulatione texerat: sed familiari colloquio cum sacerdote quodam habito, (quod videlicet hominem intermere secum statuisset & ob id absolutionem delictorum, qualicunque modo, ad publicam offensionem euitandam, id fieri posset, petere,) cum sacerdos minimè consentire vellet, sed ad Regem, parentem Caroli omnia deferret: pater illum ipsum sese esse, quem filius peteret, confestim respondebat & ob id quamprimum sibi prospectum pollicebatur. His itaque & similibus indiciis, (plura etenim de nimia familiaritate Eliesabethæ nouercæ ipsius hic prætereo, quorum fides penes auctorem siet,) ac testimoniis suspicax ac imperiosus pater confirmatus, re primus cum Inquisitione Hispanica communicata, (qua inconsulta ille siue

1568. superstitione, siue simulatione Religionis, nihil magni momenti tota fermè vita gessit,) filii conatus interuertere eumdemque suæ potestati subiicere statuit: Quod cum interdiu & per vim apertam fieri periculosum & simul iniuriosum visum esset, (quippe cum ferox iste iuuenis hominibus sui similibus stiparetur & sclopetos instructos ab ipso occultari crederetur,) noctu id tentari placuit: re ita composita: Foxius is, cuius in ipso fermè huius tragœdiæ limine mentionem fecimus, trochleas, quibus ostium cubiculi principis Caroli obserabatur, sufflaminare iussus, id quod tanta arte ac industria perfecit, vt cum ille è lecto, pessulum pro more suo obdidisset, ita clausum ostium putaret, vt illud sine vi ac fragore aperiri haud posset: sed alius adhuc metus suberat, ne videlicet ingressu patris expergefactus princeps sclopetis & gladiis strictis, (quos ille sub puluillo contegebat, & quibus scite admodum supra conditionem suam vti didicerat,) rem gereret. Itaque Lermæ Comes profunda iam nocte conclaue Caroli, summo silentio ingredi & sclopetos ac gladios sub puluinari latitantes clanculum subducere iubetur: quo facto arcam, in qua quatuor maiores sclopetos semper paratos siue instructos asseruabat, insidet: tum parens sequitur quem Rodericus Gomesius Silua, Feriæ Dux, commendator maior, & Didacus Cordubensis præcedebant. Illo ipso autem tempore princeps iste iam omnium miserrimus, nusquam altiore somno sepultus fuit, ita vt ad irrumpentium strepitum minimè excitatus, pulsante eum cubito Silua, vix ex-

...arolus ...spania- ...m Prin... ...s noctu ... insidiis ...arente ...pitur ac ...ptiuus ...raditur.

per

ergefieri potuerit. Tamdem depulso somno, vbi 1568.
e captum & patrem adesse cognouit, se mortuum
nclamans, etiam astantes, vt se interficerent lamentabili
eiulatione rogauit: cui parens respondit: atqui non vt te occidam, huc veni, sed vt castigatione
paterna ad meliorem frugem te reducam: statimque eum graui oratione increpitum surgere
iubet, amotoque omni antehac consueto famulitio, custodes ei apponit, qui vestimento lugubri
miserum principem induunt nigrumque pileum capiti imponunt, aulæis ac lecto principali magnificentia
strato, mox detractis & ex omni Regia supellectile curule grabatum, cum culcitra, reliquum
fecerunt. Ita Carolus omni ope destitutus, ex desperatione in furorem vertitur: & cum à paucis custodiretur,
accenso tunc luculento, ob nimiam asperitatem hyemis, igne, in prunas se totum immisit, vnde vix
vestimento & tunica interiore lintea combustis, nec illæso omnino corpore à custodibus retrahi potuit:
sed cum hæc non successissent: alia via mortem sibi consciscere aggreditur: biduo enim sine potu
exacto, tertio die tanta sese frigida ingurgitauit, vt quin medius rumperetur, parum abfuerit, rursum
fame, per aliquot dierum inediam, collecta, pastillis carne coctu difficili fartis tam copiose ventrem
exsaturauit, vt pœnè suffocatus sit: addidit insuper Petrus Iustinianus Patricius Venetus, Carolum
adamante ori iniecto sese strangulare conatum, sed custodibus maturè siue intempore succurrentibus
fuisse impeditum. Philippus igitur videns filium neque vlla ratione, nec

Desperabundus in furorem vertitur.

aspe

1568. asperiore castigatione in viam reduci posse: ne rursum cum Inquisitione communicata, æquum iudicauit, (priusquam sibi ipsi detestando parricidio manus inferret;) ei tamquam reo damnato vim à legitimo Magistratu intentari, quod vt Regii nominis Maiestati consuleretur, clam factum propinato in iusculis veneno: quo sumpto paucarum horarum interuallo, viribus linquentibus defecit postquam vicesimum septimum ætatis annum attigisset.

...tris ius- ...veneno ...tatur.

Mensis Martii die vicesimo, Albertus Dux Borussiæ Friderici Marchionis Brãdeburgici, Onolsbachii cum aulica sua familia commorantis, filius, quum per quinquaginta sex annos integros Ducatui Borussiaco, fortiter, iuste ac sapienter præfuisset, doctrinamque Ecclesiæ ac litterarum studia, piè & benignè fouisset: tandem Tapiæ in arce piè in Christo Iesu seruatore suo quem tantopere hic dilexerat, obdormiuit. Paucis autem horis Anna Maria Alberti vxor, Erici Ducis Brunsvvicensis filia, maritum secuta est & Albertum Fridericum quindecim annorum adolescentem, qui parenti suo in imperio succeßit, post sese reliquit: totidem fermè cum Alberto annos, patrio Ducatui, Heinricus Dux Brunsvvicensis, Heinrici filius, Guilielmi nepos, multis & variis Fortunæ vicibus iactatus Pontificiæque Religionis in Saxonia vindex acerrimus, præfuit. Hic siquidem annum ætatis octuagesimum ingressus hoc eodem anno è viuis sublatus est: superstite ex Maria, Heinrici Comitis Wirtenbergensis filia Vlrici Ducis sorore, vnico filio Iulio: quem dum viuerent fratres, (Carolus nimi-

...bertus ...ux Bo- ...ssia mo- ...ur, qui ...ucatum ...varum ...eruallo ...uxà Ma- ...coniux, ...sequi- ...r.

rum

rum victor & Philippus Magnus,) pater sacris destinauerat: sicut etiam Padebornæ coadiutor ab Episcopo Remberto & Mindensis Episcopus Iulius designatus est. Sed interfectis eadem æstate, in prælio ad Siuershusiam cum Marchione Alberto fratribus: Canonicorum collegia deseruit, quorum non solummodo doctrinam siue ritus, verum etiã eorumdem mores planè auersabatur. Itaque ad patriæ gubernationem euectus, primam curam inspiciendi doctrinam & ritus Ecclesiarum & cœnobiorum in vniuerso suo Ducatu & ad verbi diuini ac confessionis Augustanæ normam emendandi suscepit: nec vt multi alii principes, prætextu Euãgelii prorsus monasteria euertit aut in præfecturas prophanas conuertit, sed viceversá, conseruatis in suo statu ac dignitate prælatis, (qui Ducatus membra, vt antiquitus fuerunt, ita & etiamnum manent,) Scholas puerorum ac virginum, quotidianis studiorum & piarum cantionum exercitiis præscriptis, effecit: quemadmodum illud ipsum liber continens doctrinam & ordinem Ecclesiarum & cœnobiorum totius Ducatus, congruens ad deformationem monasteriorum in Ducatu Wirtembergico, à laudatissimo principe & verè Christophoro, consobrino suo, institutam publicis typis diuulgatus demonstrauit. Cum autem inter cætera ditionis Brunsvvicensis cœnobia vnum ex pcipuis ac florentissimis sit Rittershusense, ad primum ab vrbe Brunsvviga lapidem iactum situm: operæ pretium me facturum existimaui, si nomina ac seriem istius Monasterii Abbatum, qui inde ab initio vsque illi præfuere, hic ordine recenserem:

1568.

Iulius Dux Brunsvvicensis ad gubernacula Reipublicæ euehitur.

Eius

1568.

Riddagus à VVende monasterii Ritterhusensis prope Brunsvigam fundator ac eiusdem Abbatum nomina.

Eius autem primus fundator ac conditor fuit, Riddagus à Wenden vir nobilissimus & pietatis laude clarissimus, à quo vera ac genuina appellatione, *cænobium Riddageshausen*, in veteribus litterarum monumentis nuncupatur. Abbas primus fuit Robertus Anno Christi supra millesimum, centesimo quadragesimo quinto tempore Conradi Tertii Romanorum Imperatoris. II. Bertramus qui cæpit Anno Christi seruatoris nostri millesimo centesimo nonagesimo tertio. III. Amelungus. IV. Baldevvinus. V. Conradus. VI. Arnoldus. VII. Cunradus. IIX. Ioannes. IX. Ludolphus. X. Hermannus qui ab Abbatia sua initium fecit, Anno millesimo, ducentesimo septuagesimo septimo. XI. Conradus Tertius. XII. Otto. XIII. Reinerus. XIV. Ioannes Secundus. XV. Hardevvicus. XVI. Didericus. XVII. Fridericus. IIXX. Ioannes Tertius. IXX. Eggelingus. XX. Didericus secundus qui cæpit Anno à partu virgineo millesimo, trecẽtesimo sexagesimo sexto. XXI. Hermannus secundus. XXII. Heinricus. XXIII. Burchardus. XXIV. Hermannus Tertius. XXV. Heinricus Secundus. XXVI. Baldevvinus. XXVII. Ioannes Quartus. IIXXX. Ioannes Quintus. IXXX. Matthias: Iterum Ioannes Quintus. XXX. Ebertus qui cæpit Anno Saluatoris nostri Iesu Christi millesimo, quadringentesimo, septuagesimo tertio. XXXI. Borchardus secundus Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. XXXII. Hermannus Quartus A. C. supra millesimum, quingentesimum tertio. XXXIII. Ioannes sextus A. C. millesimo quingentesimo trigesimo primo. XXXIV.

Lam-

Lambertus A. C. M. D. XXXVI. cuius tempore in bellis Brunsvvicensibus cœnobium aliquoties direptum & tamdem A. C. M. D. LIII. prorsus destructum est. XXXV. Iodocus qui sequente, post destructionem, anno istius ædificia paulatim instaurare cæpit. XXXVI. Ioannes septimus cognomento Lotbeer A. C. M. D. LVII. qui templum & cæteras Monasterii domos, vt essent domicilia veræ de Deo doctrinæ, honestæ disciplinæ & exercitiorum pietatis, tursum exædificauit & splendide expoliuit. Puram insuper Euangelii doctrinam, pietate & auctoritate Iulii, Ducis Brunsvvicensis ac Lunæburgensis, in Ecclesiis sui Ducatus plantatam hoc ipso A. C. M. D. LXVIII. veneranda cum pietate amplexus est, & studia pietatis, bonarum litterarum ac verè Dominici Scholam seruitii, in monasterio suo instituit, ad quem omnes viri boni ac litterati, tamquam ad aram salutis confugerunt, illiusque opem & auxilium, nec irrito conatu, implorarunt. 1568.

Auraicus interea, quem cum Hochstratano & nonnullis adhuc aliis Proceribus, ab Albano, Bruxellas publico programmate citatum fuisse diximus; cum eiusdem responsio apologetica & excusatoria locum apud Albanum nuspiam inueniret: datis ad Protestantes principes ac ciuitates litteris; opemque & auxilium aduersus Albanum implorat; quem non dumtaxat vniuerso Belgio, verùm etiam, omnibus ac singulis Romano-Catholicam Religionem minimè amplectentibus mortem, imo grauis morte duriorem seruitu- *Albertus Dux Bauariæ Arausionensem cum Albano frustra reconciliare conatur.*

1568. tem minari, affirmabat: Cum vero Germaniæ aliquot principes, reconciliationem inter Arausiensem & Albanum meditarentur, imprimis vero Albertus Dux Bauariæ hoc ipso in negotio multum laboraret: & Philippus Rex Hispanorum econtra nullam eius mentionem, (nisi prius Albani potestati se submisisset,) fieri nollet, plus inde gratiæ & fauoris Auraicus consecutus est, tandemque tantum obtinuit vt octo equitum & quindecim peditum millia principum ex Belgio profugorum sumptibus conscriberentur, vbi plerique qui tum temporis ex Gallia reuertebantur Auraico & Ludouico Nassouiensibus fratribus germanis, operam suam promptissimam pollicerentur. Hoc autem Arausiensis sibi in animum induxerat, vt Albanus multis simul in locis oppugnaretur; in Geldria nimirum, Brabantia & agro Iuliacensi: in Frisia vero Ludouico fratre negotium istud promouentibus. Sed cum Coqueuillius, coacto ex Gallis, Belgis & Anglis milite iussu Arausiensis & tacito (vt ferebatur) Condæi nomine, in finibus Artesiæ irruptionem faceret & Albanus hac ipsa de causa Galliæ Regem per Philippi Hispaniarum Regis in Gallia Oratorem admoneret: Rex confestim datis ad Condæum litteris, sciscitatur an Coqueuillius, qui ipsi nuper militauerat, hæc, pace iam facta, suo iussu faciat necne? quod cum Condæus constanter pernegaret, nec sua interesse quid Coqueuillius ageret, responderet: Rex statim Arturo Cossæo Marescallo imperat, vt assumptis secum Picardiæ præsidiis errones istos latrocinia publica exercentes, in ordinem redigeret & persequeretur. Is ergo Coqueuillium

Coqueuillius Lutetiæ securi percutitur.

ad

d Valerii fanum in Somonæ æstuario assecutus 19
intra oppidum cum sexcenenis peditibus & ducen-
is equitibus eumdem offendit & locum obsidione
ingit: moxque admotis tormentis & muro quassa-
o, dum Coqueuillius & Amandus ruinas resarcire
conantur, diuersa parte Cossæani certis quibusdã
conditionibus intromittuntur: Quo facto Coque-
uillius se in vicinam domum recipit, vbi paulo post
cum Amando & Valente captus est, haud magna
suorum clade facta: Belgæ vero ad vnum omnes
cæsi, sed Galli à Cossæo conseruati, captiui Duces
vero sub firma custodia Lutetiam missi & tamquã
transfores securi percussi sunt. Dumque hæc age-
rentur Albanus in multas grauissimas calamitates
& angustias coniectus est. Elector enim Palatinus
postquam cognouisset, quod sub specie liberi
commercii magna monetæ veteræ summa à Mer-
catoribus Italicis per Germaniam, secundo Rhe-
no, expottaretur in Belgium, Manhemii (qui locus
vectigali exigendo destinatus est,) per suos naui-
gium duodecimo die Martii inhibet, & omnem
pecuniam Heydelbergam transportari imperat,
vbi & eius descriptio facta est; secundum enim Hi-
spanorum supputationem & confessionem spon-
taneam, pecuniæ istius interceptæ summa ad cen-
tum Quinquaginta Ducatorum millia sese exten-
debat. Quocirca hanc eamdem ob causam Alba-
nus, nomine Regis Hispaniarum, quamprimum
apud Septemuirum Palatinum conqueritur: sed
cum Ioannes & Ioannes-Antonius Grimaldi eam
sibi restitui peterent, & Christophorus Centurio

Elect. Pala. inger. vim ... neca. bem. teras

1568. Luciani fratris nomine & Augustini Spinolæ, Thomæ Flisci Genuensium, cum litteris commendatitiis Emanuelis Ducis Sabaudiæ, eamdem à Palatino pecuniam reposcerent: Palatinus econtra Imperii decretum Anno nimirum supra millesimum quingentesimum quinquagesimonono promulgatum vrgebat, & pœnam defraudati vectigalis commissam arguebat, dimissis cum rei, prout gesta fuerat, testimonio publico institoribus & nautis: tamdem tamen post longas ac diuersimodas contentiones Genuenses ex necessitate cum interuentu Ducis Albani preces & precibus eidem minas quandoque addentis, cum Palatino sic transegere vt culpa se minimè caruisse, ostenderent.

Vedā arx Arembergii Comitis à Ludouico Nassouio oppugnatur.

Ast in Frisia longè maior clades accepta est. Ludouicus enim Arausiensis frater Nassouius, postquam, sub initium mensis Maij cum septem peditum millibus & aliquot equitibus, in Frisiam descendisset, eam prouinciam peruagatus Vedam Arembergici Comitis arcem, (quæ ex Orientali Frisia in Grœningensem agrum inuadentibus præbet aditum,) obsidione cinxerat: & Delphico pago haud longè hinc portu commodo, infra Amasi fluuii ostium, muniendo diligenter incumbebat: occupato etiam Damo, quod Grœninga & pago illo æquali fermè spacio distat. Quod cum Albanus cognouisset, Arembergio Frisiæ præsidi dat in mandatis, vt cum quinque legionis suæ signis Ludouico iret obuiam, illumque prouinciam istam longè lateque deuastantem loco pelleret. Itidem & Bracamontio imperat, vt cum viginti signis, & Megensi

vt cum

t cum quatuor Germanorum signis & tribus leuis 1568.
rmaturæ alis sese cum Arembergio coniungeret:
um iis ille & sex minoribus tormentis Grœninga
d Nassouium; (antequam numerosiores ille co-
ias colligeret,) insequendū exit & Damū versus
ontendit, vbi fœderati conuenerant: Quo cum p-
emisset; p̄misso peditatu Hispanico leuibus p̄liis
nitio certabatur: sed deteriore prima vice, Nasso-
uiorū conditione, qui tandē locū, certis quibusdā
ausis obstantibus; deserunt & tribus ab vrbe leu-
is castra sua metantur, in cœnobio nempe Helli-
gersiano: eo illos veluti fugientes insecutus Arem-
bergius, & eadem qua ad Damum pugna velitaria
certatū fuerat, eodem die cum hoste siue spe certæ
victoriæ siue priuata iniuria stimulatus; quod ar-
cem suam Vedam occupasset & tam fœde diripuis-
set, quamprimum cum eodem confligere statuit,
non expectato Megēsi; qui maximis, quantū pote-
rat itineribus ad eum contendebat. Decimo itaq;
die Iunii ad Helligersiana Nassouii castra properat:
cuius aduentu certior factus Nassouius in puncto
aciem instruit, & ante lucum, cui palus vliginosa
suberat; agmen quadratum statim ordine dispo-
nit: & ad læuam in dorso cliui; qui tumulum clau-
debat, alterum collocat, quod tria sclopetariorum
millia & circiter complectebatur: ad dextram ve-
ro equitatus constiterat; dispositis ante aciem
volonibus: ita insessis aditibus; iter angustum
(iuxta lucum per collem, quo ad cœnobium ad-
itus patebat,) tantum adhuc restabat. Itaque
postquam Arembergius eo peruenisset statim
tormenta aduehi imperat, Hispanis gradum ac-

1568. celerare iussis, vt cum Nassouii Volonibus cong-
derentur: sed cum collis inter vtramque par
intercederet, confœderati displosionibus torm
torum minus infestati sunt: itaque promota
menta & dum transferuntur, cum hostis sen
pedem referre videretur, Arembergius cum f
meditari ratus, cum trecentis Curtii Martinel
quitibus, (neque enim absente adhuc Meg
plures circa se habebat,) ardentius progreditu
in paludes imprudenter præcipitat. Dum igit
solutis ordinibus Hispani vim faciunt, & hoste co
tempto, (quod semper contemptoribus pepe
exitium,) cum priori agmine confligunt, in palu
des præcipitauere, quibus Sarissophori plerique
absorpti, dum sese extricare conantur, posterius
confœderatorum agmen retro per collem dispo-
tum, flexuoso itinere in latus Regiorum incum-
bit, quorum tamen impetum Arembergius di
summaque cum virtute sustinuit, & contra hosti
lem equitatum fortiter pugnauit, adeo vt isto in
conflictu Adolphus Nassouius Arausiensis frate
fortiter occubuit: ipse vero Arembergius ab Anto-
nio Soetio Honteinio, dum fratrem Hierosolymi-
tanum equitem ante oculos occisum, vlcisci cu-
pit, interfectus est. Periere autem cum Arembergio
ex Hispanis, viri magni nominis: imprimis vero O-
sorius, Ioannes Peresius à Soto, & Petrus Capra-
rius cum septem ordinum Ductoribus. Quingenti
Hispani & circiter in prœlio isto occubuere amis-
sa quoque vna cum impedimentis sex tormenta
bellica cum omni apparatu bellico instructissima
Germani vero qui Hispano auspiciis Arembergi

Adolphus Nassouius & Arembergius in prælio Helgersiano fortiter cadunt.

militauerant, cum sese vndique circumsessos viderent, vltro armis deditis deditionem fecere, fide data, sese intra sex mensium spacium Philippo non militaturos. Cum vero Nassouius dissipatos ac fugientes Regios insequeretur, in Andream Salazarium incidit, qui à Megensi mox subsequente præmissus fuerat, qui & hostilem impetum sustinuit & stragis perpessæ reliquias collegit. Arembergii corpus in Monasterio proximo Adolphi Vedæ conditum est. Hic itaque exitus fuit pugnæ istius, inter Vinschotum & Heligerlesium, in campis fallacibus, (vt à Tacito appellantur,) qui Amiso & Lippia interluuntur,) commissæ tamque victori quã ipsis etiam victis detrimentosæ, quippe tot proceribus, (vt cladem eius expiaret,) ab Albano summo supplicio affectis, sicuti mox dicemus. Superueniente autem Megensi Regii maximopere admodum recreati ad Martinengum sese colligunt & ad Sudeburgum haud longè ab hostibus castra ponunt: Sed cum Megensis vereretur, ne ad istum casum res Grœningæ turbarentur, quatuor alia signa Arembergicæ legionis & totidem vexilla Germanorum in vrbem, (quę quatuor dumtaxat signis à Ioanne Bacello tenebatur,) adhuc intromisit. Hac parta victoria, Nassouius copias Grœningæ admouet, & cœnobium non procul ab vrbe dissitum capit illudque firmo munit præsidio; vbi dum crebris irruptionibus vtrimque & fortiter pugnaretur, Carolus Brimeus Megensis Comes, sclopeto in collo ictus paulo post ex vulnere decessit: cuius tamen mortem mox sui vlti sunt. Cum enim

1568.

Carolus Brimeus Comes Megensis sclopeti ictu vulneratus moritur.

1568. cœnobium istud recepissent ducentos circite eo præsidiarios ad vnum omnes miserè truci runt. Diuersa parte Albanus postquam istius fi rum casus factus fuisset certior, omnes fermè l spanos illico Namurium misit, & Maximiliam Comitem Bassumium Batauorum præsidem c duobus peditum millibus & quingentis equit ad alia loca tuenda ablegauit: mox edictum p mulgatur, quo iubebantur, quicunque Religi nis causa solum vertissent, in Belgium redire: parerent, bonorum publicatione & perpetuo e lio multabantur, cui edicto cum nemo metu pœn grauioris obtemperaret & passim de nouis mot bus aut adferretur aut aliqua suspicio iniiceretu sparsis etiam libellis & pecunia plerisque locira sollicitandos popularium animos distributa, A banus, quod iam pridem animo destinauerat, con ceptum contra Proceres & nobilitatem Belgican (quam m[illegible]ibus causam dedisse aiebat,) odiun postremo effundere statuit: productosque capti uos perduellionis damnatos summo supplici Bruxellis Kalend. Iunii affecit: in quibus era Gisbertus & Theodoricus Barones Battenbu giaci fratres germani, anno superiore in transi fretus maritimi inter Bataujam & Frisiam, capt Petrus Andelotus, Philippus Vinglerius, Maxim lianus Cokus, Philippus Triestus Gandauensi Ioannes Blosius, Bartholomæus Valla, Herman nus Galama, Arturus Batso, Siberus Beima Fri Iacobus Pentanus, Firmianus Peletarius, Co

sta

1568.

intinus Bruxellensis, Ioannes Rumallius, Ludo-
cus Carlerius Cameracensis, Petrus & Philip-
pus Vaterlezii Altzii fratres. Postridie & ad sup-
plicium publicè producti Ioannes Montinius Vil-
lerius & Dusius ex primaria nobilitate Dalemi iti-
dem capti: Quintinus Benedictus Anguiani præ-
fectus & Cornelius Niemus percelebris inter eos-
dem concionator; mox & Gandauo curru addu-
cti (vbi carceribus inclusi adhuc detenti fuerant,)
Lamoraldus Egmondanus & Philippus Mom-
morantius Hornanus Comites, deducentibus
eos viginti Hispanorum vexillis cum equitatu &
Bruxellis ex aduerso publicæ plateæ rursum de
trusi sunt, cum sententiæ mortis ab Albano, tam-
quam supremo consilii criminalis iudice, (quem
titulum nimio ex fastu Albanus sibi soli arroga-
bat,) in eos lata: Egmondano autem, (vt in sen
tentia ista continebatur,) crimini datum, quod
contra fidem obsequii, periurioso ac seditioso mo
do se turbis immiscuisset: quod detestando fœ-
deri Arausiensis ac sociorum pro libertate Belgii
contra inquisitionem Hispanicam, hoc est, con-
tra Regiam Maiestatem, initio subscripsisset; quod
nobilitatis patrocinium suscepisset & ad seditio-
nes ac Protestantium effrænatam, (vti nuncupa-
bant,) rabiem in Flandriæ sibi commissæ admini-
stratione, in Religionis Romano-Catholicæ perni-
ciem, præpostera dissimulatione vsus fuisset. Quæ ea-
dē fermè capita et ipsi Hornano attributa sunt. V-
triq; præter infestū Albani in omnes externos, ac p-
cipue in Egmondanum, (dignitate ac meritis nulli

Lamoraldus Egmondanus & Hornanus Comites capitis supplicio afficiuntur.

1568. ac ne ipsi quidem Albano cedentem,) odium m
turasse putatur: quod cum Albanus, post clade
in Frisia acceptam, necesse haberet, quam primu
cum omnibus copiis, (vt damnum illud accepti
quodam modo resarciret,) illuc proficisci, in
metueret ne à tergo relictis primariis illis nobili
tis ducibus, licet captiuis, aliqui motus, se absen
exorirentur. Itaque vt se eo metu liberaret & sim
terrore, per ipsorum supplicium, cunctis inject
expeditior & terribilior in hostem impetum fac
ret, sententiam istam executioni demandari iussi
Egmondani ad falsa narrata Responsio. Qua coram Egmondano pronunciata, Ille, no
putare se, respondit, anteacta vita, de Regia Maie
state tam malè esse meritum, vt tam seuera castig
tione puniretur: verum nihilominus orare, vt
quid deliquerit, quicquid etiam id sit, sua morte
bonorum amissione eluatur, nec vlterius ad fami
liæ Illustrissimæ decus dehonestandum in vxor
ac filiorum perniciem pœna porrigatur; cæterum
separatum, (quando ita Deo ac Regi videatur,
mortem patienter ferre; tum calamum poscit, &
ad Philippum Regem Hispaniarum dat litter
Eiusdem ad Regem Hispaniarum, ante mortem, littera. gallica lingua scriptas; quibus se sibi conscium te
stabatur, nulla re fidem aduersus ipsum violasse
aut quicquam in Religionis Romano-Catholica
perniciem molitum esse, nihilque fecisse, quod nō
ad ipsius obsequium, publicam vtilitatem, & præ
sentis rerum status necessitatem pertinere existi
mauerit. Proinde orare, vt si quid in eo peccauerit,
sibi id ignoscat, & coniugis, innocentium liberorū
ac domestici famulitii, pro innata clementia, ratio-
nem habere dignetur. Litteras autem hasce com

llicatas & obsignatas Hyperensi Episcopo, qui derat, tradit, & ex animo eumdem rogat, vt eas quamprimum ad Regem mittendas curaret: id quod Episcopus se facturum Egmondano est pollicitus: Inde precibus intentus arcanum cum prædicto Episcopo petiit, acceptaque ab eodem delictorum suorum venia ad quietem se composuit. 1568.

Hornanus ab initio cum se Deo peccata sua confessum diceret & Hyperensis colloquium recusaret, ad extremum veniam itidem eodem, quo Egmondanus, modo petere coactus est. Et inter has curas tristi nocte exacta, postridie nono die Iunij Emondanus gratiæ loco petiit, ne diutius executio differretur: subesse siquidem periculum, ne ex desperatione mens emota præsentis mortis, vehementiore cogitatione diuexaretur: Itaque sub Meridiem in forum, vbi pegma ad id paratum & pannis lugubribus instratum erat, deducitur comitantibus eum Iuliano Romero castrorum præfecto, Francisco Salina, & Hyperensi Episcopo: disposito insuper per omnes aditus milite, aut ad tristem istam pompam vel ne quis subinde motus suboriretur: Post Egmondanum decollatum & panno nigro obuolutum: Hornanus quoque ad carnificinam Albani adducitur, qui multiplicia sua peccata corã Deo cõfessus fausta omnia astantibus precabatur, vtq; secum pro se ad Deum preces funderent, amice rogabat: Principem se vero offendisse eo, quo inquirebatur, modo sæpius postulatus, fateri recusauit; tamdem exuto pallio supra puluillum procubuit & commendata Dei manibus anima, à carnifice sub pegmate latitante

Hornanus ad confessionem delictorum cogitur.

1568. & tum protepente, securi percussus est: Quo f-
cto vtriusq; obtruncata capita ad spectaculum pil
ferreis suffixa duabus horis prostiterunt: corpo
à ministris loculo plũbeo condita, in proximo Cl
ræ fano primum deposita: Postea Egmondani c
dauer Sottegemi oppido suo in Flandria: Horna
vero Campiniç in Brabantia sepultum est. Hic ex
tus fuit Egmondani (anno ætatis suæ quadrage
mo sexto) viri splendore natalium & virtute mil
tari sua ætate cum paucis comparandi, Sanquin
no & Grauelingensi præliis, quorum ei decus sum
ma omnium cum cõsensione tribuebatur, de Phi
lippo Rege Hispaniarum optime meriti: nulla ta-
men tot præclare feliciterque gestorum tunc ra-
tio habita fuit. Sabinam Baioaram vxorem & exa
tres filios & octo filias, Egmondanus moriens in
summa rerum inopia post se reliquit. Ferunt præ
pilatis istis hastis, quibus amborum capita in al-
tum sublata erant, quosdam astitisse & destillantes
sanguinis guttas, strophiolis suis excepisse ac ad rei
& tyrannidis istius memoriam, inter res pretiosissi-
mas custodiuisse.

...rsius Ra... vna cũ ... iis sica... is, Cipi... rium ce... ... is Ten... filium ... m omni ... mulitio ... Forum ... ij crude... ime tru... ...at...

Hæc dum in Belgio geruntur, innumeræ quoq;
cædes (quarum omnium tantillo temporis spacio
perpetratarum meminisse dumtaxat, animus hor-
ret) in Gallia, impune tot tantaue latrocinia Ma-
gistratibus spectantibus, eduntur. Ex infinitis
vnum enumerare hoc loco sufficiat. Cipierrius li-
quidem, Præfecti Prouinciæ comitis filius, viginti
annorum iuuenis postquam Ducem Sabaudiæ cõ-
sanguineum suum inuisisset; ab eodemq; honorifi-
ce exceptus esset; iamq; Nicea ad forum Iulij sere-

çipero

...ere vellet, insidias sibi structas ad nemus latitare ...imaduertit. Quocirca absque vlla remora, vrbem ...i opportunum perfugium fore ratus (imprimis ...im frater eius germanus, demortuo parente Co...ite Tendio, toti isti prouinciæ præesset) illam ...im comitatu suo ingreditur; Mox insidiatores, ...uorum trecenti & circiter erant, vrbem quoque in...grediuntur, Ductore Barone Arsio: popularique ...ato classico, magna vndique multitudo concurre...at, ædesque istas in quibus Cipierrius pro tempore ...ommorabatur continuo obsident: Intercedenti...us autẽ, pro Cipierrio, consulibus, Arsius, ore qui...em non autem corde, pollicetur, si nimirum sibi ...ipierri⁹ viuus traderetur, se tum cum omni mul...itudine discessurum. Quo facto & paululum mul...itudine dilapsa; Arsius cum iisdem turmis reuer...itur ædesque Cipierrij expugnat eiusque vniuersum ...omitatũ crudelissime trucidat. At dum inter ca...lauera mactati famulitij, ipse Cipierrius non in...ueniretur; Consules Arsius accersit ab iisdem...que, vbinam sit Cipierrius, percunctatur: Si indi...cent se illi vitam conseruaturum pollicetur, cuius ...etiam causa sit sollicitus. At dum illi exhibetur ...ipierrius, continuo ei pugionem impingit: ita...que à furiosa multitudine Cipierrius infinitis icti...bus confossus eiusdemque cadauer postea cumu...latis plagis deformatum est. Et piget sane com...memorare singula: Vniuersum enim Regnum gemitibus tam viduarum quam pupillorum mise...rum in modum replebatur: nullus locus à cædibus vacuus, viduarum vix dum maritorum mactato...rum sanguine refrigerato: honestarum puellarum, 1568.

Tristis rerum Protestantium in Gallia facies.

atque

1568. atque ante virorum ora, maritatarum quoq; cõ stuprationes, misera rei familiaris vastitate cum labantur, abductis etiam à furioso milite viola mulieribus. Intra plus minus trium mensium sp cium certo (rationibus subductis) Reformatoru plus quam decem millia interfecta dicũtur: quū tamen superius bellum ciuile, de quo suo loco ximus, interuallo sex mensium, vix quingentos h mines intercepisset. Hæcque erant præclarissim ista pacis, fide Pontificia, oblatæ testimonia: Qu rum sane rerum memoria digna est, quæ ad poste ros transmittatur, vt norint: quibus dolis fiue te chnis, qua perfidia, furore ac rabie, dissolutis o mnibus humanitatis vinculis, aduersarij poten tiam ac tyrannidem suam extendere conentur.

Condæus ad euitandas hostiū insidias Nucetum se recipit.

Condæus itaq; in tam tristi rerum omnium pe turbatione, cum multa Regi litteris variis co questus esset, nec quicquam tamen alium præte verba inania reportasset: quotidianis vero nuntiis (vt videlicet sibi caueret) & præsidiorum quoque periculosa vicinitate, admoneretur: Nucetū Bur gundiæ oppidulum è suæ vxoris ditione, petit (re tamen prius Regi per litteras significata) compor tatis eo vxore liberisque suis omnibus. Amiralius quoque cum & Castilio, (vbi tum temporis com morabatur) vicinis præsidiis circumdaretur, seque haud dubie peti certis accepisset nũtiis Taulæum, fraternæ ditionis arcem Nuceto proximam con tendit, Andelotius vero eo ipso tempore adhuc erat in Britannia. Aduersarij autem hanc idoneam & peropportunam, intercipiendorum Condæi & Amiralij, rationem sibi hoc modo fuisse elapsam

maxi-

maximopere dolebant: iccirco ad alias technas [?]dem struendas, se denuo conuertunt & per ma[n]ifestam vim potius experiundum statuunt: rebus [ta]men ita veteratorie tentatis, ne quid temere suspiceretur, vt hostiles artes artificiose interea dissi[m]ularentur. Mittitur itaque explorator Nucetum, [q]ui arcis istius altitudinem metiretur, intercipien[d]i Condæi Amiraliiq; causa, qui Condæum in suo [is]to receptaculo sæpissime inuisere solebat. Sed [m]ale tamen exploratori cessit, qui à Condæano fa[m]ulitio captus ac in vincula coniectus fuit. Et re[b]us propius tentandis, fatigandique Condæi gra[t]ia, cum periucundis Reginæ literis perferuntur [a]d eum Regis nomine litteræ, quæ Condæo seuere [i]mperarent solutionem grandis pecuniæ, quam [R]ex ad Germanorum equitum stipēdia (qui Con[d]æo militauerant) persoluenda repræsentauerat: [c]uius summa erat ad nonies centum Francorum [m]illia, quę à Protestantibus, prętер calamitosa belli onera exigenda erat: cujus tamen pecuniæ erga Regem Condæus certiq; Nobiles sponsores erant: Rex tamen ei significat, se non intelligere pecuniam illam ab omnibus Religionis Reformatæ hominibus exigi, sed ab iis dumtaxat qui arma suis auspiciis gessissent. Id quod repetitis vrgebatur litteris.

Per Telignium iccirco Condæus respondet, & hac in re se grauari vrgerique ait, assuetasque esse aduersariorum suorum technas, vt ita sibi per vniuersam vitam incommodetur, atque Religionis studio auocentur ij qui eam amant ac colunt. Neminem præterea esse in vniuerso Regno eorum qui

1568.

Rex Galliæ Condæo grandem pecuniæ summam soluendam imperat, cui Cōdæus illico per Telignium respondet.

Religionem istam amplexi sint, qui nō suam istam causam fecerint, tum locorum incommoditate interclusi, tum quod omnes nō sint apti ad militiam: communem tamen esse omnium Protestantium causam, apparere ex communi per superi⁹ bellum aduersus eos illata calamitate: cum & ij qui domi subsistitissent, quod iniuriis magis essent obnoxij, grauiora quoque detrimenta senserint, quam qui in castris fuissent: orare ergo se ne sibi Nobilibusque, qui liberaliter, publicæ vtilitatis bono, Regi cauerint, cæterisq; Reformatis hominibus fraudi sit illa exceptio, per quam etiam sinistræ opinionis nota inuratur: præter tamen disertam edicti sententiam, qua ab omni suspicione immunis liberq; perhibetur. Iam vero nec posse se continere à molesto quidem, necessario tamen, conquerendi more, cum videlicet tot tantæq; indies magis ac magis expostulandi adsint occasiones, quæ à quampluri- mis iniuriis oriatur, quas quidem animaduertat in suum omniumq; Reformatorum capita vehementius ingrauescere. Quis.n. non videat aliter erga Reformatos agi quam aduersus hostes Regni publicos & perduelles? Nam præterquam q; viæ armatis prędonib. obsidentur, nec quicquam vspiam pacati sit infinitarum cædium quotidiani nūcij increbrescere, vrbesq; Reformatorū sanguine exundare: Duos è suis domesticis varie duobus in locis obtruncatos, tamquam communis sit conspiratio. Altisiodori, præter præteritas, quotidianas nunc quoq; cædes impune grassari: vt quidem Amiralij famulus (qui ab eo ad vrbis custode.n Priamum, negotiorum quorumdā causa mittebatur) fuerit nu-

per obtruncat' ab illis ipsis, militibus quibus illum deducendum Priæus commendauerat: Martinengum Bocaldo: Foixium Esternæo non secus ac hostes imminere, vt non possint è suis ædibus vel pedem efferre, imo nec quisquam suorũ extra ædium istarum limina, tutus sit; imposita.n. esse in ædibus suis militũ præsidia, q. numquam queat reperiri factum erga Principem Regis consanguineũ, nisi eo tempore aduersum se; captũ nuper quoq; esse militem, qui fateatur se Nucetum à Coquereto Vernerij vexillifero fuisse missum, arcis, altitudinẽ explorandi gratia, vt ipse incausus occuparetur; peruagatũ quoq; esse sermonẽ, post messes aut ad summum vindemias, ne vnum quidem Hugenottũ remansurum in Gallia, ne mulieribus quidem & pueris exceptis: Si Rex pacem velit, Catholicos alium Regem creaturos & ipsum Regem facturos monachum: Augeri quoq; atq; amplificari indies, & publica quidẽ Præfectorum Regiorũ auctoritate confraternitates eas, q̃ vocantur Spiritus sancti: nominatim certe quendã Senatorẽ Diuionẽsem nuper pro cõcione, innumerosi populi corona dixisse, se habere mandatũ à primorib. Regij consilij viris admonendi Catholicos ne Regiarũ litterarũ Rescriptis fidẽ haberent, nisi iisdẽ peculiare aliquod inesset symbolũ, Et cur hoc credat, adduci ex eo quodà cõditi edicti tẽpore nemo vsquã Regis literis (quæ quidẽ ad publicã pacem ac tranquillitatẽ pertinerent) paruerit. At inter istas grauissimas iniurias se eupere agnosci ab omnib. sani integriq; iudicij hominibus, q̃ patienter modesteq; tum ipse tum oẽs Reformatæ Religionis homines, vbiq; perdurent. 1568.

Caussa cur habenius Rescriptis Regiis in Gallia nulla fides fuerit habita

Itaque

68. Itaque se affirmare ait rem esse pessimam atque perniciosissimam, edictum ita impune violari: quamuis hac de re frequenter Rex admoneatur. Cum enim pacis obseruatio, quo vno firmamento Regni vniuersi salus, consistat, ex edicti obseruatione ad pacem stabiliendam conditi, omnino pendeat: profecto consequi, certam pestem perniciemque Regi Regnoque imminere. Hæc litterarum istarum summa erat, quę vnà cum specialioribus mandatis, per Telignium Condæi nomine ad Regem perlata fuit.

Nobilitas Gallica iurisiurandi à Rege trãsmissam formulam acceptare recusat.

Hoc eodem tempore ad Prouinciarũ præsides sub Regio nomine iurisiurandi formula mittitur: ad quam omnes Reformatæ Religioni addicti imprimis vero Nobiles adigerentur: excusant primum nobiles, aiuntque peculiari hacce obligatione sibi fieri iniuriam, quasi non eo atque alij Regij subditi, numero haberentur: & quidem id agi præter edicti diserta verba, quibus vt Condæus à Rege fidus consanguineus & famulus agnosceretur, ita & ipsi fidi famuli expresse haberentur. Orare ergo se Regem, ne ipsi peculiariter ad hanc rem adigantur. Si omnes alij Regij subditi, nullo Religionis discrimine idem iusiurandum præstent, sese vicissim illud non illibenter præstituros: cum in suo erga Regem obsequio demonstrando sibi satisfacere nullo modo possint. Sed vt Lectori beniuolo illa iurisiurandi formula aliquo modo innotesceret, illam ipsam cum Reformatæ Religionis hominum responsione hic summa cum fidelitate subiungemus: *Hunericbum VVandalum Christianos eadem, iurisiurandi Religione sibi obligare voluisse, Africana historia*

mem-

iemorant: Ita enim putant effici, vt qui recusent iu-
are, reos sese perduellionis prodant, qui Magi-
tratui nimirum debitam obediétiam exhibere no-
int: iuratos vero, proprio quasi testimonio nouo-
que crimine violatæ fidei Regiæ reos peragi. Hæc 1568.
rgo Protestantes ad illa respondent: Nos vero
qui Religionem, vt aiunt, Reformatam, profite-
nur, perspicue animaduertimus, in eo quod ij qui
vocantur Catholici, isto iureiurando non tenen-
ur: nos auté illo vinculo peculiariter obligamur,
ostram & anteacti & futuri temporis fidelitatem
erga Regem summum Dominum nostrum) atq;
obedientiam in dubium reuocari. Quod autem
nulla fiat in eo scripto edicti mentio: Præterea, Re-
giæ Protectionis securitas, nisi incerta conditione,
nobis caueatur (quæ quidem omnia sunt Regiis
edictis pacificationis plane contraria) cum item
nec velimus nec possimus nobis persuadere, quin
Rex fide Regia, id est, veracissima & certissima ha-
ctenus fuerit locutus, non possumus existimare,
formulam illam iurisiurandi nobis oblatam, ex Re-
gis voluntate consilioque fuisse profectam: Sed ex
hoste potius quodam & ipsius quidem & publicæ
tranquillitatis: nihilomin⁹ tamen cum hoc vnum
etiam atque etiam optemus, vt nostram integram
sinceramque obedientiam, quam Regi & naturali
principi nostro, Carolo Nono, debemus & sanctis-
sime reddere volumus, nostrumque illud officium
omnibus esse testatum, cupimus modeste & can-
dide illius iurisiurandi formulæ respondere: Oran-
tes atq; obtestantes Regem, vt antequam in hanc
iurisiurandi formulam vlterius quid statuat, no-

1568. strarum istarum petitionum habeat rationē, quas cum omni reuerentia atque animi submissione hunc in modum proponimus:

Iurisiurandi formula examinatio.

I. Iurisiurandi Formula. *Testamur coram Deo, ipsius nomine iuramus, nos agnoscere Carolum Nonum pro summo ac naturali nostro Principe.*

Responsio: Numquam dubitabimus in re adeo sanctam & æquam iurare, vt de nobis etiam met, quod & edicto suo nobis declarauit & nostra nobis conscientia testatur: nihil nobis in mentem huic iureiurando contrarium, vmquam vspiam nec vllo modo venisse.

II. Iurisiurandi Formula. *Et paratos esse, omnem ei honorem, obedientiam ac submissionem exhibere.*

Resp. Hoc etiam libentissime iureiurando testabimur, cum hæc nobis exceptio non possit denegari, ex edictorum suorum præscripto & conscientiarum nostrarum libertate, & Religionis nostræ vsu nobis, suo beneficio, concessis.

III. Iurisiurandi Formula. *Nos vero numquam arma sumpturos nisi disertis suis mandatis, quemadmodum nobis ex ipsius literarum vere ac germane agnitarum rescriptis constabit: Nec consentiemus iis, nec eos adiuuabimus, consilio, pecunia, commeatibus aliisue rebus necessariis, qui aduersus illum arma sumpserint.*

Resp. Hoc etiam libentissime iuramus: cum duo pacificationis edicta pro tam certis adeoque perspicuis suæ voluntatis interpretationibus habeamus, quod attinet ad nostræ Religionis vsum, vt omnia alia mandata, duobus illis edictis contraria pro falsis & surreptitiis simus habituri: quod si ipsius administri illis repugnent, testamur nos

ipsius

sius Maiestatem adituros, à qua speramus nos ius consecuturos. Nec arma vnquam sumemus, vt nec vnquam sumpsimus, nisi in eas angustias redacti, vt nosmet ab illorum Regium nomen ementientium iniuria violentiaque vindicaremus, qui edictorum mandatis violatis, nos etiam, præter ipsam Regiam voluntatem, opprimere moliantur. 1568.

IV. Iurisiurandi Formula. *Nec pecuniarum tributa collectasue cuiuscumque occasionis obtentu, nisi expresso suo mandato faciemus.*

Resp. Non existimamus hoc capite comprehendi pecuniam eam, quæ à nobis necessario colligitur ad nostrorum ministrorum pauperumque alimenta, templorum ædificationes aliasque necessitates: vt cum mittendi sunt in aulam qui querelas nostras Regi significent: quod ad hunc vsque diem sæpius fecimus, quam optaremus, propter quotidianas conquerendi occasiones, tot nobis illatis iniuriis, & à priuatis hominibus & à publicis, Regia munera gerentibus personis. Quæ pecuniarum tributa iuramus, nos & illa ordinate acturos, nec vllum in iisdem dolum admissuros.

V. Iurisiurandi Formula. *Nec secreta consilia, factionesque agemus, nec illis consentiemus: at contra pollicemur ac iuramus nos ipsum, aut ipsius administros fideliter admonituros earum rerum, quas nouerimus aduersus ipsius Maiestatem aut Regni tranquillitatem, aut eorum quæ ipsius maiestatem attingent, agitari.*

Resp. Eo modo quo caput istud concipitur (quicumque tandem istius formulæ auctor fuerit)

1568. videmur accusari, quasi non aliter, quam opo[rtuit]
hactenus gesserimus: quod numquam procul
bio fatebimur: in quam etiam necessitatem h[au]
quaquam nos impellunt Pacificationis ed[icta]
cum per illa placuerit Regi, nos eos, qui sum[us]
agnoscere: veros nimirum fidosque subditos.
ita perspicue explicata, atque hactenus iurab[imus]
istud iurisiurandi caput & ad mortem vsque c[on]
stanter, DEO FAVENTE, conseruabimus.
que vt nostræ illius fidei atque obedientiæ in
cretis, aduersus Regem, consiliis Regi parti[ci]
endis, nouum argumentum præbeamus: n[...]
significamus Regi seditiosum conuentum [...]
ti Senatoris Diuionensis: & coitiones eas, q[uas]
vocant confraternitates sancti Spiritus adu[ersus]
Regem.

VI. Iurisiurandi Formula. *Oramus atque ob[testa]mur, cum omni Reuerentia atque animi submissione, [...] Maiestatem, vt erga nos naturali sua bonitate ac cle[mentia] vtatur, nosq; habeat pro suis fidis obsequentissimisq; [...]lis, & in sua tutela retineat, ad quam, secundum D[eum] confugimus.*

Resp. Quemadmodum numquam dubita[ui]mus de Regis nostri clementia ac bonitate, quem semper agnouimus & agnoscimus pro summo nostro secundum Deum, Principe ac Domino: i[ta] parati sumus, illum etiam atque etiam oramus atq[ue] obtestamur, vt hanc optimam erga nos obsequentissimos ac fidissimos suos seruos, voluntatem perfequatur. Hoc vero cum bona ipsius pace haud dictum optamus, quasi ab illo gratiam veniamq; præteriti temporis exposceremus: cum Dei beneficio,

haud-

udquaquam nobis conscij simus: quasi in hanc n perperam aliquid aut cogitauerimus aut egerus. 1568.

VII. Iurisiurandi Formula. *Quem indesinenter bimus pro conseruatione & firmitate suæ vitæ & dignis, vna & Reginæ matris fratrumque.*

Resp. Fecimus & semper, DEO FAVENTE, ciemus integro corde: agimus vero Regi gratias, uod minime existimet, quemadmodum aduersa & verbis & scriptis disseminant, nos esse impios, ostrasq; preces totidem esse blasphemias: cum à nobis Deum pro salute sua orari velit.

IIX. Iurisiurandi Formula. *Omni autem suppliciorum pœnarumque rigori nos vltro subiicimus, si nostra culquid turbarum tumultusque contigerit in hac vrbe(* nomine vrbis expresso *) ad cuius defensionem, sub Regia auctoritate Regioque mandato ac suorum administrorum, itas fortunasque omnes libenter impendemus.*

Resp. Ad hoc iurisiurandi caput cum omni reuerentia demonstramus, illo ita generatim concepto, experientiam docuisse fore opportunam illam rationem iis, de quorum prauis animis iam pridem nimium clara habemus testimonia, nos pro libidine interficiendi, aut iudiciorum obtentu, aut seditioso tumultu: quarum rerum nouimus quales sint artifices. Itaque vt vnusquisque nostrum in hæc libenter iurabit: ita Regem etiam oramus atque obtestamur, serio curet, vt ius alia, quam hactenus, ratione, id est, maiori fide ac Religione; & quidem ex ipso edictorum præscripto nobis tribuatur. Deinde, si quis nostrum compertus fuerit contra edicta ista peccasse, in eum aga-

1568. tur, pro legum more & instituto, sed coram mi
me suspectis Iudicibus: nec ob vnius hominis p
catum, totus populus noxæ inuoluatur.

IX. Iurisiurandi Formula. *Si vera placeat ip Maiestati nos pacate & secure sub tutela in hac vrbe ten omnibus dissensionibus sedatis (qua de re illum obnix gamus) testamur nos ab ea vrbe numquam discessur quicquid difficultatis incommodique obiiciatur: at poll mur nos & animos voluntatesque, manus omnesque fac tates cum ciuibus nostris coniuncturos, ad ipsius obsequi & huius vrbis defensionem, cui semper vera ciuium Re gione atque charitate obstringemur.*

Resp. Non possumus bona salua sartaque con scientia hoc caput amplecti, quemadmodum con ceptum est: quoniam reuocat in dubium id quod nobis per edicta perspicue constat: nimirum quod per illa Rex nos pro suis fidis ac veris famulis ha bet, quales, Dei gratia, & fuimus hactenus & fu turos imposterum peroptamus. Vt minime adeo possimus dubitare, quin nos sub ipsius tutela ha beat, iis in vrbibus suæ ditionis in quibus nati su mus, aut habitamus: quandoquidem in ipsius obsequio perstare, parati simus. Itaque tantum abest, vt de eius voluntate dubitemus, vt potius gratias ei immortales agamus, & cum omni reue rentia oremus, vt illam erga nos velit persequi: maxime vero illam nobis demonstret in conser uandæ Religionis conscientiarumque nostrarum libertate: sine qua parati sumus non tantum vr bes deserere, sed vitas etiam nostras profundere:

Protestantium in negotio Reli gionis.

cum

sum videlicet vt ea nihil nobis sit prius neque antiquius: hactenus certe in hoc caput sanctè iurabimus. 1568

gionis integritas ac constantia.

X. Iurisiurandi Formula. *Et erga Catholicos veram & syncerам voluntatem, donec placuerit Deo finem omnibus motibus imponere: ad quam rem speramus istam reconciliationem fore felicem aditum.*

Resp. Religio ista quam amplectimur nobis seuere imperat eam charitatem, qua & erga omnes homines vniuersim obligamur, iis vero potissimum, qui patriæ sanguinisque communitate nos attingunt: edicit etiam vt bonum pro malo reddamus. Itaque hoc (quantum quidem & possumus & debemus) pollicemur atque iuramus. Vt autem solida vtrimque & integra reconciliatio ineatur; oramus Regem, vt Catholicos etiam ad idem iusiurandum adigat; prouideat vero cumprimis vt seditiosi & iniurij illorum concionatores, qui primariæ sunt istarum turbarum & dissensionum publicarum atque priuatarum causæ, desinant pergere, quod iam pridem instituerunt: & ni paruerint siue obedientiam præstiterint, ex edictorum præscripto puniantur. Denique si placeat Regi edicta sua fideliter obseruari, quod certe illum velle plane persuasum habemus: illud vnum etiam atque etiam optamus, vt imposterum publici eius administri fidelem integramque operam hac in re præstent exhibeantque, pro eo quod hactenus edicta impune violarunt. Si res ita constitutæ sint omnia felicia speramus & parati profecto sumus, omnia polliceri,

1568. illisque sanctę obseruandis fidem nostram iurerando interposito, obligare: omnia inquam illa quæ princeps à fidis suis subditis potest exigere. Hoc itaque istud erat iusiurandum & hæc vicissim Reformatorum Responsio.

Ducenti Protestantium Blæsis trucidantur.

Vt autem nihil ad vniuersalem omnium Protestantium, in Regno Galliæ, extirpationem & deletionem ab aduersa parte intermitteretur: Singulis prouinciis, iussu præsidum habentur delectus eorum tantum qui Pontificiæ Religioni addicti & ætate ad rem militarem essent apti atque idonei, qui arma quamprimum sibi comparare & ad prima mandata, nulla interposita mora præsto adesse serio iubentur: nec cædium hinc inde perpetratarum rumores desinebant; Blæsis siquidem ducenti vel circiter Religionis Reformatæ hominū, qui destinato sibi à Rege loco ad audiendum verbum diuinum conuenerant, miserandum in modum, nullo habito personarum, sexus & ætatis respectu crudelissime obtruncabantur; adhæc variis in locis quotidie ferme intercipiebantur litteræ, quæ Pontificiorum consilia & aduersus Reformatos homines molitiones clandestinas satis superq; detegebant; potissimum vero de sacri illius fœderis coitione illiusque itidem præstandi efficiendique consilio & modo. Cuius duo tamtum exempla, in istius rei testimonium, hic commemorabimus. Madrico enim quidam domesticus famulus, de statu Regis Reginæque Hispaniarum & aliis adhuc nonnullis rebus particulariorib. talia ad Reginam matrem Regis Galliæ scribebat: Et ego, inquit, frequens sum apud Reginā filiam tuam & quidem

Madrici cuiusdam ad Regi-

ipsius

psius mandato: illa verò mecum sæpe sermones | « 1568.
iabet de rebus Gallicis, & de optimatibus qui sunt | «Suam ma-
;pud vestras Maiestates; multa multum differens, | «trem lit-
)lena nimirum certissimis argumentis de studio | «tera.
'ehementissimo, quo vestras Maiestates & vniuer- | «
i Regni vtilitatem tranquillitatemque complecti- | «
:ur. Et quidem nuper cum ad ipsius Maiestatem sa | «
utandam adiissem, inter alia mihi commemorauit | «
;e numquam crediturum, nec Regem fratrem suũ | «
iec te daturos vnquam effectioni initum inter vos | «
am pridem consilium, quamuis vestro mandato, | «
llos, de vestra ad hanc rem voluntate, certiores fe- | «
:issem, donec effecta conspiceret: quandoquidem | «
intea sæpè idem essetis ipsis polliciti, nec tamen vl- | «
ium ex eo consecutum sit effectum. At se vereri fo- | «
re vt vestræ Maiestates nonnullorum, qui apud vos | «
sunt, sermonibus detineantur, donec hostes habe- | «
ant occasionem suscipiendi noua consilia, non tã- | «
tum contra Regis auctoritatem, sed etiam contra | «
vos ipsos; quarum rerum, ait, se valde sollicitum. Et | «
quoniam tunc vehementius quam assueuisset, rem | «
illam mihi commemorauit, & fortasse Regis Do- | «
mini sui, qui tum temporis ibi erat, mandato: volui | «
ergo hac de causa te istarum rerum certiorem red- | «
dere. Et hoc primarum litterarum est exemplar: | «
vnde fœderis istius sacri, præter alia argumenta | «
apertè significabatur. | «

Similiter ad Crequium Madrico, postquã sum- | Alterius
mam suarum rerum conficiendarum difficultatẽ, | eiusdam
Patrono suo demonstrasset, sequentia IX. Kal. Au- | Madrici
gusti sua manu exarauit. Nec tacebo, inquiens, | littera ad
Domine me nõ potuisse res meas adhuc expedire. | «Crequiũ.

1568. » sine illius fauore ad quem sex lineas tua manu scri-
» pseras, cui velim agas gratias meo nomine. Heri ad
» prandii horam cum apud illum essem, occasionem
» quærens illius conueniendi cum mox accubitu-
» rus esset, me accersiuit & mihi commemorauit
» summam daturum Marescallo Cossæo mandato-
» rum, vt tibi illa significarem, nimirum Regis no-
» mine iis qui è Nobilitate sequuntur nouam Reli-
» gionem, & nonnullis, quos tu nosti tibi non multū
» amicos, significet, Regem ipsum velle cum illis
» pacatè & humaniter agere: & illos in suæ Religio-
» nis libertate conseruare ac retinere, ac pro veris
» ac fidis subditis ac famulos illos agnoscere. Quod
» verò nunc agat, tantum eo spectare, vt suam digni-
» tatem contra nonnullorum oppidorum incolas
» insolentes ac seditiosos tueatur, vt postea res o-
» mnes redigat ac restituat in tranquillum atque
» pacatum statum: & Nobilitati vtriusque Reli-
» gionis, principali nimirum suæ dignitatis firma-
» mento faueat, eamque sub edictorum suorum au-
» ctoritate sartam tectamue habeat: Et ad hanc
» rem, debent mitti ad nonnullos litteræ, quorum
» nomina hoc catalogo videbis. Et quoniam repe-
» rirentur nonnulli è Regiis subditis benè Catholi-
» ci, qui istarum rerum factitatione perturbari quе-
» ant & animum remittere quasi operam perdant,
» dum fortunas vitamque impendunt ad Regis ob-
» sequium aduersus rebelles ac seditiosos, mandauit
» mihi vt te, de illarum litterarum fine ac consilio, fa-
» cerem certiorem & tu istarum rerum facias eo

pa

participes, quos noris capaces & prudentes: Vti « 1568
nimirum detur opera, vt vires penè Regem sint, «
primoresque Religionis illius occupentur, omnes «
conueniendi rationes illis demantur: vt ad illas «
angustias redacti, (quemadmodum id factu facilimum erit,) huiusmodi colluuies Regi Regnoque «
aduersaria, planè pessundari omnesque adeo reliquiæ profligari possint: quoniam semen profecto «
esset indies egerminaturum, nisi ista ratio obseruaretur, cuius à vicinis nostris adeo luculenta exempla demonstrentur. Interea dum hoc tempus expectatur, (quod non poterit diutius quam ad hunc «
mensem differri,) detur opera vt istius Religionis «
primores conueniantur & ii maximè qui è Nobilitate min us sunt feruidi, vt tantum contineantur & «
occupentur, quantum fieri poterit, quemadmodum nonnulli iam sunt reperti, qui aures præbeant «
& tam securi esse incipiant: nonnulli etiam se iam «
in laqueos inuoluunt & multo iam videntur labare. Quod procul dubio sit propediem reportare «
certissimam victoriam (Deo fauente,) causæ nostræ, & sine maximo quidem labore aduersus fidei «
nostræ hostes. Hæc sunt propemodum ipsa illius «
verba, quæ conatus sum memoriæ mādare, vt possem ad te de rerum omnium statu certius præscribere. Ex eo idem ille me per Secretarium suum reuocauit & significauit: Maximum hoc esse incommodum, quod istis in rebus perspiciat, esse quippe nonnullos in aula, qui clam impediant salubria consilia, quæ iam pridem constituta sunt, de quibus maximè conquerebatur, & «
aiebant se plenius Regem hac de re allocuturos, «

quo-

1568. » quoniam sine illorum consiliis & dissimulatione
» Deus in hoc Regno iam coleretur & Regi omne
» obsequium præstaretur & à grauissimo labore libe-
» raretur: sed affirmabat iam illos valdè patefactos
» esse & ipsorum actionibus inuigilari diligentius
» quàm vmquam antea: illos verò valdè adhuc hal-
» lucinari, cum non habeant tam magnas rationes
» ad nocendum quam ipsi arbitrentur. Et animad-
» uerti illum valde esse permotum, propter sermo-
» nem quendam, quem Rex recenter apud Reginā
» habuerat & existimabat dictatum fuisse Regi. Rex
» enim orabat Reginam quasi supplex: videret etiam
» atque etiam vt bellum erumperet, at edictum cu-
» raret vbique obseruandum: alioqui se animaduer-
» tere populum suū penitus pessundatum. Et quod
» Regina Rupellensium rebellionem opponeret,
» excepit, vt antea edoctus erat: Rupellenses tantum
» optare, vt in antiquis suis Priuilegiis conseruen
» tur: quod peterent, non esse à ratione dissentaneū,
» & si esset, in hoc tantum tempus Regni bono & v-
» tilitati esse concedendum potius, quam si in no-
» uas turbas erumperetur. Quod ad Nobiles attine-
» ret, sibi esse persuasum, pacate illos victuros, si ritè
» edictum obseruaretur: Denique se vehementer
» optare, vt res in optimum & pacatissimum statum
» reuocarentur. Regina & complurimæ aliæ Illu-
» strissimæ personæ hoc vnum maximopere cupiūt,
» vt Regnum Gallicum videant in eum statum (quo
» erat Francisci & Heinrici Regum, soceri & pa-
» tris,) restitutum. Et nouit illa sermonem istum Re-
» gis à nonnullis ei esse dictatum, nec auctoribus illa
» benè vult. Et tanto studiosius optat, cum magna

Rupellenses cur motus antestinos concitauerint.

bono-

bonorum Catholicorum multitudine, Regi demonstrare quicquid hac in re geritur eo referri, vt Rex à seruitute dematur, & verè sit Rex, atque vt pestis & pestiferi Regno isto expellantur, quod minimè potest fieri nisi hac ratione: Hæc insuper idem ille mihi dixit vt ad te referrem. 1568.

Condæus ob summum sibi structum periculum Nuceto discedit.

Et istæ sanè litteræ illustres erant commentarii earum rerum quæ à Pontificiis gerebantur, vt non obscura esset Pontificiorum erga Reformatæ Religionis homines, voluntas: & cur edictum, interposito etiam iureiurando conditum esset, & quo nimirum dulcissimæ Reginæ litteræ referrentur. Rebus ita indies in peius ruentibus certi Condæo nuncii, (post cædem Amanzæi viri nobilissimi & integerrimi, qui non ita pridem ad ædium suarum fores stans filiolamque suam manu tenens, perfidè necatus fuerat,) afferuntur, copias istas quæ Rupellam obsessum mittebantur, reuocari & Nucetum ipsius intercipiendi causa mitti: quatuordecim itidem vexillationes equitum, cum quatuordecim signis peditum, ad illam Burgundiæ oram accedere. Et Telignii ab aula aduentus cum respõsione Regis omnia tristia præsagiebat cum mirifico tamen bonorum verborum condimento. Itaque Condæus animi pendens quotidianis etiam nuntiis de suo periculo factus certior Rotelinam Marchionissam socrum rogat, vt Regem, suo nomine, accederet rebusque omnibus demonstratis, obtestaretur: vti ne promissionum suarum, adeo solemni sanctoque iureiurando & per publicum edictum & per complures ipsius litteras confirmatarum, iura violarentur: etiam adeo

iniu-

1568. iniuriosius, quod ista omnia consilia nominis si obtentu fierent, quamuis de sano atque integro e ius animo persuasus esset. At vix Rotelina discesse rat, cum repetitis nuntiis Condæus admonetur nisi confestim sibi consulat, fore quamprimum v dilati temporis nequicquam pœniteat: aduentan hostium copias magnis itineribus, & nonnullas etiam turmas loca quædam Nuceto proxima iam pertigisse: etiam, nisi summo cum periculo, vicinorum præsidiorum manus posse ipsum iam euadere: certum vero illorum esse consilium & peruagatis etiam inter eos sermonibus certam famam increbrescere, omnibus rationibus ipsum & Amiralium intercipiendos. Itaque Condæus re cum Amiralio communicata, nullam consultandi disceptandique moram vident relictam, monitiones istas haudquaqam contemnendas, sed quod e maximè esset, commendato Dei prouidentiæ rerum exitu, maturè discessum capessendum: quantumuis vrgerent maximæ difficultates, præsidiorum nimirum vicinitas, locorum, (quibus prætereundum esset,) præter structas insidias summum periculum & quidem mulierum puerorumque comitatum ducantibus. Ad diem igitur vicesimũ tertium tradunt sese itineri: datis eo ipso die ad Regem Condæi litteris, quibus discessus sui per quam necessarias causas & iniuriarum querelas Regi exponit. Et perdoleo, inquit, Christianissime Rex, quod in omnibus meis litteris, quas ad te à promulgato edicto dedi, querelas tantum lamentaque tuorum subditorum variis è locis conquerentium conspexeris, & nunc etiam cogar idem perse

Condæi ad Regem an e discessum ittera & uerimo-ia.

qui, iustissimis & omnino necessariis de causis. Nã 1568.
subditus apud Regem suum, vt supremum suum principem ac naturalem Dominum, (ad quem secundum Deum perfugere debet vt ab omnibus iniuriis & violentiis defendatur,) potuit vmquam iustè conqueri ac condolere: hoc certè in me aliisque mecum Reformatam Religionem profitentibus, locum habet quam maximè qui longo abhinc tempore omnibus continuarum iniuriarum atque violentiarum generibus fuerint violati atque misere oppressi. Quod ideo patientius ferunt, quod semper existimarint tempus suorum illorum malorum leuationem aliquam allaturum: & quod omnes occasiones, prætererire voluerunt, quamuis Dei beneficio, multas haberent rationes propulsandarum iniuriarum si hoc instituissent, ne turbarum vulnera rursum recrudescerent: Quarum rerum Rex, nouimus causas tibi imputari posse, (quod nobis etiam nunquam in mentem venit,) genuino tuo ac bene nato ingenio tantum ab illis agendi modis alieno, tãque illis aduersario, quantum consilium voluntasque tua. Quod mihi repetitis litteris sæpissime demonstrasti, & nuper quidem Reginæ matri, ex eo sermone quẽ cum illa habebas, quo significabas quantum odiosa tibi esset turbarum renouatio: cum nimirum illam orabas, daret operam vt omnia pacificarentur, efficeretque ne rursus ad bella ciuilia rediretur, quæ non possent non extremum exitium adferre. At turbarum causas imputamus aduersario isti tuo ac tuæ dignitatis Cardinali Lotharenio & sociis, quo-

Turbarum Gallicarũ non Rex, sed Cardinalis Lotharingus author.

1568. quorum nimirum prauis, consiliis & acta necessi-
tudine & familiaritate quam cum Hispano habet
dissensiones & simultates inter tuos subditos ab-
hinc sex annis continuantur & miserè fouentur
atque aluntur per cædes atque strages, quæ ipso-
rum nutu quotidie & vbique perpetrantur aduer-
sus eos qui illis nolunt adhærere. Qua in re mani-
festè abutuntur tua Maiestate, quam occuparunt
vt teipsum tui Regni exitiosæ internecionis fa-
ciant administrum: & boni tui nominis famam in-
uoluant ac denigrent, dum cogunt te fidei publicæ
securitatem quam ipse iurasti, violare ac perfrin-
gere: vt hoc vnum extet omnibus tuis subditis &
omnibus aliis nationibus peregrinis exemplum,
ne verbis tuis fidem vmquam posthac adhibeant:
quæ res quam sit periculosa & perniciosa ad tui
status conseruationem, non vides? Quid enim di-
centii, qui promptam nostram obedientiam, nos
tibi alacriter exhibuisse, audierunt depositis armis
& copiis nostris, & maxima, quantum potuimus,
alacritate & sollicitudine, continuo dimissis: cum
ædes nostras inermes repetentes nuda nostra pe-
ctora gladiis & ensibus aduersariorum, & quidem
sub tuorum verborum fidem, exponeremus? Tua-
ne fides dicetur fuisse rete ac decipula ad meliores
tuos subditos & circumueniendos & mactandos,
illorumque fida obedientia ita agnoscetur? Quo
vsque tuis in sumptibus aletur exercitus, adfecte-
torum hostium tuum præsidium ac defensionem,
fidorum vero tuorum subditorum ac famulorum
exitiũ internecionemque? Ecquid vero dicent ii
qui intelligẽt à pace facta, nos minimè potuisse,

tuto

uto esse aut dormire domi, & ad vitarum nostrarum periculum euitandum, nostrasque personas continuis insidiis impetitas, à noxa conseruandas, coacti simus cum vxoribus & infantibus ad vlnas circumplicatis de domo in domũ discurrere? Postquam verò in istum locum, Galliæ finibus proximum, me contuli; variè missos esse speculatores ad mœniorum altitudinem metiendam & rationes nostri circumueniendi peruestigandas? Nunc verò, ne tam nefarium ac detestandum facinus non possit effectioni mandari, missam esse ad hanc Regionem, potiorem copiarum partem; quæ ad eum finem in hunc vsque diem meruerunt ad nos circumueniendos & adoriendos? vt quidem modo cogamur hinc discedere & palare tamquam sagittæ absque pennis; donec Deus nobis dét locum perfugii ad Cardinalis sociorumque coronæ Gallicæ hostium rabiem, furores, crudelitatésque euitandum: qui Regni, omniumque, qui detestandis ipsorum consiliis sanguinis & impietatis plenissimis possunt se opponere, exitio iampridem conspirarunt. An in omnibus historiarum Chronicorumque monumentis inueniri vmquam poterit, tantæ tamque detestandæ perfidiæ, Regio nomine prætexto, exemplum? Patierisne vt dicatur fidem ac promissionem tuam ita ab illis esse ludificatam eos vero qui tibi sunt obligati & fideliter tibi obsequuntur atque seruiunt, ita violenter opprimantur? Impurus ne presbyter, tigris, tyrannus, cum succenturiatis suis ministris imponet tibi legem, & aliis principibus, optimatibus & nobilibus tui Regni te in has angustias adducat, vt tu teipsum 1568.

1568. conficias? Quousque permittes impuros il
patiētia, nomine & auctoritate abuti, vt te e
exitii auctorem faciant? Quousq; habebun
fidis ac legitimis subditis ac famulis ii, qui ia
dem hanc coronam affectant, vt illā cum pe
nis diuidant, & tueri præter omnem rei veri
voluerunt, se è legitimorum Franciæ Regun
guine procreatos, Regnumque à nostris m
bus aduersus ipsorum maiores, iniuriose vsu
tum, qui nihil tam optant quam hoc Regnum
barum dissensionumq; machinis debilitare: qu
pe quæ sit ratio efficacior consilia sua consequ
di? Quousque vero habebuntur pro rebellibus
perduellionibus ii qui voluntarie & integrea
naturalique obedientiæ, quam tibi debent, sese
mittunt: quorum hoc vnum maximum & cert
mum votum est: *TIBI OBSEQVI ET SVB TV-
RVM EDICTORVM IMPERIORVMQVE PRÆ-
SIDIO AC TVTELA PACATE VIVERE.*
Prolixiori sermone molestus tibi essem, Rex Chri-
stianissime, si omnia quæ in hanc sententiam affer-
re commode possem, vellem, enumerare: *quæ cum*
particularius demonstrentur in libello supplici,
quem huic tabellario tibi exhibendum *dedi*, *ad il-*
lum me referam: atque tuam Maiestatem, Rex
Christianissime, etiam atque etiam orabo atque
obtestabor, vt illum excipias, intelligas *atque per-*
pendas tamquam nimirum ab eo proficiscentem,
qui tanto tuæ dignitatis ac amplitudinis studiosior
est, quanto Cardinalis & socii capitales illius sunt
hostes: ab eo profecto qui vnice peroptat in tuo-
rum imperiorum arctissima ac naturali subiectione

: obedientia viuere & mori: supplicationis autem ondæanæ tenorem, maximarum & grauissimarum querelarum rationes & causas explicantem, e verbo ad verbum hisce Condæi litteris subnectere voluimus: quæ sic habet. 1568.

" Quamuis ego numquam dubitauerim, Rex Christianissime, de singulari tuæ Maiestatis voluntate ad tua pacificationis edicta sancte firmeque conseruanda: quippe quod sit vnicum & præsentissimum remedium pacis certæ constantisque in hoc tuo Regno stabiliendæ, cum & tua Maiestas mihi sæpissimè significarit, quantum doleret se non posse rebus omnibus, quemadmodum vellet prouidere: nihilominus tamen perlectis iis responsionibus quæ ad me nomine tuo sunt delatæ: ad eas litteras, quas per Telignium dederam, & cum ab eodem etiam accepissem illa, quæ ei, ad me referenda dixisti, non possum non maximopere Deum laudare, quod Maiestas tua in hac præclara voluntate perseueret: & tibi etiam non agere maximas gratias: ita ad nonnulla responsionum tuarum capita, cum omni reuerentia ac modestia respondere.

" Primum ad responsionem primi & secundi capitis mearum litterarum: *Complures esse Religionis Reformatæ homines qui meas partes non sunt secuti, nec meis consiliis vllo modo fauerunt: at contra: nonnullos illorum, quod nossent arma minimè sumpta Religionis causa, tibi tuisque administris omnibus in locis obsecuti sint:* Oro atque obtestor tuam Maiestatem, ne iam meas sumendorum armorum rationes ac

1568. » causas hic longius siue prolixius persequar,») rec
» deris atque in memoriam reuoces: quod intell
» ecto sincero meo, & eorum qui me sequebantur, a
» nimo ac consilio: re maturè deliberata declarau
» ris edicto nempe ad annum millesimum, quinge
» tesimum, sexagesimum secundum: Quæcunqu
» ego & qui me sequerentur, fecissemus, ad tuum
» obsequium dignitatemque fecisse: Me pro tu
» charo ac fido consanguineo, subdito ac famulo &
» meis omnibus pro tuis fidis ac legitimis subditis ac
» famulis omnino agnitis: & quod vltimo etiam edi
» cto quod primum illud confirmas, idem sis testifi-
» catus. Qua in re manifesta sanè est repugnantia &
» contrarietas. Quoniam si ego & mei arma alia de
» causa, quam tui obsequii tuæque dignitatis bono,
» sumpsissemus, haud dubie nobis, fœda rebellionis
» & perfidiæ nota inureretur. Vt vero nullo mod
» potest nobis in mentem venire, vt adeo manifeste
» à te dissentire velis, ita etiam aio: facilè posse appa-
» rere responsiones istas, è Cardinalis Lotharenai so-
» ciorumq; officina exiisse: qui vt venenum quod ia
» pridem in animis suis tegunt, & cuius tamen adeo
» manifesta argumenta tam sæpe dederunt, pergant
» dissimulare, moliuntur Maiestatem suam in nouis,
» aduersus fideliores tuos subditos, suspicionibus,
» perfidiæ ac rebellionis opinione inusta atque im-
» pressa, semper innutrire. Quorũ criminum cũ nul-
» lo modo, Dei beneficio, teneamur potius parati
» simus præclaram mortem oppetere, quàm pati il-
» la nobis à Cardinali, sociisque falso ac calumniose
» imputari: quin demonstrabimus rem planè aliter

habe-

habere, quam illi impudenter apud te calumnientur. Interea oro tuam Maiestatem: Ecqua vel veritatis specie possint ista dici: Quandoquidem ego & alii Religionis Reformatæ viri fuerimus iam pridem admoniti de inito Baionæ consilio cum Hispano ad eos omnes planè delendos atque exterminandos qui Religionem Reformatam in tuo Regno profiteantur: quin & essemus certiores de Heluetico delectu, falsa specie Hispanorum in Belgium aduentus: consiliorum Moncelli & Marchesi initorum, de rationibus quibus ego & Amiralius ad arcem Vincenniam, prætextu te conueniendi, adduceremur, vt in aduersariorum manus venire possemus: de Cardinalis Sanctæ Crucis in Galliam profectione: de nouis delectibus & quidem Lutetiæ: de litteris Albani ad te, quibus ad obseruandum Baionicum fœdus, Protestantibus in vniuerso tuo Regno delendis atque exterminandis, solicitabare: de Pontificis & Hispani Cardinalis Lothareni sociorumque opera, erga te rationibus, vt eo deducereris inflammarerisque & multis aliis ad bellum apparatibus, quæ certissima proculdubio erant præsagia, præstandi illius fœderis, præter nec obscuras in potentiorum etiam ore versantes minas. Certè minimè consentaneum esset existimare, si prauam aliquam cupiditatem habuissemus nos Helueticas copias aut aduentum Hispanorum, expectaturos: Nec possunt etiam dissimulari sermones ab Amiralio apud Connestabilem & Reginam Chantilliaci habiti: nisi cohiberetur iudiciorum rigor, quo Nobiles 1568

1568. » Reformatæ Religionis, propter non obseruatos
» mnes declarationum ritus: de non permittendo
» alii, quam è suis subditis, suis in ædibus adirent
» cras conciones, impacto etiam violatæ Maiesta
» crimine vexarentur: fieri non posse vt impedire
» tur arma, quin ad tantas iniurias propulsandas p
» vniuersum Regnum continuo à fidelibus sume
» rentur: Et in hanc sententiam multa ab eodem A
» miralio dicta fuisse Toræo, quæ ille ad Connesta
» bilem referret de Heluecicis copiis, adeo sunt ma
» nifesta, vt nullo modo celari queant. Quæ qui
» dem & ea quæ ego ad te & ad Reginam matrem
» sæpe perscripsi, non possunt non manifestissime
» demonstrare, numquam nobis venisse in mentem
» insidiis erga te vti, aut aliquod secretius consilium
» agitare. Præterea negari ne potest omnes concor-
» diæ rationes à nobis esse peruestigatas? Nobis ne
» potest obiici, è turbarum istarum primis tempo-
» ribus, nos vmquam aliud à te postulasse, quam con-
» scientiarum nostrarum libertatem, vitarum, fortu-
» narum, dignitatumque conseruationem? Nisi
» quod inter alia, cum essemus Sandionysii, postula-
» ui aliquando à tua Maiestate: vt immensorum one-
» rum, quibus non minus Nobilitas quam plebs gra-
» uaretur, leuandorum haberes rationem: intellecta
» tua, ad hanc nostram petitionem, responsione, nū-
» quam ex eo ne verbum quidem vlterius prolocuti
» sumus. Quod si nostro nomine scripta, quæ ad ci-
» uilem administrationem attinerent, euulgata sunt,
» (vt certè fuerunt,) quis non videat id Cardinalis
» Lothareni artibus fuisse factitatum? cum penes

Protestātes nihil aliud quā conscientiarum libertatem vitæque ac fortunarum suarum conseruationē à Rege efflagitāse.

nos

os vires maiores haberemus, vt, si illis abuti vo-
lu issemus, non potuisset nobis, quantum quidem
potest coniici, repugnari, an postulationes nostras
amplificauimus? Cum nobis obtulisti tuam fidem,
nonne eam amplexi sumus, nulla maioris postula-
tionis facta mentione? Vllané alia res in pacis tra-
ctatione, proposita est, nisi de conscientiarum no-
strarum libertate? Nonne & vitas & fortunas & di-
gnitates nostras soli tuæ pollicitationi condonaui-
mus? nonne solius edicti obseruatione contenti
fuimus? Aliud ne complectitur pacis edictum,
quam quod spectat conscientiam? Si ergo in reci-
piendis pacificationis propositæ conditionibus,
nos adeo faciles alacresque exhibendo, non ex-
plorasti animos nostros: si calumniæ de tua digni-
tate violanda, non sunt abunde refutatæ, (vt pro-
fecto sunt bonorum & æquorum virorum iudi-
ciis,) habes tamen certa & perspicua argumenta
nostræ promptitudinis atque obedientiæ, cum ita
diligenter arma tuis mandatis deposuimus & co-
pias nostras solicite dimisimus, ex quo tamen adeo
fidelis & certi obsequii signo nihil aliud potuimus
portare, nisi contrarios tuis pollicitationibus fru-
ctus, vt quidem maximè videantur edicta tua tan-
tum esse retia atque indagines ad nos circumue-
niendos, id est, vt falso concordiæ obtētu illud ad-
uersum nos fiat, quod aperto bello non potuit.

Sed quartum caput paulo altius consideremus.
*Tuam Maiestatem nihil tam sollicite voluisse, atque im-
perasse, quam edicti obseruationem post sedatos bellorum
motus, nullo adhibito impedimento; omnibusque suis admi-*

1568

1568. *nisi quis semper mandasse, tuerentur tuos subditos per omnes, nulla Religionis habito discrimine, atque pa omnes continerent, vt nemini, vllo modo, fieret iniu*

Equidem miror Cardinalem Lotharenum soci que qui istas responsiones dictarunt, non memini se, multas litteras, turbarum tempore, fuisse int ceptas, quibus tuis præsidibus, Parlamentorum ris aliisque tuis administris mandabas, vt pla contrarium facerent iis rebus, quæ tuo edicto co tinerentur: meminerint quid responsum sit nomine, scripto per tuos Secretarios obsignato, ordines Oscitanæ: quid ad Parlamentum Tholo sanum, in quatuor sanguinolenta Aresta ab illo perlata & effectioni mandata: tuis nimirum illis litteris ferebatur, hanc rem tibi pergratam fuisse, atque ita semper fore: vehementer te, optare imposterum agant Rescriptorum aut aliorum m datorum, quæ fuerint à te in Religionis illius gratiam impetrata, aut impetrari posthac pos sint, habita omnino ratione: & quidem ita, vt Re bellium nomine insigniantur omnes nostræ Reli gionis homines, & qui nobis faueant consilio vel auxilio: atque vt argumentis planum fiat: Vlla ne est vrbs, cui post editum pacis edictum resti tuta sit Reformata Religio? Imo, Vllane est vrbs, in qua fuerint Protestantium familiæ, quæ non violenter fuerint Protestantium familiæ, quæ non violenter fuerint dispoliatæ atque violatæ? Nonne & primariis vrbibus, Lutetiæ & Lugdu ni sub hastam venierunt Reformatorum faculta tes? Inter alios nonne Lemenius, ærarii tui à secre tis, & violatus & domo peruastata omnibusque

Regia, credo mihi res ista promittere multa: Asi seruare fidem, RVSTICITATIS OPVS.

inius-

iniuriarum generibus indigne mulctatus, in vincu- « 1568.
a coniectus est, quicquid etiam te rogarit vt eius «
ationem haberes? Locus ne in vniuerso tuo Re- «
gno repertus est, in quo potuerint ad hunc vsque «
diem Protestantes tuto habitare aut dormire? Et «
i quid miraculo quodam, turbarum præteritarum «
tempore, euaserunt, crudeles cruentasque aduer- «
sariorum manus, quod ad summā misericordiam «
obtinere potuerunt, illud nimirum fuit: Vt corpo- «
ribus acerrime violati, in vincula coniicerentur: «
in quibus complurimi penuria alimentorum mor- «
tui: complurimi adhuc & detinentur & crudelissi- «
me tractantur: vt Lugduni, Puteolis, Tholozæ, Bi- «
turigibus & aliis locis complurimis? Et ex edicti «
etiam tempore, nonne & in vincula etiam coniec- «
cti, sola Religionis de causa Cani, Altisiodori, Tho- «
lozæ, Belnæ? At cum Rescripta tua illis offeruntur, «
quid aliud respondetur à Iudicibus, nisi manda- «
tum sibi esse ne quemquam, qui Religionis causa «
captus detineatur, liberent? Cuiusnam vrbis à fa- «
cta pace ingrediendæ facultas Protestantibus tri- «
buta est, & vbi non repulsi, aut violati, denudati, & «
variis in locis interfecti sunt? Vrbes ingressis, egre- «
diendi domos facultas minime Reformatis homi- «
nibus tributa est: nec quemquam conueniendi: «
quasi vel in vinculis detinerentur, vel indigni es- «
sent, qui in tuorum subditorum numero haberen- «
tur. Et si in agris quidem reperti (vt certe istæ vr- «
bium exprædationes nonnullos ad agros compu- «
lerunt) nonne præsidum mandato complurimi in- «
terfecti atque mactati: nonnulli in vincula coniec- «
cti, & vt capitali homines supplicio mulctati sunt? «

1568 etiam nullo legitimo Iudiciorum more habito? Vt quidem permulti ex tuis subditis, dum sub edictorum tuorum præsidium ac tutelam confugerent varie fuerunt variis in locis trucidati: Quarum rerum noxa est penes Maiestatem tuam tam imprudenter nomine illo tuo prætexto violatam: & summum detrimentum Regnũ tuum manet. Nec tantum edictum, belli tempore & pace facta violatum fuit in hac promissa securitate, sed maxime in munerum dignitatumq; ratione. Vnus ne eorum, qui Religionem Reformatam profitetur, in suo munere conseruatus est, etiam ex iis qui mecum in castris non fuerunt? Nonne & promulgatum est tuo nomine edictum: Vt omnes qui Reformatam Religionem profiterentur intra certum tempus muneribus sese abdicarent, nec quisquam posthac ad munera reciperetur qui eam Religionem approbaret: nulla eorum qui vel arma mecum tulissent vel non, facta distinctione? An possit manifestius repugnari tuo de pacificatione edicto, quod omnibus tuis subditis nullo habito Religionis discrimine, facultatem viamque patefacit ad capessenda munera? Qui vero ad illa munera admittantur, cum exturbati, muneribus suis minime restituantur? Imo nonne & omnes è tua familia qui Religionis Reformatæ nomine suspecti essent, abdicati sunt? Et vt à minimis ad maximos veniam, ecquam ego habeo auctoritatem in mea præfectura: ecquam & Amiralius in suo Amiralatu; ecquam Andelotius in sua Gallici peditatus summa administratione? Eccur & Bochauanius præfectura sua abdicatus est? Sin vero Cardinalis voluerit distin-

ctionem

ctionem facere eorum qui mecum arma tulerunt & eorum qui domi remanserunt: cur præfecturis exturbati sunt Moruillerius & Senarpontius, quos omnes norunt arma minime tulisse, at domi remansisse, quæ certe ex diametro secum repugnant. Interea nihil ne magis contrarium edicto tuo agi possit, quo diserte cauetur, vti omnes ad munera sua reuertantur, omnibus sententiis contra illos antehac latis penitus antiquatis? Quod certe vehementius dolemus (non sane ambitione, cum & integrum tibi sit munera tua cui volueris mandare) sed quod ista nobis nota inuratur, quasi tuo obsequio indignis: tum etiam, quod minime possimus sperare fore vt habeamur & tractemur vt fidi tui famuli, & quemadmodum meremur, quandoquidem penes illos sit rerum potestas, quos turbarum retinendarum studiosos esse nouimus. Quod si nonnullorum Pontificiæ & Romanæ Religionis, virorum precibus & efflagitatione, nos nostris muneribus priuas, quod dicant nos eis esse suspectos: at tua Maiestas, Rex Christianissime, existimare debet, nobis, qui tuæ voluntati voluntarie nos subiicimus, qui tua edicta numquam in dubium reuocauimus & in subditorum tuorum numero optamus censeri: non minorem esse occasionem, vt suspectos habeamus eos Romanæ Religionis viros, qui hanc vnionem repudiant, qui aduersus edicta tua disputant & concordiam respuunt. Vnde eueniet vt innutrita in vtrisque partis hominibus suspicione, turbarum occasiones numquam aboleantur.

1568.

Moruillerius & Senarpōtius indignis modis præfecturis suis exturbati.

Quod

1568. Quod euitari posset, si reuera reconciliarentur dum omnes æquo tuo fauore, honoribus, muneribus, facultatibus cohonestares. Et quod in eodem capite continetur, *Reperiri non posse vspiam Regni, quid fuerit, præter edictum, actum, quin fuerit confestim illis rebus prouisum, atque illa emendata.* Equidem miror ecquo ore, ecqua fronte Cardinalis & socij hoc tueri possint. Negari ne potest, quin post pacis edictum edictũ perpetratæ sint infinitæ cædes, expilationes, violationes: quarum tam multæ querelæ ad tuam Maiestatem sint perlatæ? Potestne vere dici, vllo vmquam modo fuisse prouisum, & minus, vt aliqua animaduersio fuerit consecuta? Et vt res ita esse demonstretur (ne omnia commemorando tuæ Maiestati sim tædio) insigniora ex tanta copia dumtaxat delibabo, quæ nec inter barbaros tolerari potuissent. Inter alia crudelis strages Ambianis ad centum quadraginta capitum, omnium ætatum, sexuum, conditionum immaniter expatrata. Meministi cum tam crudele facinus ferre nõ posses, misisse eo Marescallum Cossæum: qui compertis tantæ stragis auctoribus, illisq; comprehensis, te de tota re certiorem fecit. Tum Cardinalis Lotharenus, quasi sicariorum ac prædonum istorum Patronus, amplexus est istam causam, & frequenti tuo consilio dixit: *Habendam esse istorum hominum rationẽ, qui ad illud agendum, pio zelo fuerint concitati:* nimirum eodem illo zelo qui Franciscũ Guisium fratrem ad expatrandam stragẽ Vassiacenam olim stimularat. Et quidem res ita acta, vt Cardinalis illius impulsu & opera, apertæ sint carcerum fores abominandi illius sceleris auctoribus: quorum

Qui semel modestiæ claustra perrupit eum grauiter impunitum esse oportet.

Insigne scilicet sacrosancta Iustitia specimen.

non-

nonnulli personata quadam iuris & boni specie, « 1568.
imaginariis spectris suspensi & humiles aliquot ho- «
munciones, qui vix isti stragi interfuerant, fustigio «
mulctati sint. Et vt demonstraretur quam non in- «
gratum illis fuisset hoc facinus, effecerunt vt sedi- «
tiosis illis Ambianensibus, quod peterent conce- «
deretur: Ne vlla, videlicet, Religionis Reformatæ «
administratio, nec Ambianis nec tribus ab illinc «
leucis esset. Idem accidit Altisiodori, vbi post fa- «
ctam pacem ad centum quinquaginta fuerunt in- «
terfecti, quemadmodum poteris videre ex edito «
cædium commentario: vbi & infinitæ aliæ intem- «
peries expatratæ: vt & pecuniæ, quam ad Germa- «
norum stipendia curaueramus, exprædatio: & eo- «
rum qui illius ducendæ curam habebant, nonnul- «
lorum cædes, nonnullorum vincula: Ibi Mompe- «
rius erat, eo & istius rei causa missi delegati, ecquid «
ad facinoris istius emẽdationem ab illis actum est? «
Nonne & immanis Sipierrij cum triginta sex viro- «
rum cædibus tibi significata, nominat⁹ cædis istius «
auctor Baro Arsius? huicne rei vnquam prouisum «
est, nisi vsitato modo? Et tamen ait Cardinalis «
omnibus rebus fuisse prouisum. Nos vero affirma- «
mus quod verissimum est: Nulli rei nullibi fu- «
isse prouisum: at si inter tot crudelitates, cædes, ex- «
prædationes, mulierum maritatarum, ac virginum «
violationes, abductiones, tot tantasq; omnium ge- «
nerum intemperies, Trecis, Aureliis, Lugduni, Va- «
lentiæ, Ambianis, Tholozæ, apud Cenomanos, & «
in vniuerso prope Regno expatratas vlla ad hunc «
vsque diem animaduersio aut emendatio facta fue- «
rit ingenue fatemur nos perperam conqueri. At si «

verum

1568. » verum est dum aliquid conquerimur, mitti tantum
» supplicum libellorum Magistros aut præfecto
» quosdam, qui pro eo quod debebant ex tua volun
» tate, emendare res contra edictum nefarie perpe
» tratas, atque illorum scelerum reos vindicare: il
» los contra certa impunitate tributa audaciores a
» que insolentiores effecerunt: an Cardinalis Lo
» tharenus côget nos fateri, iustitiam ibi esse, vbi in
» iustitia & impunitas dominatur? Efficiet ne vt
» credamus solem media nocte, lunam meridie lu
» cere? Dici igitur potest, vrbes tuas, Rex, esse
» tantum latronibus & sicariis perfugia, veris &
» natiuis ciuibus destitutas, erronibus & dissolu-
» tis hominibus plenas, sine vllo ordine, sed ne vl-
» la quidem Iustitiæ & æquitatis specie perturba-
» tissimas.

» Ad nonum caput vbi testatis: *Te non in alium fi-*
» *nem portubus, pontibus, aliisque aditibus constituisse cu-*
» *stodias, nisi vt omnes subditi concorditer vna continea-*
» *tur; boni à malorum conatibus defendantur; malorum im-*
» *petus coerceantur*: Equidem agnosco sinceram tuam
» germanamque voluntatem: sed vt intelligas, quam
» impudenter illi tuo nomine abutantur, rogo te vt
» mandes exhiberi tibi formam mandatorum, quæ
» data sunt custodibus illis, vt ex eorum præscripto
» rem gerant, quasi tuo mandato. Ex illis profecto
» perspicietur, custodes illos in eum plane finem
» constitutos esse, vt nostræ Religionis homines ve-
» xent atque opprimant omnibus rationibus: atque
» ita tuo vt nomine, ita voluntate illos impuden-
» ter abuti: quemadmodum effecta istis mandatis
» omnino similia satis superque demonstrarunt: in

quorum

quorum mandatorum scriptione Cardinalis Leshareni stylum animaduerto. At quod vndecimo capite dicitur, *Tuam Maiestatem non debere rationem habere perficiendorum præsidiarum vbiuis sit; quando de sua dignitatis vtilitate agitur: & Reginæ quoque & potentiorum aliorum ædibus atque agris imposita esse præsidia:* Ego te, Christianissime Rex, oro atque obtestor: habeas persuasum, neminem hodie esse, cui incerta tibi obsequendi voluntate cedam. Si itaq; ad tuam vtilitatem attineret, imponi meis in ædibus præsidia, magno honori ducerem, non tantum ædes meas, sed omnes facultates, quas mihi Deus tribuit, ipsamque adeo vitam meam pro tuo obsequio profundere: & quod in Reginæ aliorumque optimatum ædibus præsidia sint constituta, alia certe ratione factum fuit. Quemadmodum & illa mihi grauis iniuria facta est, quod in meam præfecturam redeundi facultas denegata mihi est: quod non potuit fieri nisi capitalium criminum reo. Nam quod decimo tertio capite moneor: *Ne rumoribus ex vtrauis parte fidem habeam*, magnum profecto discrimen est: quæ enim de nobis dicuntur, ne vno quidem effecto probari possunt, quæ de Romanæ Religionis viris notissimis effectis perspiciuntur. Quod enim testaris te numquam approbasse *Confraternitates illas sancti Spiritus*, vt manifestas edicti tui violationes: non te etiam celabo quid nuper hac in re acciderit: Ad decimũ octauũ diem M. Iulij præteriti, Regia domo, Diuione, publicus ad tria hominum millia conuentus habitus est, in quo Iassus Begatus Consiliarius Parlamenti

1568. » Diuionēsis cum Fioto, Raimondo, Malleroio c
» legis, vna cum duobus Tauanij filiis, quod ille
» valetudinem adesse non posset, prolixam hab
» conuentui illi orationem, vt demonstraret qu
» necesse esset, vnumquemque inuigilare, quan
» quidem talis hostis adeo vicinus esset, ne ab adul
» rinis principibus qui Regi voluissent partem a
» gnare, opprimerentur. Itaque vnusquisq; arma
» compararet: locupletes equos militares, & arm
» thoraces: tenuiores galeas & tormenta: atque i
» hanc rem ærarium vt in singulos menses pecu
» colligeretur ad confraternitatis defensionē: Isti
» que pecuniæ collectore assignato, Abbate Bussie
» rio: multisque verbis cœtum ad illas contributio-
» nes hortatus, iussit omnes qui aderant, manus tol-
» lere, ea conditione, vt si bellum moueretur, omnes
» pro facultatibus conarentur exequi, quæ essent i
» Consistorio hunc in finem constituto delibera
» nulla patris, matris, fratrum, sororum, liberorum,
» consanguineorum habita ratione. Et cum quidam
» eorum qui aderant, illum continuo rogaret, an te
» probante hæc fierent; respondet Begatus: Te dati
» literis rem probasse, litterasque illas Tauanium de
» disse suo Secretario, & ad rei illius fidem duos suo
» filios eo misisse, donec ipse possit adesse: quod pro
» pediem speraret: & quamuis id non approbares
» ad obseruationem edicti cum esset inter te & illos
» peculiaris quædam loquendi ratio, quæ ab omni-
» bus non intelligeretur. Et perlatæ sunt ad Crema-
» nenses Tauanij litteræ, iisq; redditæ ad vigesimum
» septimum Iulij, qui illos ad ineundam huiusmodi
» societatem inuitaret, promittens effecturum se, v

à te

te rata haberetur. Moneo item idem actum esse 1568
pud Cenomanos, complurimis Romanæ Reli-
gionis nobilibus ad illam societatem ingressis Ba-
rone Vassæo, Tuarsio, Surchio & aliis permultis
qui vel ipsi aderant, vel vicarios cum literis eo mi-
serant societatem ab illis esse obsignatam: acta de
rebus nonnulla: Quod tui Marescalli illis essent
suspecti, tres aut quatuor duces eligendos, quorum
imperiis res administrarentur: ærarium compo-
nendum pecuniæ voluntarie tributim lectæ: sed
ne res ita difficilior esset, curaturos vt ab te literas
impetrarent, quibus ad contributiones in eam so-
cietatem allecti cogerentur, ex ea pecunia primum
compararetur armamentarium, ex quo armaren-
tur, qui non possent sibi arma cōparare delectuum
descriptiones fierent per singulas tribus: eligere-
tur Dux qui summe omnib. copiis præesset & sin-
gulatim equitatui & peditatui Duces attribueren-
tur. In hanc societatem quod postularent admitti
Scabini illius vrbis, relati sunt ad proximum Do-
minicum, relictusque Tuarsius, vt cum illis & op-
pidi clero transigeret. Et vt omnis metus demere-
tur, omnes eos generatim qui aderant, certo mo-
nebant, Te istam societatem perscriptis ad illos li-
teris approbasse: at particulatim astutioribus edi-
cebatur pollicitum fuisse Cardinalē Lotharenum
effecturū se vt illas omnes approbares. Si per alias
prouincias inuestigaretur idem omnino reperire-
tur: quod certe manifeste tuo edicto repugnat. Si
dicant illius rei efficiendæ se habuisse certas occa-
siones, ex illo tuo mandato, de quo etiam ad me
perscripsisti, vt singulis prouinciis haberentur de-

1568. „ lectus eorum qui arma ferre possent aio societ
„ istas vlterius quidem progredi, nec quicquam c
„ illa, tuo mandato, facta descriptione habere c
„ mune. Dico etiam, consilium illud de habend
„ populi descriptione præbuisse occasiones c
„ illis tuæ dignitati perniciosis licentiosius agita
„ præterquam quod etiam factum est contra m
„ rum tuorum instituta, qui semper cauerunt, n
„ rium suarum numerus cognosceretur.

Delectus popularis Reipublicæ plus obsunt quam prosunt.

„ Ad decimum sextum vero caput quod attin
„ *Me, videlicet, nosse quod tua Maiestas de Rapini fa*
„ *Senatum Tholosanum perscripserit:* Nolo certe dissim
„ lare me resciuisse, missas à te esse ad Tholosanos
„ los literas, quibus ais, vidisse te complures sente
„ tias ab illis turbarum tempore datas, & diserte co
„ tra Rapinum: & existimare te omnia ab ipsis fa
„ esse iustis de causis. Vnde illi cōcludunt illam
„ tentiam ita esse cōfirmatam atq; approbatam a
„ quod falsum est, cū sententia illa contra Rapinum
„ data fuerit decimo tertio Aprilis, atq; adeo post c
„ dictum & factum & promulgatum. Præterea, quo
„ illi publica tua fide ei cautum esset, & eo, tuo imp
„ rio mitteretur. In decimo octauo capite habetur
„ *Te maxime dolere, quod Iustitia non ita caste administr*
„ *tur vt cuperes & velis: cui tei non potueris hactenus prou*
„ *dere: quod edictum non fuerit à Reformata Religionis ho*
„ *minibus plene præstitum, nondum omnibus vrbibus qu*
„ *ab illis tenerentur, omnino redditis, cū tamen ipsa tua Maie*
„ *stas exemplo suo illis in edicti tui obseruatione præiuerit.* In-
„ terrogarim sane Cardinalem sociosque lubenter:
„ Num ego continuo Aurelijs discesserim & idem
„ neo mandato, factum fuerit Altissiodori, Suessione

& aliis

aliis vrbibus quæ sunt ad istas oras: & quòd ad longinquiores attineret: num ego certos homines lis comites adiunxerim, qui prouincias tuo nomine adibant ad recipiendas vrbes, cum disertis literis vt confestim meo exemplo vrbibus cederent. Deniq; si quid à me hac in re prætermissum fuerit, quod ad officium meum pertineret & esset in mea facultate possitne vere dici, me nõnullam auctoritatem erga eas vrbes, quæ nondum arma posuerant, retinuisse. Cui ergo potes causam iustius imputare nisi Cardinali Lothareno, qui vnica est causa rerum violenter Aureliis, Suessione, Valentiæ, Cisteronæ; Altisiodori, Sanspiriti, gestarum: quæ vrbes hostiliter vexatæ, promptissimam tamen obedientiam iam reddiderant? An data est hoc modo occasio aliis vrbibus deponendorum armorum? an erat ad obseruationem edicti præclarus aditus, illius promulgationem impedire, vti à te fuerat promissum? num prius edicti promulgatio exigenda erat, quam non obseruati crimen Reformatę Religionis hominibus impingendum? At tantum abest, vt illi voluerint edictũ è tuæ voluntatis præscripto obseruari, vt contra repertę sint literę, quarum exemplar ad te missum est: autographum est penes Reginam Nauarrę, à duobus Tholosanis capitoliis (quemadmodũ Magistratus oppidanus vocat) ad Collegas scriptã, Maiestates vestras perdoluisse edictum Tholosanum non fuisse promulgatũ, quod hac de causa vrbiũ rebellio redditio retardaretur: atq; ideo pernecessariũ esse, publicę vtilitatis bono vt promulgatio quãprimũ in Parlamẽto fieret nulla tñ adhibita promulgationis solemnitate, & cum

1568.

Cardinalis Lotharenus rerum in Francia violẽter gestarum causa principalis.

1568. » exceptionibus iis quas curia iudicari, tantum vt
» Senatus commentarios illæ referrentur: quod m
» iestates vestrę intelligant eam promulgationem
» guratiue & in speciem tantũ fieri, non efficacie
» cutione: vtine arma deponantur: at diligent
» quam vmquam antehac vrbium custodiis inuigi
» tur. Quod si excipiatur non habendam esse rati
» nem seditiosorum nonnullorum, vt de omni
» consilio aliquid statuatur: equidem id lubenter a
» mitterem, nisi seditiosorum illorum consilio
» fuisset effectioni mandatum, tuum vero repudi
» tum: Verissimum est enim parlamentũ illud Th
» losanum post quater repetita, de promulgand
» edicto, tua mandata, eam promulgationem egisse
» tã fraudulenter quam malitiose: adiunctis ad ed
» cti verba & contra expressam edicti formulam ii
» verbis: *Quemadmodum in secretis senatus commen*
» *continetur*, quibus certum est exceptiones edicti
» plane contrarias illos inseruisse & diserte ad la
» rum aduersus Reformatę Religionis homines sen
» tentiarum tumultuum tempore, confirmationem
» & vt munerum officiorumque restitutio exciper
» tur. Vnde profecto perspicitur, illos suæ dignitat
» tuendæ atque amplificandæ quam tuæ Maiestat
» atq; auctoritatis studiosiores esse: quasi eorum ho
» nor aliunde quam à te penderet, & quasi illis ali
» quam tua, conseruanda esset auctoritas, quod pro
» fecto minime facient, quamdiu illorum impedien
» dorum mihi rationes suppetent: Et tamen tantum
» abest vt eorum rebellio & audacia improbata
» sed & nonnullorum opera impetratæ sint à te a
» los literæ, quibus significas, te illorũ de publica

edi

dicto exceptiones & moras approbasse. At quod "1568.
eodem capite dicitur. *Tuam Maiestatem nullo modo* "
promissis defuisse: oro te etiam atque etiam des mi- "
hi veniam si dicam: Me nec quenquam Religionis "
Reformatæ fructum istius pacis adhuc sensisse, ni- "
hilque nobis tributum eorum quæ esses pollicitus; "
at oppressiones violētiasque, quas à pace facta sen- "
timus, longe aperti belli detrimenta superare: ita "
quidem vt si nostri ratio habeatur, in ipsa rei veri- "
tate dicere possumus: *Belli tempus nobis fuisse pacis* "
tempus; & vt nunc est, tempus nobis esse crudelissimi belli. "
Vltimo capite dicitur: *Rem esse à ratione & boni sub-* "
diti officio nimium alienam, velle abrogare auctoritatem "
tuæ Maiestatis, quin possis, vbi periculum maxime perspi- "
ciatur, & ad vrbis cuiusdam tuæ primariæ ruinam euitan- "
dam, mutare aut innouare loca quæ concionum illarum ad- "
ministrationi destinata sint, alio suffecto: teque persuasum "
habere huiusmodi esse rationes illas cur Lugduno facultas "
illa adempta fuerit, vt à me, si consilio tuo interfuissem, "
haud dubie fuissent approbatæ. Oro etiam atque etiam "
tuam Maiestatem existimes fore, vt numquam ego "
nec meimet, nec officij mei, ita obliuiscar, vt vel "
vnquam mihi in mentem veniat diminuendæ tuæ "
dignitatis: at contra me & voluntarie & liberaliter "
vitam profusurum ad omnes occasiones quæ ad il- "
lam propagandam amplificandamque pertinebunt: "
Reminiscatur etiam tua Maiestas istam de Lugdu- "
no facultatem rem esse maximi momenti, quæ & in "
pacis agitatione tantopere inter nos fuerit disce- "
ptata: & notum etiam est eamdem rem olim in tuo "
consilio Sangermani tractatum, cum de edicto Ia- "
nuarij constituendo ageretur, cui frequentes ade- "

1568. "rant & primores quidem tui consilij viri vtriusq; " Religionis, & ex omnibus Regni tui curiis lecti" mi: à quibus post longas disquisitiones conclusi" fuit, vrbibus extremis, quemadmodū Metis, Bo" niæ, Caleti, Ardris & aliis consimilib. concionib" locus, vti intra ipsas vrbes diceretur, quo insidi" occasiones euitarētur. Cardinalis tamen Lotha" nus & socij (quibus nihil est antiquius, quam vt li" bidinib. suis, quauis iactura, obsecundent, & loca" dent rebus omnibus quæ ad sua cōsilia promoue" da spectant) persuadebunt, si possunt, eos qui ant" quorum institutorum & disertam edictorū obse" uationem petunt, velle abrogare auctoritatē Maie" stati tuæ, se vero & socios, peregrini stipendiario" illius auctoritatis amplificandæ, quam tamen ex" tinctam atq; abolitam cupiunt, studio teneri.

" Quod vero attinet ad id quod capite an... " tur: *Tuam nimirum Maiestatem perdolere, quod tui sub-* " *diti nolint eam sibi securitatem polliceri, vt apud te sui* " *tibiq; & opera & consilio pro officio suo, obsecūdent*: Equi" dem testor nihil magis mihi esse molestum quam" quod nō possum apud te esse, vt tibi, (quemadmo" dum debeo & vnice semper optaui hactenus atque" etiamnum vehemētissime opto) obtemperem atq;" inseruiā: Ac oro te atq; obtestor consideres, si quo" tidiani speculatores ad me explorandum ad meas" vsq; ædes missitantur, vt videant an mihi possit ali-" quo modo incommodari: ecquęnam securitas mi-" hi apud te existenti cōstare possit, cum vires & co-" piæ penes hostem meum sint. Itaq; si certum est (vt" quidem nec possum nec debeo dubitare) tuam esse" voluntatem vt edicta tua obseruentur, fidesque &

curitas publica quam dedisti & iureiurando con- 1568.
masti, sancte colatur; at vero contra tuam volun-
tem grassantur infinitæ cædes aduersus tuos sub-
tos & quidem impune per vniuersum Regnum
um: Si & contra diserta tua mandata ineuntur
edera, societates, confraternitates, militum dele-
us habentur, arma expediuntur, pecuniæ legun-
ur, omnia ad manifestum bellum apparantur: Si
ro Iure & Iustitia, iniustitia passim euagat, omni-
que ordine fœde proculcatæ tuæ etiam Maiestati
iegatur obedientia & ad violandam perfringen-
damque fidem publicam cogeris; Eccui tamdem
tantarum perturbationum causæ imputari possunt
nisi ipsi Cardinali Lothareno, omnium dissensio-
num distractionumque, quæ per hoc Regnum va-
gantur, & auctori & altori? Et quamuis hæc res tuæ
Maiestati cognita sit & omnibus ijs, qui Cardinalis
Lothareni partes non sequuntur, tamen quoniam
agitur de manifestæ tuæ dignitatis (cuius equidem
tuendæ atque conseruandæ eo sum studiosior,
quanto Cardinalis iampridem illam labefactare
instituit) ruina; & ego omnesque Reformatæ Re-
ligionis viri petimur, quibus iampridem ille suis ar-
tibus, Perduellionis crimen, quo tenetur, voluit
retorquere. Nos, inquam, dum non possumus tan-
tas calumnias aduersus nos latas pati, nunc vero
constituimus nihil amplius dissimulandum in re
nimirum tanti momenti: quandoquidem longa
nostra & pœne incredibilis patientia tantum effi-
cit audaciorem insolentioremq; Cardinalem. Sed
ne longius rem repetam, tantum oro Maiestatem
tuã perspiciat, ecquo ius illud, à Cardinali & ipsius

1568. » familia iam pridem expostulatum in Ducatum A[illegible]
» degauensem comitatumque Prouinciæ referatu[illegible]
» quo & diligens inuestigatio sui generis, qua volu[illegible]
» runt falsò probare, se ex legitimorum Franciæ R[illegible]
» gum sanguine prognatos, coronamque à Maiori[illegible]
» bus nostris in ipsius Maiores olim vsurpatam: qu[illegible]
» & tenderet impotens ista tyrannis, quo Francis[illegible]
» Regis secũdi tempore, abusi sunt ad Borboniam
» Mommorantiam, Castilloneamque familias peni
» tus abolendas pessundandasque, quarum ruinam
» iampridem deuouerunt aliorumq; omnium Prin-
» cipum & optimatum, quos arbitrantur sese illo-
» rum conatibus oppositutos? cuius voluntati per-
» spicua nuper dedere argumenta, cum de valetudi-
» ne Reginæ dubitaretur, cõstitutis consiliis vt Car-
» dinalem Borbonium Cancellarium, Marescallos,
» aliosq; tui consilij illustres viros è medio tollerent:
» præterea & missitatis per vniuersum hoc Regnum
» literis, vt excitatis armis omnes ij, qui ipsorum co-
» natibus minime fauent, profligarentur? At quo-
» niam huiusmodi consilium, Religionis obtentu,
» minime poterat celari (quemadmodum & ipsis
» mos est hoc velo suos omnes conatus inuoluere)
» quoniam nimirum illi Romanam Religionẽ profi-
» tentur: aliud commentum fabricantur illos quip-
» pe Religionis Reformatæ hominib. indulgentius
» fauere: atque adeo pernecessarium esse illos prius
» tolli, vt delendorum Reformatæ Religionis viro-
» rum rationes faciliores suppeterent: Illos etiam
» politicos hæreticis nimirum perniciosiores atque
» periculosiores esse. Quod si accideret (quod Deus
» auertat) Cardinalem sociosque posse sua consilia

Cardinalis Lotharenii & consanguineorum cruenta consilia.

esse-

ffectioni mandare, tum aduersus principes opti- « 1568.
natesque Reformatæ Religionis, tum & eos, qui «
Romanam Religionem sequuntur, nec illorum «
partibus faueat, (quos Politicos vocant, quod pa- «
cis tranquillitatisque studiosi, turbarum sint ho- «
stes,) ecquis tuam Maiestatem ab illorum manibus «
tueretur? Ecquis posset impedire, quin tuam coro- «
nam, quàm aiunt à maioribus tuis in ipsorum ma- «
iores vsurpatam, occuparent? Ecquomodo verò «
Guisiorum Cardinalisque maximè audacia possit «
repræsentari, quando Fontisbellaquæi apertis ar- «
mis te matremque plorantes, tamquam captiuos «
Melunum, indequè raptim Lutetiam abduxerunt, «
ingressu tam fœdo, quam olim maioribus tuis ho- «
norifico? Quæ nimirum veræ certæque causæ ex- «
titerunt primorum bellorum, earumque dissensio- «
num ac seditionum quæ ex eo per vniuersum Reg- «
num debacchatæ sunt. An verò demonstrari possit «
quantum tua auctoritas Cardinali molesta sit atq; «
intolerabilis & quantum semper conatus sit tuos, «
ex tua obedientia euocare, cum nimirum peruesti- «
garit rationes, quibus Franciscus Dux Guisius prin «
ceps Imperii efficeretur, impetrata à Cæsare fide «
publica; quàm nimirum in tuæ ditionis Regioni- «
bus curasset promulgandam, nisi ab Ausantio & «
Salcedo fuisset impeditus: qui quamuis eandem «
quam & ille Religionem sequantur, non potuerũt «
tamen dissimulare & pati talem tuæ Maiestati fieri «
iniuriam? Quasi non potuisses tueri ac defendere «
Cardinalem, peræque ac alios tuos subditos, nisi «
ad Cæsarem perfugisset, ex cuius ditione aut bene- «
ficio nihil habet, nisi quod peregrinum non Galli-

1568. cum gerat animum; quemadmodum satis perſ
cuè demonſtrauit in Concilio Tridentino, vbi p
eo quod debuiſſet conſeruare prærogatiuas, p
omnem memoriã, Regibus Galliæ maioribus n
conceſſas atque tributas, in dubium tuam illã pr
rogatiuam reuocauit, vt eam Hiſpano euendic
ret. Qua in re cum tibi, tum & toti Regno inſig
fecit iniuriam, vt etiam hac ratione tibi terrore
incuteret, propter arctiſſimam neceſſitudinẽ qu
illi cum Hiſpano intercedit: cui etiam omnia R
gni huius communicat negotia. Nullumne vn
quam conſilium aduerſus Reformatæ Religion
viros agitatum eſt, ſiue primis ſiue ſecundis iſt
bellorum tumultibus, niſi præeunte Hiſpano, qu
nihil magis cupit quam maiorem Nobilitatis tu
partem extinctam, vt facilior poſtea ſibi Regni o
cupandi pateat aditus? Nullane eſt aptior ratio
illius conſequendæ quam diſſenſiones diſſemin
do fouendoque inter ipſos Nobiles, & quidẽ quan
tum poſſint, ſempiternas? In quem alium finem il
læ quas vocant *Sancti Spiritus confraternitates*, ſpe
ctant? quibus nonnulli Romano-Catholicæ Reli
gionis Nobiles ita officii ſui obliuiſcuntur, vt i
eas cooptati conſpirent in exitium Religionis R
formatæ Nobilium, qui nihil magis cupiunt qua
vt cum illis fraterna concordia pacate viuant, ta
quam nimirum eiuſdem Regni incolis & ſer
conſanguinitate aut affinitate coniunctis? Ecq
vero confraternitates illas commentus eſt, niſi
Cardinalis, qui pollicitus eſt effecturum ſeſe, v
te ratæ habeantur, quamuis illas diſertè te imp
bare vt tuæ dignitati pernicioſas, ſignificauer

Rex Hiſpaniarũ cur Nobilitati Gallicæ infenſus ſit.

Confraternitatis Sancti Spiritus in Gallia auctor quis.

cquo poteſt etiam referri, quod idem Cardinalis " 1568.
er omnes Regni prouincias miſit: Ne tuis de co- "
endo edicto Reſcriptis fides haberetur, niſi notis "
quibuſdam eſſent obſignata? Et certè ecquibus "
verè obtemperatum eſt: atque adeò ecquis fuit au- "
tor tot tantarumque rebellionum, quæ per vni- "
uerſum Regnum variè perpetrantur? Quis & pro- "
mulgationem edicti impediuit, ecquis verò etiam- "
num impedit illius executionem? Quis Senatum "
Tholoſanum ad tantam audaciam confirmauit? "
Ecquis Maieſtatem tuam in eas reuocat anguſtias, "
vt cogare fidem tuam publicam iureiurando au- "
guſtè confirmatam violare: vt fide tua apud o- "
mnes peregrinas nationes cadas, niſi Cardina- "
lis & ſocii? qui ab ſe ſcriptas & Aumalio etiam "
ſubſcriptas ad matrem litteras continuo poſt pa- "
cem factam. Neceſſe eſſe pacem fieri, cuius con- "
cluſionem non potuiſſe ſe impedire, at executio- "
nem impediturum. Ecquis verò efficit, vt nul- "
lum amplius habeat in hoc Regno locum iuſtitia, "
omniſque impunè graſſetur diuiſionum diſtra "
ctionumque licentia, & ſumma omnium eorum, "
qui ipſorum factiones non ſequuntur, perfidè vbi- "
uis obtruncandorum intemperies. Ecquis tot "
quotidie immittit etiam ad meas vſque ædes, (vti "
compertum habeo ex duorũ deprehenſorum con- "
feſſionibus,) homines ſuccenturiatos, de me atque "
Amiralio p inſidias intercipiendis? Quis & nõnul- "
los equites ordinis & tribunos etiam ſollicitauit ad "
eundem Amiralium mactandum, qui ab iiſdẽ illis "
qui ad rem iſtã facinoroſam perficiendã ſolicitati "

fue-

1568. fuerant, fuit admonitus? Quis Sipierrium cum
ginta quinque Nobilium comitatu curauit
ctandum: cum & iam Cardinalis Guiſius frater
dem illam menſe vno antequam expatraretur,
uenditaret, & primus allatus ſit ad Cardinalem L
charenum illius nuncius? Ecquis & Amanza
modeſtiſſimum hominem ad ædium ſuarum fo
pro armis filiolam manu tenentem, cui cum no
ne alio intercedebat contentio, qui & cum om
bus vtriuſque Religionis pacatè viuebat niſi Ca
dinalis aut ipſius miniſtri? Nihilominus tamen c
nuper à Duce Lothareno admoneretur: *Satius f*
videri ſi ille à te longius abſcederet, propter maximas f
multates quæ aduerſus ipſum iam exiſterent, & quæ quo
die creſcerent, quod ille res adminiſtraret, ipſique omn
calamitatum quæ Regnum ſint inuolutura cauſas om
imputandas; reſpondit: *Se nihil adminiſtrare, & nu*
lia de cauſa ſe apud te eſſe; niſi quod nullus alius tutior ſi
locus ad ſuam incolumitatem: Vnde certè conſtat ca
tum ſua de cauſa exercitum magnis in ſumptib
ali: quod non poteſt non maximum exitium affer
re. Nam ſi Regis firmitas ex ſubditorum ſuorum
beniuolentia dependet, ecquam vero cauſam af
ferre poteſt Cardinalis, cur te ad arma ſumend
adigat aduerſus eos qui vnicè optant tibi præſtare
obſequia? Sed ad culpam ſuam eluendam, arbi
tratur ſatis eſſe, tuo nomine abuti, vt nuper et-
iam dictitabat à te ei hoc fuiſſe reſponſum: *Intra*
paucos dies fœnum, triticum, vinum aliaſque fruges colle-
ctum iri; flumina vado imperuia ærarium tuum ex ve-
ctigalibus conſtandum; tum bellum aduerſus Reforma
Religionis homines indicendum; interea illorum pr

mercu

res intercipiendos. Et ita audax est atque impu- « 1568.
us vt iactarit etiam Reginam apud se esse con- «
estam: *Consilium de Protestantibus delendis nondum* «
ctioni mandatum, quamuis Samiani festum praeteritum «
t, intra quod tempus affirmasset ille maximam nostrum «
tem profligandam, & tantum vnum Sipierrium de me- «
sublatum: cui ipse responderit: *Se nihil amplius po-* «
sse praestare, quod primores illi de rebus omnibus dili- «
ntissime admonerentur: ut se sperare, propediem rem «
estandam: interea necesse, vt tu Christiane Rex, gratiosis «
teris primores illos detineres, quo sit consilii illius facilior «
astatio. Ecquid aliud sentire potes de ea ter cen- « Ianus Baptista Gondius ingentē pecuniæ summam Regi Galliæ sub ministrat.
um millium Francorum summa, quam curarunt «
bi mutuo dandam à Iano Baptista Gondio Abba- «
arum Cardinalis Guisii redemptore? at immen- «
i vsura, vt videlicet, centum in centum dares: nisi «
uod ex sua pecunia, ea erga te charitate inflam- «
nati sunt? Temere ne ergo testor cum reliquis Re- «
ormatæ Religionis hominibus, nos vnum Cardi- «
nalem Lotharenum petere? At quousque artibus «
uis tibi persuadebit, te à nobis peti, quandoqui «
dem disertè illud testemur coram Deo: Neminem «
à nobis peti, præter Cardinalem & ipsius socios: «
Et cur ita affecti simus causas rationesque iustas & «
omnino necessarias explicamus? Quousque com- «
mentis mendaciisque inueteratis fides adhibebi- «
tur? Oro etiam atque etiam Reginam, meminerit «
sermonis, quem sæpenumero habuit & quidem «
Chantilliaci apud Connestabilem & Amiralium, «
nimirum: *Ita natum esse Cardinalem, vt vbicunque sit,* «
dissensiones disseminet, illumque vnam esse omnium turba- «
rum causam: quæ inter tuos subditos foueantur: Memine- «

rit

1568. » rit etiam Heinricum Regem prudenti & sagac
» nimo præditum, Cardinalis Lothareni fratrum
» ambitione & malo animo cognitis, constituisse
» quidem paulo antequam moreretur, illos ipsos
» Lotharingiam rursum amandandos esse: Qu
» nam item de illo iudicium tulerit Cæsar Maxi
» lianus hodie imperans, cum ad te perscripsit:
» *mnia bella & omnes dissensiones, quæ inter Christiano*
» *die vagantur; proficisci à Granuellano & Lothareno Ca*
» *dinalibus.* Nihilominus tamen est ille apud tua
» Maiestatem: ad illius custodiam grandes alun
» copiæ: serpens tuis sumptibus ad tua viscera fou
» tur, qui spargendi aduersus te veneni occasione
» & tempus tantum expectat. Quid tantum mali est
» peregrini vti à periculo longe semoti, videant &
» præsignificent nostram ruinam: nos in pedibus
» iam versantem conspiciamus? Ecquis non
» derit, illum pristina sua consilia retexere atque
» petere, vt vero legitimoq; hærede exturbato, Reg
» num peregrino euendicet? Quid enim illis aliud
» est Religio quam prætextus & velum? An existim
» ri potest, illum eius Religionis studio esse commo
» tum, quam præ se tulit vltro relinquendam, vt con
» fessionem Augustanam in illius locum amplecte
» retur: si Franciscus Dux Guisius in imperii princi
» pum numerũ fuisset cooptatus? Et cũ illi obiicitur
» piculũ esse ne Hispanus de exitu nostro triũphet,
» sibique luctuosum in hoc Regnũ ingressum appa
» ret: nõne adeo pfractæ est audaciæ vti publicè dix
» rit: *Reginã dicere, se non maximè hac de re laborare, qui*
» *doquidem filias suas peræque ac filios diligat?* Quãuis hæc
» tibi esset à Deo facultas tributa, vt Religionis con-

Maximiliani Cæsaris de Lothareno & Granuellano Cardinalibus iudicium.

uersias planè cõposueris, ecquæ spes est fore, vt « 1568
ultates, quas hodie Cardinalis & socii inter tu- «
subditos disseminãt, extinguãtur? Ecquod pote- «
remediũ vulneri adhiberi, q̃ p cædes & expræ- «
itiones incurabile fit? Ecquæ spes subditorũ tuo- «
reconciliãdorũ, quorũ odia implacabilia p istas «
ediũ furias redduntur? An dubitari possit q̃n hæ- «
ditariæ futuræ sint simultates & inimicitiæ, & q̃n «
ıdẽ illa sit ptimescenda miseria & vastitas, in q̃ p- «
iciosa pacis consilia Reginã Scotiæ p̃cipitarunt? «
i vidimus populos ad tumultus sese pmouisse pp «
alis vectigalia, & immensa principũ tributa, (quæ «
ã causæ sunt seditiosæ & illegitimæ,) ecquid face- «
ent q causis iustissimis & p necessariis vrgẽtur: q- «
us nõ tantũ diripiuntur facultates, at cõsciẽtiæ, «
onores, vitæ: vt ita facilior pateat aditus principis «
ıi sua dignitate exturbãdi, q̃ semp affectauit Car- «
inalis, & cuius occupãdæ non externa, sed ciuilia «
ella, nouit esse opportuna? Nulla ne queat inferri «
niuria, quæ hominẽ ad desperationẽ possit adige- «
e, q̃ cũ consciẽtiæ, honori, vitę bellũ indicitur? Ita- «
ue si ego, quẽ Deus voluit in eo gradu collocare, «
t te sanguine attingã & præter illam naturalẽ cha «
itatem multæ etiã intercedant occasiones, quę ef- «
eiant, vt de dignitate tua conseruanda debeã esse «
olicitus: Si Amiralius, qui è tuorũ primorũ admi- «
istrorũ numero est, & tã multi optimates ac No- «
iles, (qui natura sunt tibi subiecti & famuli tui,) «
ident hostẽ ad portas: nonne facultates omnes ac «
itas profundent ad illum propulsandũ? Adeo ne «
runt & patriæ & sui proditores, vt rem taceant, & «
ostibus ingressum præbeant? Alii ne principes & «

1568. » administri tui patientur vt ipsis aliquando obiici-
» tur: Quod nulla habita ratione iurisiurandi quo ti-
» bi obligati & obstricti sunt, commiserint vt ipse
» princeps à sede, in qua fuerat à Deo legitimè con-
» stitutus, expellatur? An illis ea nota perfidiæ inu-
» tur, quod ob oculos Regis sui sceptrum ad peregri-
» nos transferendum, legitimo hæredi direptum a-
» spexerint? Et quamuis Cardinalis actiones, ad ex-
» tremum tuæ dignitatis exitium non referrentur,
» negari ne potest, quin consilium quod tibi dat, non
» tantum sit iniquum & præposterum, sed planè ex-
» noxium atque intolerabile? Nihilne Deo gratius
» est, aut quod magis ad dignitatem suam accedat,
» quam populum cum iustitia & æquitate guberna-
» re? Nihilne vero Regi magis est accommodatum,
» quam concordiam tranquillitatemque suorum a-
» mare, ac promouere à malis & calamitatibus
» tueri atque defendere? Ecquid olim fecit mul-
» Respublicas tam diuturno tempore fuisse conser-
» uatas, nisi quod populos suos pacate habuerint,
» nulla vi illis illata? Atqui reperietur ne in omnibus
» consiliis, quæ & tibi hactenus dedit atque etiamnum
» dat Cardinalis, quicquam huic rei consentaneum?
» At contra, nonne tuis in sumptibus exercitum alit,
» vt in te suspiciones ingeneret atque foueat aduer-
» sus eos, qui nihil tam cupiunt, quam vt tibi natura-
» lem, qua tibi obstricti sunt, obedientiam præstent:
» Nonne tibi autor est, vt finas eos interfici, mactari
» & exprædari, quibus ab omni noxa iniuriaque de-
» fendendis pro tuo officio teneris? Denique quic-
» quam ne est ab omni iustitia tam alienum quam
» cædes, exprædationesque, quæ per vniuersum hoc

Quale imperiũ Deo gratum & acceptũ sit.

Regnum

gnum summa impunitate Cardinalis sociorũ- « 1568
e & nomen & auctoritatem tuam ementientiũ « Querela
spiciis euagantur. Itaque si illud manifestè per- « Regis Ga-
citur, quod minimè negari potest, & q. tam sæ- « lia de ad-
numero mihi Amiralioque significasti, perdole- « ministro-
te maximè, quod legitima obedientia tibi dene- « rum suo-
tur, nec iustitia tua caste colatur: quod tam sæpe « rum in-
ginam rogasti, efficeret vti pacate omnia gere- « obedien-
ntur: Edictum obseruaretur omnibusque modis « tia.
ueretur ne ad bella ciuilia rursum rediretur tam- «
iam Regni tui certam ruinam: Fideliores verò «
bditi & famuli tui vident Cardinalem Lothare- «
im, tuam auctoritatem occupasse & ea abutentẽ «
luersum me atque Amiralium copias tuas hostili- «
r expedire, vt insidiose, præter quidem fidem no- «
is datam, intercipiamur, te cogere: omnia bono «
egi contraria facere, vt subditorum amorem atq; «
eniuolentiam eneruet: Regnum tuum pro libidi- «
e moderari in easque angustias omnes tuos redi- «
ere, vt sempiternis odiis omnia sint conflagratu- «
, propter horribilium cædium impunitas intem- «
eries. Ecquid in extrema ista rerum desperatione «
liud agant fidi tui subditi, (qui nullum aliud quam «
ium imperium pati possunt, cum videant digni- «
item coronamq; tuam, suam Religionem, hono- «
es, fortunas, vitas, tuam denique Maiestatem vi- «
eant in suorum capitalium hostium manibus ver- «
ri, nec vllam interea habeant rationẽ, sese ab illo- «
m iniuriis, quas publicè minitantur, defendẽdi,) «
uam vt ipsum Cardinalem petant vnicum istarũ «
rbarum auctorem? Ecquam spem aut patientiã «
mplius retineant, luctuosam horribilemque tem- «

1568. » pestatem præsagientes, cuius tam sæpe te monu
» runt, tremendosque casus repræsentarunt, & in
» nitis precibus orarunt, vt illis omnibus rebus pr
» uideres. Hæ sunt causæ cur ego & Amiralius ali
» complures è tuis subditis & famulis, dum malum
» præclare certæque morti viriliter fortiterque m
» exponere, quam vt patiamur, tantam iniuriam tu
» Maiestati vniuersoque huic Regno infligi: post
» quam omnes legitimas rationes omnibus modi
» studiose tentauimus, implorantes omnium prin
» cipum, optimatum, Nobiliumque confœderato
» rum fidem, vt tibi in extremis istis temporibus ad
» sint. Testamur coram Deo, coram omnibus pere-
» grinis nationibus, nostram hanc esse voluntatẽ no-
» strumque consilium, *vnum Cardinalem Lotharenum*
» *sociosque petere*: vt veras radices, scaturigines causas-
» que earum calamitatum quæ istius coronæ exitiũ
» portendunt: eosque tamquam periuros, violatores
» fideique publicæ infractores capitales istius ordi-
» nis, pacis tranquillitatisque publicæ hostes perse-
» quendos: Ne videatur mirum, si imposterum ego
» sociique ea quæ præsente Cardinali Lotharen͠o in
» consilio tuo constituentur, non recipiam: non tã-
» quam à te mandata, sed à Cardinali sociisque fa-
» bricata, quos & in publicis rebus, quæ vniuersum
» Regnum, & priuatis, quæ nos spectent, recusamus:
» vt ne omnium calamitatum, quę inde possint pro-
» ficisci, causæ, mihi sociisque, sed Cardinali sociis-
» que suis imputentur: *Quod nostra nimirum innocen-*
» *tiæ, integritatis, fideique, erga te principem nostrum & ve-*
» *rum Dominum, testimonium hodie exhibemus, sempiter-*
» *na memoria ad posteros transmittendum.* His itaque

Condæi Amiralii & cõfœderatorum Gallorũ Nobiliũ vnicũ & ultimum consiliũ.

lit-

tteris ad Regem datis Condæus Nuceto profici- 1568.
citur, cum vxore sua grauida liberisque omnibus
uorum & erant infantuli in cunis. Ductabat &
miralius familiam, filiam nimirum nubilem &
uerulos, quorum quoque aliquot in cunis vehe-
antur, & fratris Andelotii vxorem cum filiolo
sius bimulo. Isto cum agmine Condæus Nuce-
o proficiscitur, non tamen sine summo vicino-
um & insidiantium militum periculo. Erant isto
n Condæi comitatu, ex suis & Amiralii famulis
omesticis nonnullisque Nobilibus, Volonibus,
uorum ad centum quinquaginta equitum manus
onflata agmen istud circumstipabat. In summo
utem isto, quo versabantur, periculo, *NECES-
SITAS DAT CONSILIVM*, audax quidem &
ericulosum, quod portas & pontes à custodibus
tenerentur, & ea præcluderetur iter, Ligeris va-
um permeandum instituunt. Est quidem vbique
nauigabilis ad Oceani vsque ostia: at propter are-
narum maximos cumulos, quos voluit, nonnullis
n locis minor est aquæ copia. Vadum tamen con-
inuo commodum repertum est: quod postquam
b equite pertentatum esset, totum agmen sine
nora illico pertransiit, summo quidem rei mira-
ulo, cum duobus post diebus idem ille locus o-
nnino impervius repertus sit. Eodem illo ipso die,
edestres copiæ, quas à Rupellensi obsidione re-
ocatas ad intercipiendum Condæum, ad Sango
oneum vicum, (qui tribus fermè milliatibus,
b ea parte fluminis, qua Condæus transierat,
listat,) peruenerunt. Quocirca Condæus magnis

Condæus mirabiliter ex hostium suorum insidiis euadit.

1568. »fuerant, fuit admonitus? Quis Sipierrium cum triginta quinque Nobilium comitatu curauit mactandum: cum & iam Cardinalis Guisius frater cædem illam mense vno antequam expatraretur, euenditaret, & primus allatus sit ad Cardinalem Lotharenum illius nuncius? Ecquis & Amanzæum modestissimum hominem ad ædium suarum fores, pro armis filiolam manu tenentem, cui cum nemine alio intercedebat contentio, qui & cum omnibus vtriusque Religionis pacatè viuebat nisi Cardinalis aut ipsius ministri? Nihilominus tamen cũ nuper à Duce Lothareno admoneretur: *Satius sibi videri si ille à te longius abscederet, propter maximas simultates quæ aduersus ipsum iam existerent, & quæ quotidie crescerent, quod ille res administraret, ipsique omnium calamitatum quæ Regnum sint inuolutura causas omnino imputandas*; respondit: *Se nihil administrare, & nulla alia de causa se apud te esse; nisi quod nullus alius tutior esset locus ad suam incolumitatem*: Vnde certè constat tantum sua de causa exercitum magnis in sumptibus ali: quod non potest non maximum exitium afferre. Nam si Regis firmitas ex subditorum suorum beniuolentia dependet, ecquam vero causam afferre potest Cardinalis, cur te ad arma sumenda adigat aduersus eos qui vnicè optant tibi præstare obsequia? Sed ad culpam suam eluendam, arbitratur satis esse, tuo nomine abuti, vt nuper etiam dictitabat à te ei hoc fuisse responsum: *Intra paucos dies fœnum, triticum, vinum aliasque fruges collectum iri; flumina vado imperuia ærarium tuum ex vectigalibus constandum; tum bellum aduersus Reformatæ Religionis homines indicendum; interea illorum pri-*

mores

mores intercipiendos. Et ita audax est atque impudens vt iactarit etiam Reginam apud se esse conquestam: *Consilium de Protestantibus delendis nondum effectioni mandatum, quamuis Sauiani festum præteritum esset, intra quod tempus affirmasset ille maximam nostrûm partem profligandam, & tantum vnum Sipierrium de medio sublatum:* cui ipse responderit: *Se nihil amplius potuisse præstare, quod primores illi de rebus omnibus diligentissime admonerentur: at se sperare, propediem rem præstandam: interea necesse, vt tu Christiane Rex, gratiosis litteris primores illos detineres, quo sit consilii illius facilior præstatio.* Ecquid aliud sentire potes de ea ter centum millium Francorum summa, quam curarunt tibi mutuo dandam à Iano Baptista Gondio Abbatiarum Cardinalis Guisii redemptore? at immensa vsura, vt videlicet, centum in centum dares: nisi quod ex sua pecunia, ea erga te charitate inflammati sunt? Temere ne ergo testor cum reliquis Reformatæ Religionis hominibus, nos vnum Cardinalem Lotharenum petere? At quousque artibus suis tibi persuadebit, te à nobis peti, quandoquidem disertè illud testemur coram Deo: Neminem à nobis peti, præter Cardinalem & ipsius socios: Et cur ita affecti simus causas rationesque iustas & omnino necessarias explicamus? Quousque commentis mendaciisque inueteratis fides adhibebitur? Oro etiam atque etiam Reginam, meminerit sermonis, quem sæpenumero habuit & quidem Chantilliaci apud Connestabilem & Amiralium, nimirum: *Ita natum esse Cardinalem, vt vbicunque sit, dissensiones disseminet, illumque vnum esse omnium turbarum causam: quæ inter tuos subditos foueantur:* Meminerit

1568

Ianus Baptista Gondius ingentē pecuniæ summam Regi Galliæ sub ministrat.

1568. *Maximiliani Cæsaris de Lothareno & Granuellano Cardinalibus iudicium.*

rit etiam Heinricum Regem prudenti & sagaci animo præditum, Cardinalis Lothareni fratrumq; ambitione & malo animo cognitis, constituisse & quidem paulo antequam moreretur, illos ipsos in Lotharingiam rursum amandandos esse: Quod nam item de illo iudicium tulerit Cæsar Maximilianus hodie imperans, cum ad te perscripsit: *Omnia bella & omnes dissensiones, quæ inter Christianos hodie vagantur; proficisci à Granuellano & Lothareno Cardinalibus.* Nihilominus tamen est ille apud tuam Maiestatem: ad illius custodiam grandes aluntur copiæ: serpens tuis sumptibus ad tua viscera fouetur, qui spargendi aduersus te veneni occasionem & tempus tantum expectat. Quid tantum mali est, peregrini vti à periculo longe remoti, videant & præsignificent nostram ruinam: nos in pedibus etiam versantem conspiciamus? Ecquis non viderit, illum pristina sua consilia retexere atque repetere, vt vero legitimoq; hærede exturbato, Regnum peregrino euendicet? Quid enim illis aliud est Religio quam prætextus & velum? An existimari potest, illum eius Religionis studio esse commotum, quam prę se tulit vltro relinquendam, vt confessionem Augustanam in illius locum amplecteretur: si Franciscus Dux Guisius in imperii principum numerũ fuisset cooptatus? Et cũ illi obiicitur, piculũ esse ne Hispanus de exitu nostro triũphet, sibique luctuosum in hoc Regnũ ingressum apparet: nõne adeò pfractæ est audacię vti publicè dixerit: *Reginã dicere, se non maximè hac de re laborare, quãdoquidem filias suas peræque ac filios diligat?* Quãuis hæc tibi esset à Deo facultas tributa, vt Religionis con-

tro-

trouerſias planè cōpoſueris, eequæ ſpes eſt fore, vt " 1568
ſimultates, quas hodie Cardinalis & ſocii inter tu- "
os ſubditos diſſemināt, extinguātur? Ecquod pote- "
rit remediū vulneri adhiberi, q̄ p cædes & expræ- "
dationes incurabile fit? Eequæ ſpes ſubditorū tuo- "
rū reconciliādorū, quorū odia implacabilia p iſtas "
cædiū furias redduntur? An dubitari poſſit q̄n hæ- "
reditariæ futuræ ſint ſimultates & inimicitiæ, & q̄n "
eadē illa ſit ptimeſcenda miſeria & vaſtitas, in q̄ p- "
niciosa pacis conſilia Reginā Scotiæ p̄cipitarunt? "
Si vidimus populos ad tumultus ſeſe pmouiſſe pp "
Salis vectigalia, & immenſa principū tributa, (quæ "
nā cauſæ ſunt ſeditioſæ & illegitimæ,) ecquid face- "
rent q̄ cauſis iuſtiſſimis & p neceſſariis vrgētur: q̄- "
bus nō tantū diripiuntur facultates, at conſciētiæ, "
honores, vitæ: vt ita facilior pateat aditus principis "
ſui ſua dignitate exturbādi, q̄ ſemp affectauit Car- "
dinalis, & cuius occupādæ nōn externa, ſed ciuilia "
bella, nouit eſſe opportuna? Nulla ne queat inferri "
iniuria, quæ hominē ad deſperationē poſſit adige- "
re, q̄ cū conſciētiæ, honori, vitę bellū indicitur? Ita "
que ſi ego, quē Deus voluit in eo gradu collocare, "
vt te ſanguine attingā & præter illam naturalē cha "
ritatem multæ etiā intercedant occaſiones, quę ef- "
ficiant, vt de dignitate tua conſeruanda debeā eſſe "
ſolicitus: Si Amiralius, qui è tuorū primorū admi- "
niſtrorū numero eſt, & tā multi optimates ac No- "
biles, (qui natura ſunt tibi ſubiecti & famuli tui,) "
vident hoſtē ad portas: nonne facultates omnes ac "
vitas profundent ad illum propulſandū? Adeo ne "
erunt & patriæ & ſui proditores, vt rem taceant, & "
hoſtibus ingreſſum præbeant? Alii ne principes & "

admi-

1568. » administri tui patientur vt ipsis aliquando obiiciatur: Quod nulla habita ratione iurisiurandi quo tibi obligati & obstricti sunt, commiserint vt ipsorũ princeps à sede, in qua fuerat à Deo legitimè constitutus, expellatur? An illis ea nota perfidiæ inuratur, quod ob oculos Regis sui sceptrum ad peregrinos transferendum, legitimo hæredi direptum cõspexerint? Et quamuis Cardinalis actiones, ad extremum tuæ dignitatis exitium non referrentur, negari ne potest, quin consilium quod tibi dat, non tantum sit iniquum & præposterum, sed planè etiã noxium atque intolerabile? Nihilne Deo gratius est, aut quod magis ad dignitatem suam accedat, quam populum cum iustitia & æquitate gubernare? Nihilne vero Regi magis est accommodatum, quam concordiam tranquillitatemque suorum amare, ac promouere à malis & calamitatibus illos tueri atque defendere? Ecquid olim fecit multas Respublicas tam diuturno tempore fuisse conseruatas, nisi quod populos suos pacate habuerint, nulla vi illis illata? Atqui reperietur ne in omnibus consiliis, quæ & tibi hactenus dedit atque etiamnũ dat Cardinalis, quicquam huic rei consentaneum? At contra, nonne tuis in sumptibus exercitum alit, vt in te suspiciones ingeneret atque foueat aduersus eos, qui nihil tam cupiunt, quam vt tibi naturalem, qua tibi obstricti sunt, obedientiam præstent? Nonne tibi autor est, vt sinas eos interfici, mactari & exprædari, quibus ab omni noxa iniuriaque defendendis pro tuo officio teneris? Denique quicquam ne est ab omni iustitia tam alienum quam cædes, exprædationesque, quæ per vniuersum hoc

Quale imperiũ Deo gratum & acceptũ sit.

Regnum

Regnum summa impunitate Cardinalis sociorũque & nomen & auctoritatem tuam ementientiũ auspiciis euagantur. Itaque si illud manifestè perspicitur, quod minimè negari potest, & q̃ tam sæpenumero mihi Amiralioque significasti, perdolere te maximè, quod legitima obedientia tibi denegetur, nec iustitia tua caste colatur: quod tam sæpe Reginam rogasti, efficeret vti pacate omnia gererentur: Edictum obseruaretur omnibusque modis caueretur ne ad bella ciuilia rursum rediretur tamquam Regni tui certam ruinam: Fideliores verò subditi & famuli tui vident Cardinalem Lotharenum, tuam auctoritatem occupasse & ea abutentẽ aduersum me atque Amiralium copias tuas hostiliter expedire, vt insidiose, præter quidem fidem nobis datam, intercipiamur, te cogere: omnia bono Regi contraria facere, vt subditorum amorem atq; beniuolentiam eneruet: Regnum tuum pro libidine moderari in easque angustias omnes tuos redigere, vt sempiternis odiis omnia sint conflagratura, propter horribilium cædium impunitas intemperies. Ecquid in extrema ista rerum desperatione aliud agant fidi tui subditi, (qui nullum aliud quam tuum imperium pati possunt, cum videant dignitatem coronamq; tuam, suam Religionem, honores, fortunas, vitas, tuam denique Maiestatem videant in suorum capitalium hostium manibus versari, nec vllam interea habeant rationẽ, sese ab illorum iniuriis, quas publicè minitantur, defendẽdi,) quam vt ipsum Cardinalem petant vnicum istarũ turbarum auctorem? Ecquam spem aut patientiã amplius retineant, luctuosam horribilemque tem-

1568. *Querela Regis Galliæ de administrorum suorum inobedientia.*

1568. itineribus ad Rupefocaldii ædes, quæ in agro sunt Santonico, tendebat omnia oppida locaque, quibus nosset præsidiarium militem esse, euitabundus: hinc Marescallo Villeuillio, qui tum temporis erat Pictauii: Monlucioque Aquitaniæ propræsidi, per litteras significat, se velle Rupefocaldii ædes petere, eo tantum consilio vt suæ, suorumque incolumitati consuleret, dum Rex ad litteras suas, (quas prolixe iam modo enarrauimus,) sibi respondetet.

[M]aximi[li]anus Ca[esa]r cum [Im]peratore [T]urcico pa[ci]scitur & [con]ditionibus [A]ustriacis [li]berum [co]ncedit [re]ligionis [e]xercitiũ.

Sub finem mensis Maii Legati Cæsarei, quos ad inducias anno quoque octauo renouandas Cõstantinopolim anno superiore ablegatos diximus, vna cum Ebraimo oratore Turcico aliis de causis ad Cæsarem misso, Viennam pridie Kal. Iunii redierunt: Earum quibus & Veneti & Ioannes Vaiuoda comprehendebantur, cum aliæ leges ac conditiones erant, tum vti quisque sibi retineret quicquid vltimo bello cepisset: id quod Maximiliano Cæsari minimè obsuit, Schuendius siquidem fines adeo amplos reddiderat, vt Cæsareis & trans Tibiscum ad quadraginta milliaria Germania late dominaretur: quo quidem terrarum spacio multæ sunt arces multæ munitiones insignes, partim ex hoste receptæ, partim Schuendii diligentia aut exstructæ aut inchoatæ: Idem & ærarii noui iis in locis instituẽdi auctor extitit, vnde non leue subsidium publicis rebus accessit, ac Germanis per loca munita distributis rem limitaneam matura prouidentia tam in Pannonia quam in Stiriæ finibus constituit. Quibus autem de causis Selymus ad pacificationem cũ Maximiliano tam prono animo inclinauerit, variæ

con-

coniecturæ fuere, sed potissima fuisse creditur, quod cum ad Arabiam, quæ tunc temporis rebellauerat, ingentem classem omni re instructam destinasset, versis in orientem armis pacata omnia à Rege habere vellet. Nec multo post Cæsar vt suorum desideriis, quod huc vsque recusauerat, aliquantum satisfaceret, proceribus & Nobilitati Austriacæ liberam doctrinæ in Augustana confessione expositæ prædicationem in ipsorum arcibus, oppidis ac pagis indulsit hoc addito, si de ordine rituum, siue in templis agendorum cum vetustis Augustanæ confessioni addictis Ecclesiis exemplo congruente antea conuenianti: quod instante Thoma Perenotto Chantoneo, Philippi rebus Belgicis ex eo exemplo metuentis, oratore adiectum, beneficii concessi gratiam partim retardauit, partim omnino labefactauit. 1568. NB.

Bellum hoc quoque anno in Germania exarsit, sed quod in exortu suo mox extinctum & rursum sopitum fuit. Huius autem origo fuit, quod Archiepiscopi Treuirenses ciuitatum sibi nullo modo subiectam esse contenderent, & proinde ibi ea obsequii absoluti iuramentum, vectigalium impositionem, Senatus constitutionem, custodiam clauium, executionem sententiarum & causarum criminalium diiudicationem sibi arrogarent; quæ omnia oppidani consuetudine vel præscriptione per possessionem quasi temporis sibi competere caussabantur. Erat autem tum temporis Treuirorum præsul Iacobus Eltius, qui iniuriam decessori suo ea in re factam vlturus, clam machinas maiores bellicas ex arce sua Hermensteinia in cellam Pala- Motus Germanici.

1568. ipsos transfugerunt. 4. Kal. Septemb. & aliquot post diebus Regina Gustaui vidua quę ante Non. Quinctil. Magno Duci Saxoniæ nupserat mane, postquam Sacrosancto viatico se præmunisset cum sororibus suis petito ab Erico commeatu, recreandi animi gratia per Melerum amnem quasi exspaciaturæ, nauigio exeunt: Cumque mille ab vrbe passus processissent: Magnus Dux Saxoniæ qui cum quadraginta equitibus ad exploranda hostium itinera missus fuerat, ex compacto in altera ripa fluminis eas excipit & cum iisdem ad Ioannē & Carolum fratres Erici transit; moxque ęquites ante portam vrbis in excubiis collocati ad confœderatos confugiunt. Tandem accedentibus cum exercitu fratribus vrbs 15. Kal. Octobr. obsidione cingitur præmisso tubicine, qui Georgium Petri filium Peersonium Erici Secretarium ac præcipuum libidinum & flagitiorum administrum sibi dedi postularet. Rex itaque crebris transfugis territus & à domesticis non minus quam ab externo hoste sibi metuens, cum Georgii deditione fratrum animos placatum iri speraret, per præsidiarios hominem, cum matre, scelerum conscia, in fratrum castra ducendum imperat. Quo cum adductus fuisset duabus rotis, præcisis prius auriculis & ad furcam adfixis, ipse etiam viuus per horam integram in patibulo pendens, gratum militi spectaculum præbuit: hinc rursum depositus brachiis cruribusque rota contusis postremo in quatuor partes dissectus est. Dum in eo res sunt, Ioannes Finlandus publicato scripto belli, aduersus Ericum fratrem suscepti rationes ex-

Georgii Peersonii Erici Regis secretarii tragicus vita exitus & Regis [illegible] cri-[illegible]..um ob-[illegible].

ponit

ponit & fratri inter præcipua alia crimina exprobrat, quod ab initio Regni spretis senibus seu fidis consiliariis iuuenes & rerum imperitos gubernaculis admouerit, quorum consilio irritatis Regibus ac ciuitatibus vicinis bellum non minore temeritate quam perfidia suis damnosum excitarit: quod concepto in suos odio se quoque, indicta causa & præter expectationẽ, in Abonensi arce sua captum cum dilectissima coniuge totum quadriennium in arctissimam custodiam coniecerit; Sigismundo Augusto Poloniæ Regi Vitensteníum, Parnouiam & Karcesam arces, sine causa, ademptas præsidiis muniuerit; & quamquam interueniente Cæsare bello octonali suos ac vicinos vexauerit, ciuitatum maritimarum legatos annum per integrum ac de industria retentos tamdem sine responso dimiserit: prædationibus ac latrociniis mare non solummodo vicinis, verum etiam remotis ac Philippo etiam Regi Hispaniarum infestum fecerit: se vero cum carceris quadriennalis, tędio & bonorum priuatione vexare non satis haberet, etiam de medio tollere immani parricidio statuerit: dato secretario negotio cum anno superiore miserabilis cædes Vpsaliæ patrata esset, vt se quoque cum filiolo trucidaret & interfecti coniugem hæreditario Christiani nominis hosti Tyranno Russiæ traderet, qui ea ipsa de causa legatos suos nõ cum exiguo armatorum numero rei euentũ rei opperituros in Sueciam miserit, quod omnes honestas atq; vtiles cum Danis & Polonis pacis ineundę conditiones repudiauerit: q. patrata Vpsalię immani scelere procerum cęde, morsibus conscientię exagitatus in Rus- 1568.

1568. siam Regno relicto aufugere cogitauerit, & cũ postea, pœnitentia ductus Georgium Peersonium facti ducem & incentorem pœnæ dedere promisisset, in idque sumpto Christianorum viatico fidem obligasset: non solum fidem non seruauerit, sed & insuper nefarium istum hominem pristinæ dignitati, exclusis aliis cõsiliariis, restituerit: quod inaudita leuitate & imprudentia filiam lictoris concubinam suam, contra omnem honestatẽ, in vxorem duxerit & ad Regale fastigium euexerit, tentatis & repudiatis Regum ac vicinorum Principum adfinitatibus: quod proceres ac fidos Regni ministros confictis criminibus petitos variis pœnis etiam inauditos affecerit, & bona eorum sibi, & Georgio Emissario suo addixerit: per Odolphum latrunculatorem quempiam, perditissimæq; vitæ hominem & sanguini præterea fundẽdo innutritum, ducentos amplius rusticos Gothicos vita exuerit: noua & insolita tormentorum genera excogitauerit, vt exquisita eorum carnificina miseros homines ad confessionem criminum, de quibus tamen numquam cogitauerant, adigeret: quod nouis & intolerandis vectigalibus omnes ac singulos Regni Ordines, Ecclesiasticos imprimis, onerauerit: Scholarum & Xenodochiorum immani rapacitate prouentibus exhaustis, & iuuẽtute Regni, quæ Ecclesiæ & Reipublicæ inseruire potuisset, seruili more in album barbarorum militum relata: postremoq; Rempublicam male gesserit, Regiam dignitatem sceleribus & impura vita fœdauerit, seque ea indignum præbuerit. His de caussis & propriæ salutis tuendæ necessitate inductum se ac Carolum fra-

trem bellum fratri intulisse, demonstrat: cuius is exitus fuit, vt Stocholmia tandem in extremas angustias redacta, cum nulla auxiliorum spes superesset, ardentibus odio & indignatione, ob nuptiarum nuper contractarum infamiam animis, 5. Cal. Octobr. dederetur: qua in deditione periculi potius, quam immanis suæ naturæ oblitus, cum Stenoni auunculo manum in foro porrexisset, ne quid intentatum relinqueret, subornato milite à tergo graue vulnus securi infligi iussit, ex quo post paucos dies decessit. A meridie Carolus Sudermanniæ & Magnus Saxoniæ, Duces, in vrbem venientes arcem deditione capiunt & duarũ cohortium præsidio muniunt. Demum prid. Cal. Octobr. Ioannes Erici, secundum ipsum, grandior natu frater cum mille octingentis equitibus & aliquot peditum signis vrbem triumphans ingreditur & Erico fratre exauctorato & cum Catharina coniuge in conclaui sub custodia coniecto, Rex Sueciæ magno procerum & omnium Ordinum consensu & applausu renunciatur: egregio in posterum exemplo, ne Principes dum sibi quiduis licere putant, potẽtia in suæ ditionis populos à Deo commissa ad libidines crudelitatẽ, rapacitates proprio vel alieno ingenio instigati male vtantur, & vltorẽ Deum, qui scelera impunita numquã finit seuereantur. Bello demum spe citius feliciter confecto Ioannem Stocholmia potitum & rebus iam constitutis conditionum pœnituit: q; renouato inter Danos & Suecos bello, anno sequenti occasionem præbuit, & Varnoburgum quidem in rupibus maritimis Sueciæ conterminis positum castellum

1568.

Stocholmia à Ioanne Duce Finlandiæ deditione capitur & Erico exauctorato, Finlandus in Regem Sueciæ eligitur.

Danici

1568. Danici M. Nouembri ceperunt, sed Francisci Brockenhusij & Danielis Ranzouij in obsidione ista occisorum successus lætitiam minuit; Inde progressi Dani, cum pacta illis minime præstarentur, & per Sueciam grassati, illam ferro flammisq; crudeliter deuastarunt.

Condæus Rupellam concedit & sociorum implorat auxilia.

Condæum ex insidiis mirabiliter euasisse & ad Rupefocaldij ædes, ad tempus secessisse nõ ita pridem diximus; cum idcirco iisdem in ædibus aliquamdiu commoratus fuisset, Rupellam cum familia adit & ab oppidanis solemni cum lætitia excipitur. Eo ad illum confluit Pictauinæ, Santonicę, Perigordinæ, Engolesmiæ Nobilitatis maximus numerus, quo & vicissim populus diuersis è regionibus confertim conuolabat; hinc Sintaiam, Tilangiam, Montacuium recipit & datis literis per vniuersi Regni Ecclesias de auxiliis mittendis socios & confœderatos suos interpellat, docetque magis è re fore, si, quantis possent viribus, ad se continuo omnes venirent: non vero probare vt in patrio solo, quisque bellum gerat: teneri omnes prope vrbes ab hoste: illarum recuperandarum inanem esse spem; domos ergo & vrbes, si quas habeant, relinquant; omnes eo festinent, quo belli maior moles inclinat; commodiorem esse illam certioremque rationem debellãdi. Quibus sic dictis domos summa alacritate deserunt: omnibus Regni partibus Reformatorum turmæ conflantur, omnes ad bellum sese parant: non vrbium præsidia, non fluminum viarumq; custodiæ, non armorum fragor vbique perstrepens, rusticorum per agros armati globi, Regionum deniq; præfectorum diligentia, edictorumq;

ctorumque tonitrua, Reformatorum animos impetumque retardabant, vndiq; ad Condæum concurritur. Nonnullæ tamen vrbes per varias Regni prouincias variè distributæ Condæo hac in re non paruerunt, sed suis armis propriis se tutatæ sunt: singulari Dei prouidentia: vt exulantibus & ad omnes belli casus perfugium esset. Eo primum miseræ familiæ adducebantur, viris ad Condæum fere omnibus dilapsis & illo complurimis infirmioribus asylum aderat: & post cladem Mongontuanam percommodæ etiam fuerunt. Ergo Francis, Sancerra, Vezelæ: Occitanis, Montalbanum, Castra, Milliadum: Delphinatibus & finitimis Viuariatum vrbes aliquot, Albenacum, Priuacum reseruatæ. Antequam quicquam hostiliter Condæus suscipiat, solemne scriptum edit de belli causis. *Testor ego,* inquit, *coram Deo & Angelis suis & coram sacro hoc cœtu, me quemadmodum & vltimis meis, ad Regem Dominum meum, missis litteris demonstraui, haudquaquam habere in animo quicquam aduersus ipsius Maiestatem suscipere, quod aut ipsius personæ, aut dignitati incommodet: at illum pro meo Rege, ac secundum Deum, pro supremo Domino ab illo ipso Deo constituto agnoscens. Testor quicquid facio, non alia de causa me facere, nisi ad conscientiarum nostrarum conseruationem, & Religionis Reformatæ liberum exercitium, & vt vitas, honores facultatesque nostras ab Cardinalis Lothareni sociorumque suorum impia tyrannide atq; oppressione tuear atque defendam: quam tyrannidem illi, præter Regis nostri voluntatem, publico edicto & complurimis ad nos datis Rescriptis perspicue testatam, perturbata publica pace atque tranquillitate, aduersus Reformatam Religionem profitentes, hactenus exer-* 1568.

Condæus solemni protestatione se nihil aduersus Regem hostiliter susceptur. attestatur.

cuerunt

1568. *cauerunt & vsurpare pergunt: atque in hunc finem vitas nimirum, honores, facultates, conscientiarumque libertatem & meam & omnium optimatum, Nobilium & aliorum Regiorum subditorum Reformatam Religionem Profitentium, defendam atque vindicem: affirmo: Me velle fortunas, vitas omnesque alias rationes, quæ à Deo mihi tribuentur, impendere &c.*

Descriptio disciplinæ militaris à Condæo facta.

Vt autem indies complurimi ad Condæum confluerent, qui nomina sua darent ad militiam, describit formam disciplinæ militaris, quam memoriæ causa hic præterire noluimus cuius præstandi iuramenti hæc erat formula: *Iuratis, DEI VIVENTIS NOMINE, vos, propter causas à Principe Condæo explicatas, expositurus corpora, vitas, fortunas aliasque rationes à vobis datas, illius auspiciis & mandatis, quem istius exercitus ducem agnoscitis: iuratis atque pollicemini, vos omnibus iis rebus, quæ vel ab eo, vel ab ipsius legatis mandabuntur, libere obtemperaturos: sancte obseruaturos militarem disciplinam, quæ ab illo ad administrationem exercitus fuerit constituta. Et quidem ad illud vsque tempus, cum iusta & exemplari animaduersione sumpta iniuriarum, cædium, expredationum, oppressionumque, quæ contra Regis nostri voluntatem, aduersus Reformatam Religionem in hoc Regno profitentes, ab publicæ pacis hostibus fuerunt perpetrata, possimus tandem & conscientiarum nostrarum libertate, & vitarum nostrarum securitate, honorumque ac facultatum nostrarum, sub Regis nostri obsequio pacate frui.* Disciplinæ autem militaris ab Condæo factæ hæc erat descriptio. Quod Ordo, vt omnibus vtilis, ita veræ Religionis stu-

diosis sit pernecessarius: Hac de causa se legitime nimirum ad hanc militiam vocatum de Optimatum, Nobilium, Tribunorum, peritorumque aliorum virorum sententiis hæc statuisse; & omnibus significare: Vt si quis nolit istis per omnia obsequi, norit sibi nullum esse in suo exercitu locum; atque velle se hæc ab omnibus sancte obseruari. Primum vt omnes qui ad exercitum hunc veniant, intra sex dies nomen profiteantur & sacramentum præstent, pro constituta formula: ni obedierint, arma equusue accusatori attribuantur: Qui nomina dederint, munia obeant custodiarum diurnarum nocturnarumque: arma non obedienti adimuntor. Nemo sine Tribuni permissu signa deserat, vt ad alia signa transeat: qui fecerit pro delicti ratione punitor: & ne quis prætextat ignorantiam, ij qui ad exercitum recens venerint, huius decreti admonentor: Licebit militi petere veniam à Tribuno suo: si denegetur, id se rem velle referri, vt de eâ pro æquo ac bono statuat: Vti Sacramenti obligatio singulis mensibus renouetur: tum militibus facultas esto petendæ veniæ: quorum rationes Delegati nostri perpendant, si qua in noua causa hæreant, nos adeant: Ne vero Tribunus alterius milites solicitet. Vt deficientium nomina cognoscantur, velle se vt singulis mensibus nomenclaturæ ad se deferantur: Ne quis in exercitu sit, qui nomen suum non detulerit, nisi alicuius testimonio comprobetur: qui secus compertus fuerit, post tertium diem à promulgato isto scripto, capitalem pœnam minitatur: 1568.

Leges Condai militares.

Equi-

1568. Equitum vexillatio ad centum, peditum signum ad ducentos sit: vicariis, manipularibusque à Tribunis etiã ordinate sub se constitutis. Ne quis quid suscipiat in hostem, sine superiorum mandato: Tribunus si aliter fecerit, munere suo abdicator: si miles tantum, armis exutus exauctoratusq; ab exercitu expellitor: Ne quis signum deserat: qui deprædantes reperientur, vt prædones seuere puniantur: arma equiue delatoribus attribuuntor. Et quoniam hoc bellum alia sit, quam cætera, conditione susceptum, velle se vt spolia vnum in locum congerantur, totius exercitus bono & vtilitate: nisi si quid cum pugna suscipiatur, spolia ex veteris disciplinæ regula relinquuntur: aliorum vero spoliorum tertia pars Tribunis & militibus relinquitor: cæteræ partes vniuersi exercitus bono adiudicantor: si quis quid interuerterit, vt fur & causæ hostis puniatur, qui illum detulerit, mercede aliqua cohonestetur: spolia quæ in deditione vrbium obuenerint, vniuersi etiam exercitus bono cedant: spolium id iudicetur, quod certis argumentis & testimoniis ita esse comprobetur: alioquin pro rapina & furto habeatur. Ne in exercitu inutiles sint personæ. Tribus peditibus tantum vnus famulus attribuitor, qui & Patroni sui signũ sequatur: alioqui laqueum minitator: Nec peditibus nec equitibus equos asinosue aut alia iumenta habere fas esto: tribunis & aliis administris, ad suos vsus permittit, sed ne hac venia abutantur, diligenter vetat. Si iumenta ad agrorum cultum destinata quis rusticis diripuerit, capitali supplicio puniat: ægrotis tamen ex mandato Tribunorũ dentur. Ne quis

Spoliorum in exercitu Conditio distributio.

conten-

contentionem aut iurgium aliquod moueat, nec minus ad arma concurrat: ei qui fecerit capitalem pœnam minitatur: Si quid vero offensionis inciderit, Tribuni admoneantur, vt nisi possit per ipsos tumultus sedari, ad maiora remedia procedatur: Omnes simultates deponendas: si quid minus facile ad reconciliandum fuerit, iubet, vt Tribuni admoneantur, vt legitimæ ad reconciliationem viæ capessantur. Ne quis hospitium aliud sumat, nisi quod sibi à Commissariis fuerit designatum: aut prius quis adeat, quam fuerint hospitia à Commissariis designata: Tribunos si secus fecerint exauctorandos: milites, armis & equis puniendos: præter arbitrarias alias pœnas: Omnes qui in publico munere sint, diligenter conueniant, cum locus exercitij dicendus est: tribuni aliique militares administri frequenter apud summos Ductores sint, vt quid facto opus sit ad omnes occasiones videantur. Ne quis exercitus commeatum interuertat: sin minus, norit capitalem pœnam illum continuo manere: Ne quis fidem publicam à se aut ab Amiralio datam violet: velle etiam, vti Nobilium quorumuis ædes absque vllo discrimine conseruentur. Et ne legitime possit ignorationis excusatio prætexi, bellica vt ista decreta singulis septimanis per omnia commoda castrorum loca promulgentur: & communis item disciplinæ ratio, ex Regiarum legum præscripto obseruetur: effectioni diligenter inuigiletur. 1568.

Hæc dum à Condæo & sociis agerentur, Regina Nauarræa se cum illo ipso Condæo coniugere secumque vna Principem Bearnensem filium adolescen-

Regina Nauarraa coniunctionis cum Condao; datis

1568. lescentem adducere constituit. Itaq; suis è regioni-
bus (penes quas etiam Baernensem principatu
summo Regioq; Dominio amplas itidem ditiones
Regno Galliæ subiectas possidet) conflat copias
Peditū videlicet signa quadraginta quatuor, equi-
tum vexillationes octo, Pillæo, Montamaro, Mo-
gritto aliisq; Nobilibus viris ductoribus. Id post-
quam ad Regem Franciæ nunciatum esset, ad il-
lam peramātes mellitissimasq; scribit litteras, qui-
bus de sua erga ipsam filiumq; voluntate testatur
eam ab instituto itinere reuocare conatur & inde-
corum periculosumq; ei atq; familiæ esse ait, si se-
cum Reformatæ Religionis tamquam, vti nunc ap-
pabat, seditiosis hominibus coniungeret. Sed ad
Regem Regina respondet & in itinere suscepto fir-
miter perseuerat itinerisq; suscepti rationem hanc
reddit, inquiens: Quando accepi tuas literas, iam
vlterius iter promoueram, tantæ mutationis audi-
to rumore, qui tamen iamdudum nobis ...
tur, aduersariorum nostrorum iram ita impoten-
ter debacchantem cōspicata, vt ipsorum rabies
furor omnem spem pacis nō poterat nobis ...
re, quę à tuo pacificationis edicto, Rex Christianis-
sime, nobis efferretur, quod tamen nō tantum per-
peram obseruatum fuit, at plane violatū Cardina-
lis Lotharenii commentis, & artibus qui minimum
præter promissiones tuas, quas miseris tuis Religio-
nis Reformatæ subditis semper præstitisti fidemq;
tuam illis solemniter datā numquam desit, & per literas
ad Parlamenta, & ad omnes eos quorum operā no-
rat fore sibi commodam. Edicti istius vim effectumq;
plane eneruare atq; profligare, & nostra patientia

ad Regem Galliæ literis, rationem reddit.

abutens.

abutens, postquam infinitarũ cædium iter substrauisset, laxato sibi ad omnes intemperies fræno vlterius progressus ausus est Principes consanguineos 1568.
tuos tentare exemplo nimiũ perspicuo in Principe Condæo fratre meo, qui dum furiose tentatur, auxilium apud cõsanguineos, suos petere cogitur. At quoniam illũ filius meus & ego tam proxime attingimus, non potuimus non illi offerre q̃ sanguis & amicitiæ ius imperat. Nouimus abunde tuã voluntatem, quam verbo & scriptis demonstrasti, nimirum vt à nobis obsequium, q̃ tibi reddere ad vltimã quoq; guttã sanguinis paratissimi sumus, consequaris. Et nouimus p̃terea, Christianissime Rex, naturalẽ tuam bonitatẽ ad nos conseruandos, non exterminãdos maxime inclinare. Itaq; dum huiusmodi aduersum nos conatur in nos efferuescere conspicimus, ecquis te nouerit veracissimum Regem & tuis promissionibus tamen tam manifeste contraria animaduertat, non iudicet tuo iniussu hæc fieri, idque inueterata Cardinalis Lothareni malitia, etiamsi rem exploratam, vt certo habem⁹, non haberet? Ore te igitur atque obtestor, Rex Christianissime, bonam in partem interpreteris, quod ego domo fuerim profecta eo consilio vt obsequamur inseruiamusque Deo nostro: & tibi, qui noster es Rex & supremus Dominus: & sanguini nostro, nosmet opponentes, quantum facultates patientur, eorum conatibus qui impotenti audacique malitia vim nobis adferre moliuntur: atque oro vt persuasum habeas, arma minime à nobis sumi, nisi propter tres istas causas: vt ne; quemadmodũ instituerunt, de medio tollamur, at

1568. tuo obsequio Principes tuos consanguineos con-
seruemus. Quod ad me attinet, aio Cardinalem ti-
bi insignem fecisse iniuriam, quod conatus fuerit
potentiam auctoritatemq; suam in violentiā com-
mutare, cùm filium meum è manibus meis eripere
voluerit vt ad te adduceretur: quasi vero meum
tuum imperium non satis sit efficax & apud illum
& apud me: Affirmamus vero, Rex, & oramus, vt il-
lud habeas persuasum: Nos ita esse obsequentissi-
mum addictissimumq; tibi famulum, & famulam
vt fidem nostram, cum Cardinalis illi⁹ sociorumq;
perfidia ęquando (cùm experimentum vtriusq; su-
mere volueris) credo plus veritatis in meis effecti-
te comperturum, quam illius in sermonibus. Quæ
omnia enitemur, quantum in nobis erit, tibi reuerē-
demonstrare, animos nimirū ad tuam Maiestatem
colendam certa fide paratissimos. Similiter & ad

Ad reginā matrem quoque literas perscribit.

Reginam matrem quoq; litteras perscribit, inqui-
ens: Aggrediar litteras meas, testando coram Deo
& hominibus, nihil mihi fuisse, esse, nec posthac fo-
re integrius studio illo meo erga Deum meum, Re-
gem meum, patriam ac sanguinem meum. Quę re
omnes eo impetu vna in me incubuerunt, vt Mon-
tæus quem cum literis misisti, iam me reperit do-
mo profectam, quò vitam, facultates omnesque
meas rationes, illarum rerum causa dedicem at-
que consecrem. At oro te, si prolixiores sint hæ
meæ literæ, temporis necessitati vti condones, quæ
mihi tot difficultates cumulauit, vt non possim ista
commemorando non multa persequi, quo meum
consilium tibi declarem, meumque animum ob
oculos repręsentem: in quo genuine ea possis con-

templa-

emplari quæ prorsus contrario modo scio aduersum me attingi, & tuas aures commentis istis detineri. At quæso mihi des veniam si rem ex eo tempore repetiero, quo Guisij sese pacis publicæ tranquillitatisque hostes demonstrarunt; tum nimirum cum Regem defunctum meum maritum pellexerunt, specie infecta Regni nostri recuperandi. Nosti à quibus hominibus tunc illa circumstiparetur, & meo quidem magno dolore: audebo etiam dicere tuo, quoniam tum temporis ex tuo ipsius ore hoc noram. Quæso in memoriam tibi reuoces quantam in me fidem inueneris, cum propter Regni vtilitatem marito liberisque meis prope renunciarim: nam facultates, quandoquidem cætera profunderentur iam commemorare nolim. Quæso etiam memineris quos qualesue sermones mecum serueris & quâtam in me fiduciam habere præ te nunc tuleris, cum Fontebellaquæo à te discederem; me vero eo ex tempore nullo modo fuisse mutatam, verissime confirmo. Memineris etiam, me tuarum illarum litterarum imperiis quas ad me continuo dedisti, dum Vendocinæ essem, fideliter obtemperasse: memineris itidem quid in Aquitania fecerim, vt mãdatis tuis parerem. Tunc amisi Regem maritum meum, vt nimirum communem viduarum sortem atque calamitatem participarem. Nolo iam de iniuriis singulatim mihi illatis loqui, cum de generali omnium conditione institutus à me sit sermo. Iterum enim testor studium de Dei obsequio, charitatem erga patriam & sanguinem meum ita animum meum replere, vt nullus sit in me priuatis meis cupiditatibus locus: 1568.

1568. Veniam igitur ad extremarum turbarum tunc instauratarum tempora, cum videlicet Cardinalis Lotharenus nos in eas coniecit angustias quas non solum tu verum & omnes norunt. Interea inutilis in meæ ditionis regionibus permansi, eorum malitia & artibus, qui me etiam istis machinis, quantum poterant petebant. Et quid tunc egerim, ita nosti, vt non sit necesse eumdem sermonem repetere. Veniam ergo ad hunc præsentem statum meum, cum Regis mei edicta perspiciam non solum violata iis modis qui possint quodammodo excusari: at penitus pessundata atque profligata, ipsius auctoritatem despectam, Regales promissiones proculcatas: atque hæc omnia, nefaria ac perdita fraude Cardinalis Lothareni, quem Regina, non possum melius depingere, quam eo omnino modo quo noui (& quidem vere id affirmare possum) à te illum cognosci: tam certis nimirum argumentis, quam luctuosarum cædium nimirum perspicua veritas aures tuas circumsonat, dum iis qui edicti istius beneficio sperarent domestica pace perfrui, ad familiarum suarum ruinas cumulus extremæ internecionis accedat; Præter barbaras autem istas crudelitates, homicidarum istorũ crescit audacia & Principes Regis consanguineos petunt, radices nimirum illius arboris, quam ramis omnibus denudatã conuellere moliuntur, nec zelus est Religionis qui illos moueat. Nosti insuper, Regina, cum nuper ita ægrotares, Cardinalem Borbonium fratrem meum, non fuisse ab illorum insidiis immunem, cum tamen ille sit Catholicus.

Est

Est igitur sanguis ille Franciæ, qui eos sic vrit: quemadmodum suos illos conatus aduersus fratrem meum Principem Condæum & eius liberos persecuti sunt, ad quorum defensionem SANGVIS meusque, filiumque vocat, nec officio nostro deesse voluimus. Nec prætereo, Lossæi aduersus filium meum machinationem: eaque omnia Cardinalis Lotharenì & sociorum tyrannico consilio esse facta. 1568.
Noui, Regina, fore vt complurimi, qui has meas audient literas, dicturi sint exscriptas esse ad formulam earum quæ variis è locis quotidie ad te deferuntur, nec illas ex me proficisci. At oro vti consideres nobis qui Reformatam Religionem profitemur, vt idem argumentum commune sit ita & eumdem sermonem communem: & ex tam illustri familia, vt est Borbonia, germanam veramque fidelitatem non posse non proficisci. Hæ tres rationes me huc adduxerunt videlicet DEI MEI OBSEQVIVM, cum animaduertam Cardinalem Lotharenum, atque socios moliri plane eos pessundare, qui summi illius Dei veritatem Religionemque amplectuntur. Altera est: OBSEQVIVM REGIS MEI: vt nimirum vitam fortunasque meas impendam, quo edictum pacificationis ex ipsius mei Regis voluntate obseruet & ne patria hæc nostra, hæc Gallia mater & nutrix tot bonorum virorum extinguatur vt vna ipsius liberi extinguantur. Tertia est SANGVIS: qui (quemadmodum dixi) nos vocat ad omnem opem Principi fratri ferendam, quem manifeste videmus, & contra quidem, Regiam voluntatem, affligi atque hostiliter peti,

1568. eorum malis & peruersis animis, iam pridem eum locum quem tamen minime merentur, apud Regem nostrum & te occupant, qui vobis oculos obuelant ne ipsorum iniquitates videatis, auresque obturant, ne querelas & preces nostras audiatis. Vtinam vero, Regina, Deus oculos auresque vestras tandem aliquando aperiens, efficiat vt & videatis & audiatis, quo studio & quo animo vnusquisque nostrum Maiestates vestras complectatur. Iam vero quod ex iis literis, quas ad me dedisti, facile animaduerti, quam esses aduersum me inflammata, mitto ad te hunc certum hominem, cui rem omnem copiose commemoraui: & cui mandaui vt tibi meo nomine significaret, quam necesse sit, auctoritatis tuæ conseruandæ causa, ab illis te seiungere, qui eam volunt diminutam, atque adeo eos perdere, qui tuæ dignitatis conseruandæ studiosi sunt. Recte nos omnes agnosce & pone discrimen inter bonos & malos, & de me hoc vnum habe persuasum, me incredibili studio teneri bonæ & commodæ pacis, & ita firmæ, vt Cardinalis Lotharenus & socij illam labefactare amplius non possint. Cui paci constituendæ si aliquid prodesse possem, tam me beatam existimarem, vt nullo modo ad hanc rem, vitæ nec reliquis omnibus rationibus parcerem.

[A]ndium, [e]idem, Re[gi]s fratrem [a] consuetu[di]ne Lotha[re]ni dehortatur &c.

Idem argumentum scribit ad Andium Regis fratrem illumque à Cardinali Lothareno, cuius artibus potentius detineretur, grauiter dehortatur & ne impuræ illius voluntatis in Regio sanguine exterminando ministrum sese præbeat, monet:

omne-

omneque obſequium vt Regis fratri, ei pollicetur ſuo filiique nomine: Fratrem verò Cardinalē Borbonium vehementius compellat, & de litterarum, quas ad Regem Reginamque ſcribat, ſumma & occaſione ſuſcepti itineris quædam præfata, officium ipſius docet ad res virilius demonſtrandas & ſuſcipiendas. Et quouſq;, inquit, eris ſuffraganeus Cardinalis Lothareni, an tibi pudorem incutiet in fratris, ſororum atque nepotum perſonis, nec quicquam mouebere? Certè ſi non proximorum conſanguineorum cauſa tangeris, & cauſam Religionis, (quam ille falſo obtendit) detrectas: at memineris Sicularum veſperarum, quas ille in caput tuū nuperrimè moliebatur, cū videlicet Regina ægrotaret. Permotus es ad vnam noctem & ſolicitudo tanti periculi tibi ſomnum excuſſit, ſed euolarunt illi tui animi, ita namque captus fuiſti ſuadela Cardinalis. Si à nobis Religione ſepararis, an ideo fracta ſunt conſanguinitatis & iura amicitiæ? violabitur natura? Vide, vide quid rei agatur: Petitur fratris tui germani caput, cuius defenſionem ſi prætermittis, ego filiuſque meus, illam vltro ſuſcipimus: equidem paratiſſima agnoſcere honorem quem mihi, (quod in familiam Borboniam ingreſſa ſim,) tributum ſentio. Sin armis non potes, præclaram voluntatem, conſilium, verba efficaciter expedi. Hæ nimirum nos impulerunt atque impellunt rationes nimirum *DEVS REX ET SANGVIS NOSTER*, quibus inſeruire percupio. 1568. *Cardinalem Borbonium grauiter increpat.*

Cum itaque rumor iſte de Nauarreæ copiis hinc inde ſparſus fuiſſet, San Ianum-Angelicum, (oppidum in agro Santonico munitiſſimum,) ſeſe Con- *San Ianū Angelicū & alia Pi-*

68. dæo continuo dedit, quemadmodum & Blaia at momenti maximi: Plures quoque vrbes Condæu occupat, vtpote Fontenæum, Sanmaxentum in agro Pictauino: Talleburgum itidem castrum loco & natura firmissimum occupat. Interea Andelotius erat in Britannia cum Condæus Nuceto discederet: at certior ab illo factus de illa profectione, inter maximas tamen & varias difficultates summa celeritate militem cogit in Británia, Nortmania, Turonio & finitimis regionibus virorum Reformatorum Nobilium opera strenuissima. Intra paucos dies manum cogunt mille quingentorū equitum, peditum plusquam duorum millium & quingentorum. Vt autem sese cum Condæo coniungerent, transmittendus erat fluuius Ligeris: cōsilium autem Andelotii erat Salmurum oppidum ad Ligerim occupare, vt ita occasione ista non solummodo sibi verum etiam imposterum Reformatæ Religionis hominibus opportunum traiectum compararet: Idem ipsum quod Mompenserius Regii sanguinis, è familia Borbonia, princeps maximoperè timebat, summam enim illarum Regionum administrationem tum temporis tenebat: Iccirco Martiguio Britanniæ præfecto rei militaris peritissimo viro, Mompenserius imperat, vt Salmurum continuo occuparet. Andelotius ècontra hostem tam propè esse haud suspicans, tripartito copias istas distribuerat, vt ita per vicos commeatus ratio esset commodior: partem vnam ductitabat Boisuertus, rei militaris admodum peritus: Andelotius vero ad sumendum prandium, in San-

mare

natelino vico iam subftiterat. Boisuerto interea summo isti copiarum tribuno agmen ad Ligeris ripam ductitanti adolescens consternatior occurrit, cumque Reformatæ Religionis viros esse cognouisset, Boisuertum monet, Martiguium cum ingenti exercitu adesse, quam metus etiam numerosiorem ei obtulerat, ast nuntium illum contemnebat Boisuertus, cum mox equitum aliquot cohortes conspicatus, rem curiosius capessendam instituit: re cum suis deliberata consilium erat de obicibus ad fluuii ripam construendis: quod & facile & opportunum fuisset, nisi Martiguii festinantius ruentis, impetus consilium impediuisset. Boisuertus admonito actutum Andelotio de Martiguii aduentu, vix aciem instruxerat, cum Martiguius valido equitum cuneo irruens, militis Andelotiani ordines disturbat, equites non satis instructos, cæditque huc illuc palantes. Boisuertus & ipse occiditur & è primoribus quidam occiduntur nonnulli capiuntur. Pergit tamen inde Martiguius Salmurum petens cum quingentis equitibus & decem peditum signis. 1568.

Videbatur res Andelotio benè cessura cum infirmo numero congresso, nisi rei ignoratio & raptim notæ turbida celeritas occasionem consilio ademisset. Admonitus vix paucos secum habebat, variè nimirum hinc illinc turmis distributis: cumque sibi iniquiori loco decertandum esse euitato hoste, locum continuo sibi cōmodiorem legit, dum Martiguius illo præterito, iter institutum pergit, ex Andelotianis etiam nonnullis

rei

1588. rei quid esset ignaris, ei cedentibus. Andelotius recollectis copiis Martiguium festinanter persequitur: at ille re conspecta, citato rapidius cursu, Salmurum occupat, quod iam Pontificiorum præsidio tenebatur relictis impedimentis, quæ ab Andelotianis capta & direpta fuerunt, obtruncatis ad quadraginta custodibus armatis. Obstructa per pontes via, Andelotius aliud consilium fluuii trascundi init, cumque vado bis pertentato fluuius impervius comperiretur, aquis autumnalibus tumidior, mox tamen vna ex parte vadum adeo facile repertum est, vt totus exercitus continuo illac, sublatis signis transiret: & armati pedites tormentariique instructi omniaque iumenta, quibus impedimenta ferebantur ad vlteriorem ripam sine vllo periculo peruenirent, summo haud dubie rei numquam hactenus auditæ miraculo. Inde actis Deo liberaliter gratiis, dum sese itineri accingunt, aliquot equitum turmæ ad eam partem conspiciuntur, quibus confestim emissæ aliquot turmæ Andelotii mandato eas in fugam vertunt, vrbe ad tutum perfugium hostibus fugientibus commode tributa. Inde libero itinere Pictauinum agrum ingressus, Tuarsium deditione capit, cumque obuio Amiralio Andelotius sese coniungit, indeque coniunctis viribus Partenæum nobilem vrbem capiũt, oppidanis sese vltro dedentibus, at Sacrificulis compluribus, cum temerario ductore, (dum se ad arcem obstinacius defendere conantur,) ab exercitu obtruncatis. Tum omnibus copiis coniunctis Engolesmium nobile oppidum obsidetur, verum cum per aliquot dierum interuallum de expugnatione

[margin:] ...murum ... Andelotio occupatur. ...ndauq ...gole... ...um &

tione

ione vrbis prorsus desperaretur, tandem ab intercepto iuuene rescisscitur obsessos summa difficultate rerumque omnium penuria laborare. Itaq; ad aliam partem oppidi per Amiralium instauratur oppugnatio, & tot tantæque bellicorum tormentorum beneficio, ruinæ fiunt vt oppidani omni spe vlterioris defensionis abiecta, de deditione vrbis cum Amiralio agere cœperint, quæ tandem certis conditionibus à Condæanis capta fuit. Paulo post quoque & Niortum, (vrbs copiosissima,) accessit, vt quidem permirum fuerit, tot tantasque vrbes tam paucorum dierum interuallo fuisse captas, proximis etiam, quæ eas defenderent, Pontificiorum auxiliis: Hæcque ad mensem Septemb. facta & actitata sunt. 156 *Niortum capitur.*

Circa finem autem eiusdem mensis conflato Aureliis ingenti exercitu, fulmina Regiorum edictorum repetuntur, quorum vno, omnis Reformatæ Religionis vsus & administratio Protestantibus prohibebatur, vt ex sequentibus patebit. Et norũt omnes, inquit, Reges maiores nostros felicissimæ memoriæ, Auum nimirum & Patrem, vt se nimirum Christianissimos & Ecclesiæ propugnatores demonstrarent, omnes legitimas adhibuisse rationes, quibus & illa conseruaretur; & Religionis diuisiones per conciones secretas & reprobatorum librorum disseminationes, natæ tollerentur. Et post infelicem abitum Patris nostri Heinrici, optimatum nonnullos à nouæ opinionis ministris cõcitatos, sese alienasse atque controuersias mouisse, nullo quidẽ zelo Religionis, sed ambitione Regni istius gubernandi, Regẽ Francisco fratre nostro, *Protestantibus, per edictum Regiũ omnis Religionis vsus interdicitur.*

quam-

1568. „ quamuis è legum præscripto maior esset & præter „ ea maritus, atque auctoritate, ingenio voluntate „ que, ad recte gubernandum, valeret, cum sapient „ consilio Reginæ matris nostræ, aliorumque opti „ morum lectissimorumque virorum, qui de more „ suo Regi Patri nostro semper adfuerant & ab illo „ fratre nostro, paternorum vestigiorum studiosi „ retinebantur: Quod perspicuè ille demonstraui „ quamdiu regnauit, Regnumque haud dubie in „ eam formam restituisset, qua illud reperat, si Deus „ diutiorem illi vitam concessisset: tunc tamen „ Regni statu perturbato à nonnullis optimatum, „ qui, cum non auderent manifeste suam de Regno „ occupando, voluntatem patefacere, ministro- „ rum istorum nouorum opera, tumultum Ambosia- „ num excitarunt, per speciem libelli supplicis *cum* „ fidei confessione offerendi Regi fratri nostro: Qui, „ quamuis mali illius auctores nosset, maxima ta- „ men clementia atque illi naturali, (patris cœlestis „ exemplo cum speraret illius Dei Opt. Max. benefi- „ cio se plus vtilitatis relaturum,) misericordiæ via „ quam suppliciorum rigore, edicto veniam dedit „ omnibus suis subditis à via fidei deuiis, qui viam „ vellent repetere. Et alio edicto eos qui nollent „ viam repetere reliquit in potestate iustitiæ Eccle- „ siasticæ, (quæ non est sanguinolenta,) dummodo „ tranquillitatem publicam minimè interturbarét: „ Nihilominus tamen Rex à spe sua decidit, per se- „ cretas optimatum illorum obstinatorum coitio- „ nes, molientium armis, sub prætextu Religionis „ Regnum adhuc perturbare. Et cum rem ille cer- „ to resciuisset, coactus fuit armata manu Aurelia-

num

hum petere, vt rebus prouideret, conuocatis, 256
hunc in finem, vniuersis & singulis Regni ordinibus: Quo in loco Deus illum ad se vocauit, nosque infirmiore ætate, ad duodecim annos dumtaxat natum minusque aptum ad maximum istud Regnum administrandum. At commodius auxilium, quod reliquisset nobis Dominus, matris nimirum Reginæ consilium in rerum nostrarum administratione, fuit valdè impeditum atque retardatum, minoris nostræ atque infirmæ ætatis contemptu, ab optimatibus illis, & post fratres nostros, nobis proximis & illis quidem ab eadem matre nostra dissentientibus eique repugnantibus, & quo sese munirent patrocinium nouæ illius opinionis susceperunt, quæ illorum fauore & conatibus mirum in modum propagata atque amplificata est. Cui rei vti prouideremus, vbi primum inaugurati sumus, Sangermanum principes nostros & priuati consilii viros & omnes quidem Senatus Parisini consiliarios adesse iussimus & illorum sententiis edictum fecimus, quo prohibuimus omnem Religionis administrationem, ab ea alienam quæ in Ecclesia Catholica, post receptam fidem Christianam à maioribus nostris Regibus fuisset recepta, absque Religionis Christianæ Antistitibus edocta atque confirmata. Quod vero animaduerterēt nouæ illi⁹ opiniones fauitores, ambitiosa sua cōsilia hoc edicto maximè impediri, illud obseruari minimè pati voluerūt: sed vice versa nouā illā Religionē amplectentes homines exsuscitarūt, à qbus edicti illi⁹ nostri effectio impediret: & p

1568. » speciem turbarum quæ illorum opera per vniue
» sum Regnum quotidie excitabantur, prætexeba
» nullo modo fieri posse vt edictum illud obseruar
» tur: & auctores erant, vt quo esset solennius & a
» gustius, ex omnibus Parlamentis exquisitorum h
» minum fieret conuentus, qui de componenda
» Religionis sententias suas dicerent; eque illaru
» præscripto edictum conderetur: & quidem eo m
» do, dum potentiores sunt in consilio nostro co
» flato ad suum arbitratum conuentu, quod institu
» rant, consequuntur: Vti nimirum duarum Re
» gionum exercendarum facultas tribueretur ed
» cto illi, Ianuarii mense facto. quod edictum Regin
» mater, præter suam sententiam, quæ semper pia
» Christiana fuit, obtinere passa est, quemadmodum
» & cognatus noster Cardinalis Borbonius, Turno-
» nius, Dux Mommorantius Connestabilis, Mare-
» scallus Santandræanus primarii, & antiquiores e
» nostris administris, quos Pater & frater nobis reli
» querant: qui Reginæ matri tunc demonstrarunt,
» minus illud malum esse, cum illius Religionis ad-
» ministratio extra vrbes edicto designaretur: &
» quod sperandum esset fore, vt cum ad maiorem æ-
» tatem peruenissemus, nostra auctoritate & poten-
» tia illud emendaremus atque restitueremus. Itaq
» Regina mater singulari fide atque constantia per-
» rexit, nos fratresque nostros & sororem, in verita-
» te Catholicæ, Apostolicæ atque Romanæ doctri-
» næ, (quam maiores nostri abhinc mille annos &
» amplius susceperunt & retinuerunt & illius vi præ-
» clare rem gesserunt,) retinere, cuius rei nomine &
» nos & omnes nostri subditi perplurimum Reginæ

matri

matri debent. Et quamuis edicto illo Ianuarii satis « 1568.
superque nouæ opinionis hominibus satis factum «
esse deberet, nisi aliud consilium aliámque volun- «
tatem habuissent, quam conscientiarum suarum «
libertatem: nihilominus tamen illa nostra indul- «
gentia minimè contenti, paulo post promulgatio- «
nem edicti illius, peruersas suas voluntates mani- «
festè demonstrarunt, priuata auctoritate armis «
aduersum nos sumptis, nostris vrbibus occupatis, «
peregrinis in hoc Regnum nostrum intromissis & «
omnibus hostilibus viis vsurpatis, pugna etiam ad «
Druydarum agrum in nos commissa, in qua Deus «
nobis dedit victoriam, populi sui nobis subditi mi- «
sertus. Vt etiam rebelles nostros subditos clemen- «
tia vinceremus & ad nostram obedientiam reuo- «
caremus, sperantes fore, vt Deus aliquando, cum «
ad maiorem ætatem progressi essemus, ad Ecclesiæ «
suæ obedientiam concordiamque restitueret, con- «
donauimus eis aliud edictum, quo suæ Religionis «
facultatem aliquam tribuebamus. Et quamuis ex «
eo tempore, vt omnem illis metum suspicionem- «
que adimeremus, ipsorum etiam sententia multa «
decreta, de pace publica fecissemus: tamen variè & «
licentiose illa violarunt: quamuis & nos, (vt eorum «
paci bonoque consuleremus,) nostrum illud edi- «
ctum, (quod vt temporarium, ex nostræ voluntatis «
arbitratu poteramus reuocare,) sanctè obseruaue- «
rimus, nec vllam vmquam illis occasionem dedi- «
mus resumendorum armorum. Quod tamen ni- «
hilominus nuper fecerunt, & ad nos, matrem fra- «
tresque & sororem accesserunt, prætexentes post- «
ea se illo venisse, vt supplicem libellum ad suæ Re- «

1568. „ ligionis conseruationem nobis offerrent: Nobi
„ tamen manifeste bellum indixerunt, & quidem a
„ vsque vt Lutetiam, primariam nostram vrbem
„ quantum potuerint, obsederint, multasque no-
„ stras vrbes occuparint, peregrinosque in Regnum
„ nostrum introduxerint, & nos ad pugnam in ipsis
„ prope Lutetiæ portis elicuerint, vt obsidionem
„ solueremus, in nos denique omnes vias hostiles v-
„ surpauerint. Dum tamen voluimus parcere san-
„ guini Nobilitatis nostræ, aliorumque nostrorum
„ subditorum, miserti populi nostri à duobus exer-
„ citibus violati, & conantes eos clementia nostra
„ peruincere, illis pacem à nobis petentibus, idem
„ illud edictum condonauimus, certo pollicentibus
„ se illud sanctè obseruaturos, nec Regnum nostrum
„ amplius perturbaturos. Qui tamen contra suam
„ illam promissionem, cum nullatenus nos in edicti
„ obseruatione defuerimus, noluerunt nobis resti-
„ tuere Rupellam, Montalbanum, castra & alias vr-
„ bes quamplurimas in Oscitana & conuentus ar-
„ matorum hominum variis in Regni nostri locis
„ habuerunt multos Catholicos interfecerunt, cum
„ peregrinis belli consilia agitarunt, bellum denique
„ ad Rupellam vicinasque Regiones manifestum
„ excitarunt: eo prætextu quod nonnullos è suis di-
„ cant fuisse interfectos: quarum rerum vt quæstio-
„ nes haberentur & supplicia legitimè statuerentur,
„ mandaueramus.

„ Cum vero videamus illos bonitate & clementia
„ nostrâ tam sæpe abuti, nec amplius de prauo illorũ
„ consiliô dubitare possimus, vt nimirũ constituant
„ supremum alium principatum nostro, à Deo insti-

tuto,

tuto, abolito deletoque: istisque artibus nostros subditos à nobis diuellant atque disiungant: prætextu etiam condonatæ illius Religionis & conuentuum, quos agitant, specie suarum concionum atque cœnarum, in quibus fiunt pecuniarum collectæ, hominum delectus, societates, coniurationes, consilia & intra & extra Regnum arreptis armis: & quidem ita nobiscum agant vt vicini, non vt subditi: hostesque se & verbis & scriptis, omnibus denique modis, demonstrent: vt non possimus illos vllis beneficiis retinere: sed omnino conentur nostram dignitatem nostramque Religionem abolere, quam à maioribus nostris susceptam parati sumus omnino retinere: agnoscentes hoc summũ Dei beneficium qui ad hunc vsque diem nobis illam conseruarit aduersus tot tantásque malarum artium machinationes, & nobis hoc tempore opportunè tribuerit ætatem, ingenium & facultatem Regni nostri administrandi: & adiutorem fratrem Ducem Andegauensem, summum nostrum legatum, nostræ dignitatis studiosum & Religionis vnitate concordem atque vnanimem, vt est quoque Dux Alenconius frater itidem noster germanus. His & aliis quamplurimis de causis grauissimis, de matris nostræ, fratrum, principum consiliique nostri virorum sententiis & iudiciis: *Edicto irreuocabili & perpetuo inhibuimus atq; inhibemus omnibus cuiuscuis conditionis, per vniuersum Regnum, subditis nostris statuto capitis fortunarumque omnium supplicio, aliam Religionẽ quam Catholicam, & Romanam, quã maiores nostri tenuerunt, & nos, illorum exemplo, etiamnum tenemus. In hunc* 1568

Grauissima contra Protestantes, in Gallia sententia.

Qqq 2 *finem*

1568. *finem decernimus: vt omnes illius Religionis ministri intra dies quindecim, ab edicti istius promulgatione, ex omnibus Regni nostri finibus discedant.* Nolumus tamen illos homines Religionis, quæ vocatur, Reformatæ in conscientiis suis vexari, dummodo ne alius Religionis, præterquam Catholicæ & Romanæ, vllam agant vllibi administrationem. Hac nimirum spe illud condonantes, fore vt aliquando instinctu diuino & Ecclesiæ Antistitum diligentia, omnes nostri subditi in vnam Religionem reuocentur. Omnibus verò qui vigesimo, à promulgatione istarum litterarum, die arma deposuerint, & pacate, vti fideles subditos decet, vixerint, omnem culpam noxamque earum rerum omnium condonamus, quæ ab illis aduersus nos familiamque nostram fuerint agitatæ: quos omnes, si nobis *imposterum* obsequantur, in nostram tutelam patrocíniumque recipimus: nostrisque administris omnem erga illos rigorem seuerè inhibemus: Et omnes dissensiones, inter quoscunque tamdem exstiterint, communes seu priuatas perpetuo silentio sepeliri volumus, omnesque adeo iniurias seu verbo seu reipsa, inhibemus: Qui secus fecerint rebellium pœnas iisdem comminamur. Viginti verò diebus præteritis, aduersus obstinatos omnium legitimarum rationum summo rigore agemus, nec illis vllis, vllo modo, parcemus. Hoc edictum volumus vbique promulgari & seuerè obseruari nosque rerum singularum indies diligenter admoneri. Quas res nostri administri summa cum industria procurabunt.

Alterum edictum omnibus publicis muneribus « 1568.
seu fori seu ærarii, interdicebatur iis qui Reforma- «
tam Religionem professi essent: eos qui arma non «
sumpsissent, at pacatè domi viuere instituerent, «
abdicabat quidem planè Magistratu: ita tamen vt «
præter commune illud beneficium à superiori edi- «
cto tributum, pacatè nimirum domi viuendi, pro- «
mitterentur etiam certi aliquot annui reditus, ad «
ærarium Parisini Prytanæi, qui & ipsis perpetuo «
dependerentur. «

Hæc itaque edicta summo cum studio primum à Senatu Parisino; deinde ab omnibus aliis summis Regni curiis recepta, maiori etiam alacritate atque celeritate eodem die promulgata fuerunt, omnibus ritibus sedulo ac diligenter obseruatis, quasi Regno post diuturni belli vexationes diuulso profligatoque iucundæ pacis nuncius affulgeret. At enim, quis non miretur in prioris istius edicti maximè narratione, exquisitas mendaciorum artes, boni & æqui specie mirè obuelatas? Istis nimirum doctrinæ auspiciis, adolescentis Regis animus imbutus in sua viscera ab antiquis suis hostibus fraudulenter armabatur. Latuerant domi ista edicta à Cardinali Lothareno iampridem, quasi Regio mandato, descripta Hispaniarum tamen Regi Pontificiq; Maximo ostẽtata ad spem fœderis efficiundi: at tunc demum promulgata fuerunt, & apte quidem, temporis rerumque ratione habita, accommodata. Et præter fœderis illius præstationem aliæ causæ erant, quæ homines Ecclesiasticos aliosque omnes Pontificios, & quidem notæ maioris, ad arma alacrius sumenda, pecuniamque ad bellum liberaliter con-

1568.

Summa Diplomatis Pontificii contra Reformatā Religionem professentes.

tribuendam, vehementer incitarent, maximarum nimirum facultatum proscriptiones quibus per illa edicta patefiebat aditus. Allatum erat insuper Romani Pontificis diploma, quo Regi concedebatur, vt ex facultatibus Ecclesiasticis ad summam pecuniæ, (quæ annuos reditus quinquaginta aureorum millia efficiebat,) distraheret diuenderetque causa addebatur, vt nimirum hæreticis bellum inferretur, illique aut planè è medio tollerentur aut ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam reuocarentur. Sed quod edictum, iampridem ante bellum, conditum, designatione longioris temporis notaretur & expressiores illæ de hæreticis delendis causæ adiungerentur: Cancellario Galliæ Michaeli Hospitalio sententiæ istius principi nonnullisque consiliariis Regiis minimè opportunum visum est: quod ita videretur bellum à longo tempore apparatum, fœderisque illius sacri, quod tam studiose celatum fuisset, perspicua indicatio. Itaque aliud diploma à Pontifice curandum statuitur: istius autem interea vsus esset ad præsentes necessitates. Hospitalio, propter illam subtiliorem monitionem, odium maius: quocirca is tamquam ad ista tempora minus idoneus continuo domum amandatus est.

De Condæi ad vniuersas, totius Regni Gallici, Protestantes Ecclesias, & Reformatorum hominum in cogendis auxiliis summa diligentia suo loco diximus: minimè iccirco isti externum cogunt militem, sed suapte domibus suis relictis incredibili alacritate ad Condæum sese vndique proripiunt. Ex Occitana & Delphinatu summo du-

ctore Aciero, grandes admodum copiæ viginti tria, nimirum virorum armatorum millia, inter tot tantasque difficultates mira celeritate quapiam conscribuntur. Ex aliis etiam omnibus Prouinciis quid actum fuerit partim diximus, partim vero suo loco adhuc dicemus. Postquam verò Acierus iste ex Occitana & Delphinatu numerosissimum exercitum collegisset: tamdem se illi Prouinciales coniungunt: & quidem è Delphinatu septuaginta quinque signa peditum & tres vexillationes equitum, viris Nobilissimis hisce Ductoribus vtpote: Monbrunnio, Sanromanio, Blaconio, Aneonio, Mirebellio, Chelario & Orosio. Ex Occitana, latiore quidem & copiosiore Regione, quinquaginta trium peditum signa & sex equitum vexillationes collectæ sunt, quibus se è Forestio aliquot signa peditum & vna vexillatio equitum coniunxere Petrogordio & Torazio nobilibus Ductoribus: è Rhutenis decem signa peditum Panati Ductoris auspiciis prodibant, Montalbanenses verò ad illam expeditionem minimè proficiscebantur, vt ita ope & auxilio vicinorum Vicecomitum patriam defenderent. Et tamdem Prouincialibus Mouuentius decem signa pedi tum & vnam dumtaxat vexillationem equitum, certis tamen de causis, abduxit. Vt autem omnes istæ copiæ ex tam diuersis Regni totius partibus in vnum conuenirent maximum erat periculum: Itaque cum ad Condæum contendentibus Isara & Rhodanus, rapidissimi fluuii obstarent. Peraldum castrum occupant, vt citerioribus

1568. *Acierus summus Protestantiū copiar. Ductor.*

1568. Delphinatibus traiectus esset: ad inferiorem ve
Viuariatem Bessum oppidum expugnant, quo
viciniioribus Delphinatibus pateret transitus. Se
postquam Gordius, Regius præfectus Delphin
tus, cognouisset, Peraldum castrum ab hoste e
occupatum, Lugdunensem præfectum illico m
net, vt inde expellendo hosti daret operam: qu
circa præfectus iste ad rem istam tormenta quan
primum Lugduno educit. Sanromanius inter
qui in ea Delphinatus parte collectis copiis: die
profectionis expectabat, à Changio, (qui nomin
Reformatorum Peraldum tenebat,) monetur n
acceleret, fore vt amissæ occasionis nequicquan
pœniteret: Sanromanius ergo turmas suas ad ean
Rhodani oram confestim ductitat fluuiumque
transmittit, hoste vicino & nonnullis etiam equi-
tum cohortibus eo profectis: Sed cum longius à
Peraldo cum suis progressus fuisset, castellum il-
lud rursum à Pontificiis captum ac direptum est.
Aliam interea inferioris Viuariatis oram Gordius,
(qui Montilium viciniorem nimirum Viuariatis
vrbem venerat,) cum armatis aliquot myoparo-
nibus asseruabat, quem vix credibilis Religionis
Reformatæ alacritas elusit: ad istũ locũ, è Bessi op-
pidi regione, prius cum suis venit Mouuentius: &
ne quicquam myoparonibus istis obsistentibus, in
ipsa ora Rhodani, propugnaculũ triangulari forma
designat, ita vt vnaquæque facies sexaginta cubitis
distinguerentur, idque viginti quatuor horarum
spacio cespite & arborum ramis exædificat. Venie-
bant interea Delphinatuum legiones aliorum
turmis distinctis & vicinas aliquot vrbes Crestum,

Mouuentius in ora Rhodani triangulare propugnaculũ struit.

nem-

nempe, Loriolum & Dyam tenebant: Gordius vero postquam Mouuëtium aduentasse certior factus esset, confestim ad illum Montilio contendit: at Mouuentio viriliter se defendente & rumore aliorum adhuc aduentantium increbrescēte, cum suis retrocedit, & Mouuentius, ad vlteriorem ripam Rhodani, cum suis saluus & incolumis peruenit. Illi postea Mirebellius cum sua legione successit: Mirebellio Blaconius: tum Anconius atq; deinceps cæteri: ibi etiam diem noctemq; vnam expectato Cochæo, qui è montosis Delphinatus locis aliquot turmas collegerat: At ille locorum periculo impeditus, Geneuam tandem concessit. Ita omnes illę Delphinatuum copiæ in Viuariatem illæsæ conueniunt: propugnaculum autem istud Mouuentianum exinde nuncupatum est. Acierus postmodum Alesium Seuenatis oppidum omnes vndique copias cogit; Perlustratis deinde Seuenatum, Rhutenorumque agris ad decimum tertium Octobris, Solliaci Dordoniam, fluuium traducit & Aquitaniam ingreditur, cum de illo impediēdo Monlucius Præfectus Regius nequicquam cogitasset, non ausus nimirum tantas adoriri hostium copias. Rumore autē isto aduentantis Acieri peruagato, Montpenserius, qui in agro Pictauino iamdudum fuerat, illum impedire instituit, expeditissimis copiis, quatuor videlicet equitum millium & peditum ad quadraginta instructis & numerosis signis. Magnis itaque itineribus Perigordium vrbem venit, prope quam iam sua castra Acierus promouerat ad oppidulum nimirum Sanchatierum, vbi illum bipartitis cohortibus Mont- 1568.

1568. penſerius adoritur: at continuo ab Aciero repulſus eſt, qui veritus ne hoſtis turmas alias, per vicos diſtributas iret adortum, Mouuentium Petrogordiumque exemplo monet, vt ſuos in caſtris contineant, ſe mox cum reliquis copiis adfuturum. Placuit id conſilium omnibus ductoribus, præterquam vni Mouuentio qui ſublatis ſignis ſuos ſe ſequi iubet. Petrogordius & Duces reliqui, veriti ne in hac cohortium diuulſione, hoſtili iniuriæ magis eſſent peruij, teſtati ne quicquam apud Mouuentium turmas & ipſi ſuas educunt. Vix autem pago egreſſis aduentare conſpicitur Montpenſerius cum ingenti equitum cuneo. Ita raptim inſtructis, quingentos tormentarios legit Mouuentius, qui prima cum hoſte faciant initia. Illi, nec mora, crebram tormentorum tempeſtatem in haſtatum ſibi aduerſum equitum glomerant: at ille viciſſim & in ipſo, quaſi, puncto directis haſtis eo ruit impetu, vt ordines Mouuentij continuo diſturbati fuerint, pugnaque acri coorta, cum nonnulli nequicquam reſiſterent, omnis Mouuentiana manus facile fuſa fugataque ſit, interfectis & ipſis duobus Ducibus Mouuentio & Petrogorgio: cæteri palantes varie variis in locis obtruncantur, & nonnulli è clade iſta Mouuentiana ſuperſtites ad Acierum fuga ſe recipiunt. In ea pugna ex Acerianis ad ſexcentos circiter, ex Montpenſerianis vero aliquot dumtaxat Equites & quidem non magni nominis deſiderati ſunt. Infecta Mouuentianis hac clade Montpenſerius nihil præterea molitus, ſed perigordium vrbem regreſſus

A Duce Montpenſerio vna cum Petrogordio vincitur & interficitur.

eſt:

est: Acierus vero collectis copiis & Mouuentianis reliquiis postridie ad vicum Alberterram se recepit. 1568.

Castellerius à Nauarraea ad Reginam Angliae cũ literis ablegatur.

Nauarraea interea rem Rupellae grauiter gerebat nauesque aliquot instruxerat, quae oram istam maritimam contra hostium insultus tutarentur, faciliorque in Angliam esset aditus, quam amicam esse causae Reformatorum hominum maxime intererat. Dat iccirco Regina Nauarraea, ad Eliesabetham Reginam Angliae, per Castellerium (virum nobilem & strenuum quemque Classi isti suae praefecerat) literas susceptique belli rationibus rite explicatis, sese causamque suam ei commendat.

Literarum istarum exemplar.

"Et praeter, ait, voluntatem, Serenissima Regina, "quam maximam semper habui, vt in tua beneuolentia perseuerarem: offertur hodie occasio, quae "profecto me grauiter accusaret, nisi tibi per litteras significarem causas, quae me huc cum liberis "(quos mihi commodato Deus tribuit) adduxerunt. Et tanto grauior esset mea culpa, quanto ille "pro sua maxima bonitate tot tantaque tibi contulit beneficia, talemque zelum dedit ad propagationem gloriae suae, tibi nimirum Reginae; quam "ille singularem elegit Ecclesiae suae nutricem: Iure igitur optimo ad te referuntur, quae ad istam "veritatis & Ecclesiae Dei defensionem spectant. "Atque equidem, vt norim te generalem rerum "nostrarum statum resciuisse, oro te etiam atque "etiam, Regina Illustrissima, vt certo tibi persuadeas, tres omnino esse causas (quarum etiam "vel minima sat virium habere debet) quae me "vt è ditione hac mea huc venirem, coegerunt.

Nauarraea expeditionis suae causam facit triplicem.

1568. " *Prima*, nimirum est, *causa Religionis*, quæ in hac no-
I. " stra Gallia Cardinalis Lothareni & eorum qui iis-
Causa Religionis. " dem cupiditatib. inflammati illius partes sequun-
" tur, inueterata & plusquam Barbarica tyrannide
" opprimeretur, vt me mei, procul dubio, puduisset,
" meum nomen inter fideles censeri, nisi, quo me
" huic errori atq; horrori opponerẽ, ad istius causæ
" defensionem omnes facultates rationesque, quas
" mihi tribuit Dominus, comportassem: & nisi filius
" meus & ego cum hoc tam illustri Principum Opti-
" matumque cœtu nos coniunxissemus; qui omnes
" quemadmodum ego, & ego quemadmodum illi
" constituimus, Maximi illius exercituum Dei au-
" spiciis & nutu, nec sanguini, nec vitæ, nec faculta-
II. " tibus vllo modo ad hanc rem parcere. *Secunda causa,*
Regis obsequium. " quam prima nimirum secum trahit, est: *Nostri Re-*
" *gis obsequium*: quandoquidem Religionis ruina, sit
" Regis & Regni ruina, quorum conseruando omnes
" eo obligamur vinculo. Et quoniam filius meus &
" ego hunc locum honoremque à Deo consecuti su-
" mus, vt Regem sanguine proxime attingamus, hęc
" res nimirum, Regina serenissima nos compulit vt
" festinaremus & nos iis opponeremus, qui Regis
" nostri nomine & facilitate abutentes, eum ipsum
" efficiunt detrimentorũ suorum auctorẽ & (quam-
" uis per se sit veracissimus fideiq; tenacissimus) suæ
" fidei suarumq; promissionum violatorem: per eas
" artes ac vias, quas ad pacificationis edictũ, vt, dum
" integre obseruaretur, pacem inter Regem fideles-
" que suos subditos continebat fouebatque: ita vio-
" latam eorumdem subditorum fidelitatem ad lu-
" ctuosum bellum inuitat, & ita coactum vt nemo sit

nostrum,

nostrum, qui non ad illud ipsum violenter pertra- « 1568.
hatur. *Tertia causa*, serenissima Regina, *filio mihique* « III.
peculiaris est: nimirum: Quod animaduertimus an- «*Causa*
tiquos capitalesque Dei nostræque familię hostes, «*Nauar-*
impudenti exitiosaque malitia (coniuncto scilicet «*ra Regi-*
odio quod in communem causam gerunt, cum eo «*na priua-*
cuius iampridem tot effecta aduersum nos demon- «*ta.*
strarunt) constituisse genus nostrum omnino abo- «
lere: quum & Princeps Condæus frater meus, vt «
consilia aduersus ipsum familiamque inita euitaret, «
coactus fuerit cum vxore & liberis locum perfugij «
securitatisque perquirere (tam luctuoso adeo statu «
puerorum tenellulorum & grauidæ matris, vt non «
possit ista historia sine misericordia commemora- «
ri) præterquam quod etiam certo cognoueram de- «
legatos certos fuisse homines, qui mihi per insidias «
filium meum abriperent: His nimirum argumen- «
tis rationibusque concitati, non potuimus non in «
vnum conuenire, vt vna coniuncti viueremus & «
moreremur: quemadmodum sanguinis vinculum «
quo mutuo coniuncti sumus, huic rei nos obligat «
atque adeo, vt id faciamus imperat. Hæ sunt, Regi- «*Littera-*
na, tres causæ, quæ me ad ista arma compulerunt: «*rum Na-*
haudquaquam (prout Catholico Pontificij cri- «*uarræa-*
minantur) cœlo per illa bellum gerimus, nec Regi «*rum Epi-*
nostro: Maiestatis nec diuinæ nec humanæ, Dei «*logus.*
beneficio, rei: sed vice versa Deo & Regi nostro fi- «
deles sumus. Quod oro etiam atque etiam tibi per- «
suadeas, & nos tuo auxilio & fauore iuues, matrem- «
que & liberos, tuæ dignitatis tuique obsequij per «
studiosos, habeas quam commendatissimos. «

Interea Condæus ad Albeterram se cum Acieri

copiis,

1568. copiis, sub initium Nouembris, coniungit, confestimq; de persequendo Montpenserio initur consilium, ad eam igitur rem copiis equestribus, primæ aciei, assumptis & Occitanorum tormentariorum maxima parte, Amiralius ad Bertricium vicum cõtendit, vbi hostem substitisse, tum temporis nuntiabatur: at re explorata vice versa compertum est ipsum maxima celeritate discessisse. Itaq; re infecta ad Condæum redit Amiralius. Quo cum peruenisset, omnes cum Montpenserio pugnæ occasiones quærendas esse, constituitur; vt ita, magnis itineribus ad Andium tendens, inopinato adoriretur, & quantum posset, persequeretur. Erat autẽ Andius, dum hæc agerentur, reliquo eum exercitu Castelleraldi in agro Pictauino, vbi etiam maiorum tormentorum ingentem numerum penes se habebat. Amiralius itaque cum prima acie Montpenserium non ita longe ab Andio persequitur: ita quidem vt tanta celeritate commotus Andius, castra propius ad vrbem promouerit, suosque castris studiosius continuerit: Amiralio nequicquam illum ad pugnam, explicata licet acie & signis itidem explicatis prouocante, ita vt eo ipso die nihil plane actum sit. Postero die propius aciem instruit admonito prius Condæo, qui promisso peditatu cum secundæ aciei copijs Equestrib. ad illũ accedebat, quum reuertenti occurrit, quod ad pugnam non potuisset elicere Andium munitissimis vallis intra castra sua suos continentem & propter summam nebularum caliginem, vt ne proximi quidem agnoscerentur: nihil itaq; præter tormentorum tonitrua eo die exaudiebantur.

Con-

Condæus cum hæc sibi minime, pro animi sui sententia & ex voto procederent, Cauuignium, arcem probe munitam ad Viennam fluuium sitam, deditione capit, & ne hosti imposterum esset vsui, solo æquat. Vt autem detrectabundum Andium ad pugnam eliceret Condæus, re cum suis deliberata, regreditur ceditque, transmisso iterum fluuio. Interea capto, per deditionem Pontio, oppido æque munitissimo Bocardus, cum reliquo exercitu & maxima maiorum tormentorum parte ad Condæum reuertebatur: Quod cum Andius intellexisset, eumdem Bocardum adoriri statuit, potissimum autem cum Condæum ab illo longius abesse præsciuerat: Vienna igitur fluuio transmisso ad Pampruium oppidum contendit, vbi Montpenserius cum prima acie illum opetiebatur. Cum vero Condæus secum Bocardo coniungere statuisset, vt ita hac occasione Andium ad prælium prouocaret, decimo septimo die Nouembris ad locum istum venit, nec dimidia leuca, à castris Montpenserianis, longius: vbi illico leuis vtrimque pugna coorta est, quam tamen nox obscura mox diremit. Andius ad leucam illinc aberat: iccirco Montpenserius quasi castra metatus, ignibus accensis, vt hostem falleret, Iazenailum ad Andium, & quidem intempesta nocte, contendebat. Amiralius vero Briquemaldum, è prima acie, eum aliquot Equitum cohortibus speculatum mittit: qui derelicta ab Andianis castra & nonnullam cum delectis Equis supellectilem comperit, promouentemque hostem conspicatur, longiusque progressus, ponte

1568.
Cauuign munitissimum castellum, deditione, à Condæo occupatur & solo æquatur.

1568. illac perlabentis riui occupato Locum cum [illegible] ti Equitibus mittit, qui rem omnem penitius explorarct. Sed cum longius progrederetur hosti eidem iuit obuiam: Quo facto, Briquemaldus, antea monitus, ocyus cum omnibus cohortibus accurrit, tantusque Montpensierianos incessit pauor, vt profusa supellectile effusa fuga Mongonturium versus palarentur, priori adeundi Andij instituto, ob imminens & præsentissimum periculum, intermisso. Et videbatur pulcherrima, rei præclare gerendæ, occasio præberi: nisi Amiralius confestim sese reuocasset, veritus, ne Condæus alia ex parte ab Andio laboraret, quod crebriores tormetorum bombos illa ex parte exaudiuisset. Depugnabat nimirum Condæus cum Andio quem in ipsis castris adortus varie vrgebat, peditibus ad castrorum etiam vallum conscendere ausis: quæ res tamen non sine sanguinis ꝓfusione acta est, desideratis ex Andij Ducis exercitu sexcentis; & quindecim ex iisdem Ducibus militaribus: ac nisi nox superuenisset, periculum fuit maximum, ne Amiralij cæterarumque copiarum interuentu, res, melioribus viribus fuisset instaurata. Postridie Condæus ad eundem locum copias quidem omnes educit, sed conatu irrito: Andius siquidem Pictauium ducebat: Quo cognito Codæus Mirebellum oppidum (Pictauio ad quatuor milliaria proximum) quamprimum deditione capit & per integrum octiduum ibidem commoratur. Tum Ammiralius quod non nullæ copiæ ad Pontauzancium vrbem substitisse nuntiarentur, assumptis primæ aciei equitibus & tormetariis omnibus, sub noctem profectus, legionem

Condæus Andium ipsis in castris adoritur & circiter sexcentos interficit.

Mirebellum deditione capit.

1568.

nem cui Brissacus præerat, adoritur & ad trecentos obtruncat: aderat & equitatus hostilis pars maxima, quam tamen adoriri minime audebat: tum quod Condæus, vbi nam esset, ignoraretur: tum quod vastissimi imbres vrgerẽt: sed redeunti obuiã fit Condæus, qui ex alia parte hostem persequi instituerat. Ita aliquod tempus pugnis velitariis consumptum fuit. Consilium nimirum primorum Andij Ductorum erat, vti dilata pugna exercitus Condæi ardor atque impetus eluderetur: vt paulatim decerptis diminutisq; longiori mora viribus (quæ instaurari à Condæo haud facile poterant) ita facilius tamdem opprimeretur: Perferebantur insuper quotidianã Reginę ad Andium mandata, vt nimirum pugnarum aleam euitaret, hostemq; econtra quantum posset, defatigaret ac decerperet.

Dum hæc in Aquitania gererentur, Aumalius cum altero exercitu adhuc in Lotharingia commorabatur, vt & Germanos, qui ad Pontificiorum auxilia expectabantur, exciperet, & eos, qui Reformatorum causa apparabantur, transitu prohiberet. Sed dum Condæus adhuc Mirebelli, (quod deditione illum cepisse iam modo diximus) commoraretur, à Regina matre ad illum venit nuncius, qui illum, eius nomine, ad petendam pacem hortaretur: illiusq; officium esse Regem hac in causa anteuertere. Sed Condæus coram frequenti cœtu respondet, se coactum esse arma sumere depellendæ à se iniuriæ causa; & nõ vt quicquam aduersus Regis Maiestatem moliretur: Se omnesq; suos vnum petere Cardinalem Lotharenum sociosque, à quorum tyrannide suas conscientias, suas vitas fortu-

Regina C… … pacem … …

1568. nasque omnes vindicarent: illos vnos sese pe
tamquam Regis Regniq; capitales ac publicos
stes: omnes nosse quantopere pax à se semper
rit exoptata, vt & nuperrime nimia admodum
cilitate sua demonstrauerit. At quoniam Rex
aduersariis circumstiparetur, sibi esse in anin
Deo ita fauente, Regi coram petitiones suas ex
nere: & sic nuncius ille dimissus est: quem i
missum esse constans fama ferebat, vt & Cond
exercitum liberius explorandi facultatem ha
ret, ipsumq; adeo Condæum inani spe pacis la
tum incepto suo retardaret.

Princeps Origianus ex Belgio in Galliam cum exercitu proficiscitur: sed re infecta tamdem in Germaniã reuertitur.

Orengianus interea (de quo supra diximu
conflatis ingentibus copiis è Germanis, Belg
Gallis, &c. Belgicæ ditionis agrum, postquam Mo
sam traiecisset, ingressus, cum per aliquot mens
variis in locis commoratus fuisset, nihilque præter
leues pugnas cum Albani copiis vario successu, ve
oppidulorum sacrificulorumq; Pontificiorum di-
reptiones agitasset: nec vero præclare quicquam
agendi (occupatis omnibus ab Albano oppidi
occasiones præberentur, ad finem Mensis N
uembris, per Eburonum agrum ad Picardiam co
tendit, adque SanReniacum & Ribemontem cu
vniuerso exercitu venit, Condæum (vt constanti
sima fama ferebat) adeundi consilio. Vbi nam pr
clara rei bene gerendæ occasio se obtulit, quæ si v
terius progressa fuisset, maximum ad luculentio
rem pacem momentum habitura fuissent. Omne
siquidem iam vicinæ vrbes consternatæ, & Lu
tia quidem ipsa trepidabat: nec aderant milit
rium auxiliorum rationes, Andio ad Pictauina

Regio

Regionem, Aumalio ad Lotharingiam satis occupatis. Huic autem rei ita à Cardinali prouisum est, vt, quoniam aperta vis adhiberi non posit, doli fraudesque adhiberentur: Germanorumque animi, (ex quibus maximum exercitus robur equestribus pedestribusque copiis constabat) sollicitarentur: facilemq; ad eam rem aditum patefaciebat, quod subiratos animos, propter non numerata stipendia, nonnulli è Germanis iam demonstrarant, detrectata (& suo quidem detrimento) pugna cum Hispanis. Operam ad hanc rem præbuit Schombergius, qui ad castra Orengiani aditum nactus fuerat, per primarium tribunum siue Marescallum, qui eum sanguine attinebat. Orengianus itaque, dum vlterius in Galliam cum exercitu progredi conatur, Germanorum copiæ non consentiunt, infensioribus iam nimis elapsi temporis stipendia petendo: tribuni quoque illud fieri recusabant, nec se ad bellum, in Gallia, gerendum, militiam Orengiano pollicitos, nec id se facere posse, quod Regis essent beneficiarij. Dissipatis itaque hunc in modum Ducum militumque animis, dissipatur quoque exercitus: Germanis dictitantibus se post tot inutiles labores exantlatos in patriam reuersuros: Gallorum etiam complurimis, inter distractiones istas, quotidie huc illuc diffluentibus. Et quoniam per illam partem præclusus erat in Galliam aditus, Orengianus cum nonnullis Gallorum Ducibus, cumque exercitus reliquiis in Germaniam redire instituit, vt inibi cum Duce Bipontino,

1568. *Vulpina pellis assumenda leonina si non sufficit.*

1568. qui auxilia ad iuuandos Reformatæ Religionis h
mines, apparabat, sese coniungeret. Et hic fuit e
tus militiæ Orengianæ, quæ ob auarorum maxin
Ducum militumque indignationem, non sine i
genti Condæi sociorumque infortunio, intermi
fuit. Albanus, interim, eo successu, inflammatio
Reformatorum hominũ reliquias, per vniuersu
Belgium, crudelissime persequitur immaniusq; d
uastat: iniectis insuper nouis in populum vectig
lium oneribus, nouas quoq; ac inauditas lanien
excogitat, eductis iampridem diuersis in carceri
detentis: vbi horrenda vbiq; spectacula obuersi
bantur: imprimis autem Tornaci & Valencen
vbi quinquaginta ciues, misera cæterorũ omnium
trepidatione, per publicos carnifices immanem
prorsus in modum instarque pecudum mactat, &
spectacula ista ad trium dierum interualla, cæteris
visenda exhibet.

Protestantes in Belgio crudelissime ab Albano persequuntur.

Circa idem tempus, Aumalius, quem cum exe-
citu in Lotharingiam profectum diximus, ad Ge-
manos sollicitandos & à Protestantium causa auo-
cãdos, nihil faciebat reliqui, obiecta maximæ me-
cedis spe, q̃ sæpe, præsertim in tali negotio bellico
ad res suscipiendas suadela solet esse maxima. V
autẽ lucri istius turpitudo, specioso quodam ve
obtegeretur, ad voluntarias istas sordes præcla
commenta adhibebantur, nimirum; *Bellum*
geri causa Religionis, quam sartam tectamque Rex, edi
perlato, cauisset: sed contra rebelles illud esse susceptum, q
priuata arma ad exturbandum Regem sumpsissent, mag
parte populi, Religionis prætextu, ad sceleratam seditione
pertracta: Econtra Regina Nauarræa & Cond

Germani ab Aumalio ad defectionẽ sollicitantur.

Principibus Germanis demonstrabant, Euangelium maxime peti, & consuetis armis se eorum criminum, quibus nullo modo tenerentur, falso insimulari, & perfide violatum edictum & manifesta etiam belli aduersus Veritatem denunciatio, per vltima edicta, quæ M. Septembri promulgata fuisse dicebamus, fidem faciebant apud bonos viros meras esse Pontificiorum calumnias. Quocirca Wolffgangus Dux Bipontinus, cognitis perspectisq; Reformatorum causis Nauarræo & Condæo auxilia pollicetur, de quibus suo loco dicemus: Aumalius interea Germanorum Regia pecunia & sumptibus merentium aduentum expectans, nonnullas Reformatæ Religionis hominum turmas in agro Argentoratensi commorari audiit: turmæ autem istæ ex octo peditum signis & equitum aliquot cohortibus constabant Cochæo Delphinatæ ductore, qui eas è Lugdunensium, Delphinatium Burgundorumque reliquiis conflarat, & eo consilio iter illud susceperat, quod ex omnib. aliis via ad Condæum præclusa erat. Aumalius igitur expeditis suis copiis, tumultuarie istud Cochęi ductatum agmen adoritur. Cochæus vero, suis pro loci temporisq; difficultate instructis, viriliter admodum se cum suis defendit: Post longam tamen dimicationem, Aumeliani, suo quidem graui incommodo, superiores euadunt, captoq; Cochæo & aliquot tribunis, ad centum viginti cadunt: turmæ autem quę ante Cochæi agmen prægressę fuerant, nec conspecto hoste saluæ & incolumes euasere: hinc Cochæus Metas vsque captiuus deducitur, & post aliquot dies rursum ex vrbe eductꝰ (quasi cum

1568.

Cochæus perfide cõfoditur.

1568. aliis qui à Condæo captiui quoque detinebantu permutandus esset) extra vrbem confoditur. Eo dem hocce tempore Nucetum, quod præsidio hunc vsque diem, nomine Condæi, tenebatur, Barbeziæo oppúgnatur & diripitur, præsidiari viriliter & strenue admodum sese defendentibu arx quoque oppidi ad istas conditiones dedit Vti nimirum miles incolumis euaderet, & supe lex quæ in Condæi arce esset, in commentariu redigeretur & pro ea sponderet Barbeziæus: Se conditiones istæ neutiquam præsidiariis seruat fuerunt. Patefacta siquidem quamprimum por in præsidiarios truculenter sæuitum fuit, pauci iis spoliati incolumes euasere: supellex quoq Condæana direpta & eiusdem reliquiæ Trecas ad ductæ fuerunt.

Barbeziæo Nucetū contra datam fidem diripit.

Verum res Pictauinas hoc loco repetamus. Post velitarias illas aduersus Andium pugnas, Condæ um Mirebellum oppidum cepisse, ibidemque ali quantisper (vt & Andium Pictauij) substitisse di mus. Post aliquot ergo dies Condæus copias edu cit, & Champiniacum castrum, ditionis Mon penserij ex pugna paulo post quoque Sauuigni cum quod solo æquauit. Interea Andius à Ioyo Occitanæ propræfecto factus auctior, Mirebellu & Pedestribus & Equestribus copiis oppugna instituit, constratisque ruinis, milite ad defensio nem imparato, arcemque adeo intemperantiu petente, oppidum facile & absque vllo negotio o cupat. Inde relicto ad arcis oppugnationem Lud Pictauinæ Regionis Præfecto, reliquas copias Lo duuu

Mirebellū ab Andiū recipitur.

num oppidum, quod ab Aciero tenebatur, edu- 1568
it. Interpellatus de deditione respondet, Vr-
em sibi demandatam esse à Nauarræo, Regio
Aquitania Legato: cui vni nec vmquam alij, il-
m sit restituturus: Si quis vero vim adhibeat, co-
aturum sese vim eadem vi repellere. Itaq; Con-
æum de rebus singulis monet. Capitur inter-
a arx Mirebellana per speciem colloquij: Præsi-
iariis autem eorumdemue præfecto (cui Con-
æus arcem crediderat) minime fides seruata,
ed in omnes ferme crudeliter sæuitum fuit. Au-
ita vero ista Acieri, ad Lodunum obsessi, respon-
one, Andius exercitum propius ad vrbem du-
it. Condæus econtra de Aciero sollicitus, illuc
uoque se confert, ciuilesque ita duo exercitus, in-
tructa acie explicatisque signis, ad mutuum pro-
e conspectum consistunt, grandiaque tormen-
orum tonitrua vtrimque tamdem acta, totum-
que diem ita ibi metati, leuibus tamtum factis pu-
gnis, sub noctem castra vtrique repetunt. Inse-
quentib. diebus duobus, decimoseptimo & octauo
Septembri & die subsequenti Andius castra mo-
uet Chinonem oppidum versus: cui secundis ca-
stris Condæus occurrit, instructaque vtrimq; acie,
nihil nisi tormentorum sonitus ab vtraque parte
sunt editi. Sub vesperam cedit Andius, Chino-
nemque adiit: carpentibus vero illius turmas non-
nullis Condæi cohortibus, Heluetiorum ducenti
occisi sunt: altera quoque ex parte tria signa pedi-
tum cæsa sunt, incautius siquidem isti præsenti in
periculo cauponabantur.

1568. *Exercitus Condai & Andij in hyberna deducuntur.*

Iniquissima autem hyeme, ista tempestate [...] ente nimirum alicui videri debebat, vt hostil[...] exercitus sub dio castra metari potuerint: [...] odiorum ardor in ambobus castris tam pote[...] vires suas exserebat, vt in vtroque exercitu, frig[...] iniuria, quamplurimi extincti fuerint. Vterqu[...] que exercitus in hyberna deductus est. Et A[...] quidem, Pictauium, Salmurium, Chinonem lo[...] que vicinos: Condæi vero Tuarsium, Mont[...] bellæum Loduno oppido Iuoyum præficit: &[...] tia denique obsidione iterata munitissimum sancti Michaelis castellum sub huius anni finem expugnat.

1569.

CONTINVATIONIS IOANNIS SLEIDANI DE STATV RELIGIONIS AC REIPVBLICÆ,

LIBER NONVS.

SVMMA HVIVS LIBRI.



Lbertus Fridericus Dux Borussiæ feudum & insignia sui Ducatus adhuc iuuenis à rege Polono accipit: Vicecancellarii regii ad Ducem oratio: eiusdem sermo ad oratores Brandeburgici: Iuramentum fidelitatis à Duce Borussiæ regi Poloni præstitum: Rex Poloniæ nouo inuestito Duci Borussiæ religionem Augustanam confirmat: Dantiscana respublica cur à rege Poloniæ grauiter onerata fuerit: naues Danicæ à piratis Polonicis intercipiuntur: Dantiscani cum Danis transigentes naues recuperant: Turbarum Gallicarum initium: consilium de intercipienda Dieppa detegitur & factionis conscii plectuntur: Condæus cum omnibus copiis Niorto discedit: Ruffecum castrum & nonnulla aliæ vrbes ab Andio occupantur: Engolesmium frustra ab Andio tentatum: Nauarræum post Condæum mortuum summus fit Dux

1569. *exercitus: Modoca Insula à Pilao occupatur: Ducis Biponti ni ad regem Franciæ littera: Andius Germanos frustra transitu prohibere conatur: Strozza multis suorum cæ à Protestantibus capitur: Sansacus ad obsidionem Cari ingenti afficitur incommodo & re infecta discedit: Regi Nauarrea ad regem Galliæ libellus supplex: cur Protesta tes Galliæ se regi ad tempus subtraxerint: Principum ac no bilium Protestantium ad regem suum protestatio: Rex Ga liæ Protestantium libellum supplicem recipere recusat: I quem finem rex Bearnum occupari iusserit: Mongomeri victo Tarridio Artesium expugnat; Pictauium à Prote stantibus obsidetur: VVarburgum arx à Danis recipitur Controuersia inter urbem Brunsvvicensem dirimitur: Cosmus magnus Dux Etruriæ à Pontifice creatur: Opifice terrore Ducis Albani ex Belgio in Britanniam se recipiunt.*

Albertus Fridericus Dux Borussiæ feudum & insignia sui Ducatus adhuc adolescens à Rege Poloniæ solemniter accepit.

INeunte hocce, supra millesimum quingentesimum sexagesimo nono Anno, Albertus Fridericus Borussiæ Dux, adhuc adolescens, feudum & insignia Ducatus Borussiæ, à Sigismundo Poloniæ Rege in Comitiis Lublinensibus, solemnibus ac consuetis ceremoniis accepit: Petentibus simul coniunctam Ducatus Prutenici collationem, siue principatus istius inuestituram, per Legatos, Georgio Friderico Marchione Brandeburgico, Alberti Friderici Borussiæ Ducis patruele, & Ioachimo secundo Electore Brandeburgensi sobrino. Quam Rex Poloniæ, procumbentibus in genu Duci Borussiæ & Marchionum agnatorum legatis

per Vicecancellarium sequenti forma orationis concessit: 1569.

Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, pro beneuolentia ac propensione animi summa, qua in inlustrem Principem Dominum Albertum Fridericum Marchionem Brandeburgensem & in Borussia Ducem, & cæteros Marchionis conuasallos, affecta est, libenter audiuit, quæ nunc celsitudinis vestræ & aliorum Marchionum nomine, ab oratoribus demisse postulata sunt. Ac primum, quod ad celsitudinem vestram attinet, meminit Maiestas Regia, pactis ita constitutum esse, vt decedente vno Duce Borussiæ, Sacra Regia Maiestas alteri successori, vasallo proximo, inuestituram feudalem petenti, morem gerere & gratificari debeat. Memor igitur Sacra Regia Maiestas cum pactorum & fœderum, tum arctissimæ necessitudinis & propinquitatis sibi cum celsitudine vestra intercedentis, precibus celsitudinis vestræ haud grauate annuit. Cum vero & Onoltzbachenses Marchiones, imprimis vero illustris Princeps, Dominus Georgius Fridericus, ius simultaneum in feudo Ducatus Borussiæ ex pactis & fœderibus habeat, ac celsitudinis vestræ parens, in prima etiam inuestitura ad ius simultaneum vexilli contactu admissus sit: Iccirco Maiestas Regia & oratores celsitudinis eius, ad hunc actum & vexilli apprehensionem libenter admittit, ita tamen, vt Principem suum pactis & fœderibus satisfactum litteris Reuersalibus confectis spondeant. Illustrissimum Dominum Electorē Brandeburgicum, quod illustrissima celsitudo sua, superioribus annis, noua beneficio, ius feudi simultaneum, in Ducatu Borussiæ, suo ordine, ex singulari gratia & benignitate sit concessum, Sacra Regia

Maie-

Vicecancellarii Regii ad Ducē Borussiæ oratiūcula.

Ius feudi ad oratores Electoris Brandeburgici sermo.

1569. *Maiestas quidem etiam per oratores illustrissimæ celsitu-nis suæ præsentes, admittendum esse dixit: sed hac tan conditione, ne quid per homagium à subditis Ducatus Prussiæ præpostere acceptum, cuius cassationem, à commis-riis Sacræ Regiæ Maiestatis superiori tempore factam, Maiestas sua confirmat & ratificat, & suæ Sacræ Regiæ Maiestatis & Regni ordines etiam protestantur. Quod igi-faustum ac felix sit, Sacra Regia Maiestas celsitudinem vestram per vexilli traditionem, solemni ritu de feudo Ducatus Borussiæ inuestit, ac cæterorum Marchionum consan-guineorum oratores ad contactum extremitatem vexilli, clementer admittit, & optat, vt hæc inuestitura cedat ad gloriam nominis diuini, & in decus ac ornamentum Sacræ Regiæ Maiestatis vniuersique Regni, & ad salutem celsitudinis vestræ omniumque populorum eius, quorum curam Sacra Regia Maiestas vestra celsitudini committit, nec dubitat celsitudinem vestram ita se gessuram, populisque suis profuturam, quemadmodum bonum & Christianum decebit principem.*

Hisce perlectis Ioannes Firleius, supremus equitũ Regni Magister, Vexillum pro more prisco ac recepto Duci Borussiæ tradidit, cuius anteriorem angulum Marchionis Anspachensis: posteriorem verò Electoris Brandeburgensis oratores tetigerunt. Dux hoc more inuestitus ascendens in superius solium ac proximè Regem procumbens, iuramentum fidelitatis solemne hisce verbis Regi præstitit.

Iuramentum fidelitatis à Duce Borussiæ Regi Poloniæ præstitum.

Ego Albertus Fridericus Dux Borussiæ, iuro super hæc Sancta Euangelia, quod ab hac hora vsque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis, TIBI SIGISMVNDO AVGVSTO, sicuti meo naturali & hæreditario Domino

su-

ccessoribus legitimis tuis Regibus & Regno Poloniæ, con-
a omnem hominem, nemine prorsus excepto, & quod ero
umquam scienter in consilio, vel auxilio, vel in facto,
uod tu amittas vitam, vel membrum aliquod, vel quod
cipias in persona læsionem aut iniuriam vel contume-
am, vel quod amittas aliquem honorem, quem nunc habes
el post habebis. Et si sciuero vel audiuero de aliquo qui ve-
t aliquid istorum contra te facere, pro posse meo, vt non
at, impedimentum præstabo. Et si contigerit, te rem ali-
uam, quam habes, vel habebis, iniuste & fortuito casu a-
nittere, eam recuperare curabo & recuperatam omni tem-
ore retinebo. Et si sciuero, te velle iuste aliquem offendere,
& inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum
ibi, secundum pacta, præstabo auxilium: Et si quid mihi de
secreto manifestaueris, illud sine tua licentia nemini pan-
lam, neque quicquam, per quod pandatur, faciam: Et si con-
silium à me super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo
consilium quod mihi videtur magis expedire, & numquã
ex persona mea aliquid scienter, quod pertineat ad tuam
vel tuorum iniuriam vel contumeliam, faciam. Denique
pacta inter olim Diuum Sigismundum Regem, & Illustris-
simum parentem meum, cum inclyto hoc Regno Poloniæ,
conuenta, seruabo & implebo: SIC ME DEVS AD-
IVVET.

1569.

Præstito isto fidelitatis iuramento, Rex sua manu torquem aureum, quadringentos Vngaricos valentem, collo inuestiti principis appendit, eumque ad sinistram considere iussit, donec equitibus aliquot leuiter percussis, rursum in genua Dux cũ cæteris oratoribus procubuit, & gratiis solemniter actis, & Rege & Senatoribus assidentibus reuerenter salutatis, prælato vexillo in hospitium sibi antea

de-

1569.

Rex Poloniæ nouo inuestito Duci Borussiæ Religionē Augustanæ confessionis confirmat.

designatum reuersus est. De Religione autem Augustanæ confessionis & de Appellatione ex Ducatu Borussiæ ad Regiæ Maiestatis tribunal, (de qua multos annos inter Regem & Ducem disceptatum fuerat, & qua petulantiam ac contumaciam subditorum aduersus se non confirmādam esse Dux Borussiæ iudicabat,) peculiaribus litteris Duci Regia Maiestas cauit, quibus & Ducem ipsum, & omnes illius subditos, se in doctrina Religionis Augustanæ confessionis, clementer conseruaturū esse, pro se & successoribus suis in Regno Poloniæ pollicetur. Deinde de appellatione ad tribunal Regiū sancit: Ne viuente hoc Principe, quisquam Nobilium Regem appellet, nisi iniusta & notoria violentia ab ipso principe enormiter læsus & nisi Iustitiæ administratio ipsi denegata fuerit: vel in priuatis libris pro reuisione actorum supplicans aut ad iudicium parium curiæ prouocans; etiam plebeius non exaudiatur. Quibus confectis nouus Dux Borussiæ lætus in patriam reuertitur.

Dantiscana Respublica cur à Polonia, Rege grauius tentata ac onerata fuerit.

Dantisci autem vicinæ ciuitatis libertas & Senatus cæterorumque Magistratuum iurisdictio & auctoritas; per commissarios Regis Poloniæ, grauiter tentata & pressa fuit. Cum enim ex priuatis ciuibus, quidam aduersus Senatum querelas in aulam Regiam detulissent: & à paucis ex Magistratu, publicos ciuitatis reditus & opes in priuatos vsus conuerti, & pro libidine omnia in Republica geri, & ciues priuatis Senatorum odiis obnoxios, in iudiciis iniuste vexari & opprimi, fraudulenter tamen & contra manifestam veritatem, sparsissent: Rex Sigismundus commissarios

os in vrbem ablegauit, qui statum ciuitatis & iu- 1569
stitiæ ac bonorum publicorum administrationem
cognoscerent ac emendarent. Quorum aduentu
cognito, cum ciues quidam inquieti ac turbulen-
tiam ante Senatui infesti, insolentius sese gererent,
voces minaces ac seditiosas aduersus certos
quosdam Senatores, spargerent: Senatus de vulgi
motu & commissariorum mandatis amplissimis, li-
bertati Reipublicæ & Magistratibus præcipue, fre-
quum iniecturis, edoctus: obuiam illis mittit & capi-
ta quædam certa ab iisdem stipulatur, priusquam
vrbem ingrederentur. Commissarii vero indignã-
tes, sesceque ex vrbe excludi iudicantes recesserũt,
& apud Regem Poloniæ de summa iniuria & cri-
mine læsæ Maiestatis, (quod Legati Regii in vr-
bem Regi subditam intromissi non fuissent,) gra-
uissimè conquesti sunt. Rex itaque ingenti ira &
indignatione accensus & inflammatus omnia ex-
trema ciuitati minitatur, nec ab initio vllis excusa-
tionibus placari potuit. Admissi verò in vrbem
commissarii, omnium, qui se læsos iniustis Senatus
& iudicum sententiis videri volebant, querelas
audiuerunt: à consulibus & Senatu rationes ad-
ministratæ pecuniæ efflagitarunt: Collegiis qui-
busdam opificum, ac nominatim laniis & ecclesiis
& cereuisiæ coctoribus, inusitata priuilegia & iura,
Regis nomine tribuunt: Contractus cum Senatu,
antea ab illis initos, rescindunt. Portorium, quod
ab initio vrbis, solius Senatus ad portus maritimi
& aggerum Vistulæ fluuii aliaque ædificia conuer-
terat, duplicandum, & de singulis marcis bonorũ,
quæ inueherentur & eueherentur quatuor num-
mos

Grauissima onera siue grauamina Reipublicæ Dantiscanæ à Sigismundi Regis Poloniæ cõmissariis imposita.

1569. mos soluendos esse statuunt, quorum dimidia pa
Senatui, dimidia deinceps Regi pendenda essi
atque hac ratione sola, Regem placari eosque
pristinam gratiam restitui posse affirmant. Consi
tutiones etiam, de statu Reipublicæ, de iurisdicti
ne, de Dominio & vsu maris, aliisque rebus sani
unt, quas suis libertatibus & priuilegiis, multipli
ter aduersari Senatus querebatur, & tamen plac
tionis litteras, in quibus præter mille auri pond
Portorij medietatem Regi addicebat, hac spe co
missariis tradidit, quod Sigismundo tantum Re
dum viueret, non coronæ aut successoribus, vect
gal istud pendendum iudicaret: & vicissim com
missarii Piratarum aliorumue grauaminum, qu
contra priuilegia irrepserant, abolitionem repro
mitterent. Quas quidem conditiones disertè li
teris placationis inseri Senatus cupiebat. Sed cō
missariis, qui ægerrimè Regem laturū esse aiebant,
si non puram & simplicem, sed conditionibus a
strictam placationem efficerent, persuasi: per mo
dum supplicationis illa quæsiuerunt. Postea com
missarii in Senatu Regni de actionibus suis refere
tes, litteras illas placationis & Portorii medietati
Regi perpetuo ex vrbe Dantisco pendendam, pu
blico decreto absentibus Dantiscanis confirmari
curant. Cumque priuilegium à Rege Casimiro
Borussi haberent, quo causæ eorum notabiles, ad
iudicium Senatus Regni, in Poloniam translatæ
sunt. Cum antea Borussi αὐτονομίαν retinentes: non
Proceres Regni Poloniæ, sed solum Regem, vt su
premum Regni caput, cuius ipsi, non secus ac Po
loni & Lithuani, singularia & libera mēbra essent,

1569.

Dominum agnoscerent: qui deliberationes de cõtrouersiis Borussorum grauioribus, de cõtributionibus in Borussia colligendis & similes nõ in Senatu Regni Polonico, sed adhibitis Borussiæ prælatis, Proceribus & Statibus instituebat. Hæ commissariorum actiones in tertium fermè annum productæ sunt. Interea piratæ Poloni receptum in portu Dantiscano habentes, auspiciis Regis Sigismundi cum Sueco & Moschobellum gerentis: naues Neruam & Reualiam petentes, intercipere iussi, Danicas etiam naues subinde diripiunt ac infestant. Daniæ igitur Rex, vt vim iniustam à suis propulsaret & damna subditis suis illata quodammodo resarciret: Dantiscanæ vrbis naues in Regnis suis viceissim detinet, & nauigationem Dantiscanis liberam per Hellespontum suum adimit. Etsi autem commissarii Polonici se Dantiscanos, piratarum causa, indemnes seruaturos esse, nomine Regis sui promiserant, & missis in Daniam legationibus naues repetitæ fuissent, tamdem in Saxonem & Brandeburgicum Electores compromissum est: attamen paulo post, moriente Rege Poloniæ Sigismundo, cum omnia iusto diutius differentur: Dantiscani vt liberam nauigationem in Belgicum, Galliam, Hispaniam, Angliam, (quæ Regna, nisi per Hellespontum, adiri non poterant,) recuperarent, ipsi suo periculo ac sumptibus cum Dano transigunt & persolutis centum Ioachimicorum millibus, naues & merces interceptas, vna cum commerciorum & nauigationis facultate libera recipiunt.

Naues Danica à piratis Polonicis intercipiuntur.

Cunctus cunctum vrget.

Dantiscani cum Dano transigentes naues vna cum mercibus recuperã.

1569. Principem Condæum & Ducem Andium, vtroque exercitu superiore hyeme in hybern cessisse præcedenti libro diximus. Quamuis rigidissima hyemis asperitas multos, ex vtra parte, sustulerit, nihilominus tamen nec vehe hyemis iniuria nec hybernorum quies à bellici multibus vtrimque cessatum fuit, adeo vt hic annus luctuosissimis turbis traductus sit. Pilla quidem, vir bellica laude ac fama clarissimus, nouos militum delectus habendos in Vascon mittitur. Ibi enim, auxilio Montalbani oppid copiarum, (quibus Vicecomites præerant,) aliq Reformatæ Religionis homines poterant, nó lasque vrbes sua sub potestate tenebant: quamu uis Tholosates & Monlucius illis incommod plurimum desudabant. Quamprimum itaque Pi læus istum in locum venisset, Bergeracum & San fidem oppida deditione capit, copiisque equestri bus & pedestribus conflatis, ad Condæum reuert tur: ad quem cum reuersus esset de occupando Sa muro oppido ad Ligerim sito, consilium ineunt ob id copias hybernis educunt. Qua occasio permotus Andius quoque cum exercitu suo ex hy bernis mouet: quæ res grauissimæ pugnæ occasio nem præbuit. Hinc Condæus Sanflorentum Ab batiam locupletissimorum prouentuum occupa præsidioque, quod pertinacius se defendisset, tru cidato comburit. Ex aduersa parte Brissacus vnus ex Andianis Ductoribus, iuuenis manu factoque promptus & peritus miles, Salmuro oppido egre ditur ac Borsaldi turmæ, incustoditam partem a

Turbarum Gallicarũ initium.

Sanflorentium à Condæo comburitur.

gred-

essum, illam partim cædit, partim in fugam ver- 1569.
: : Comitem quoque Mongomerium nihil tale
etuentem adeoque prorsus securum, ex impro-
so cum suis in vico Mottæo, inuadit: Mongome-
us inopinato isto facto perterritus ad arcem suã
apit refugium: quo in tumultu Corminuillius fra-
er ipsius vna cum nonnullis aliquot captus & in
ce Lusignano custodiæ mãcipatus est. Eodẽ etiã
empore Gratiæportus & Dieppa Normanniæ op-
ida maritima, à Protestantibus quibusdam secre-
s consiliis petuntur, sed facto prorsus irrito atque
deo inutili: siquidem in ipso quasi facti vestigio
landestina ista consilia, hoc modo detecta sunt.
Cateuilla Protestantium Religioni addictus, hac
otissimum de causa, cum Nobilitate istius Regio-
is, de intercipienda Dieppa, (quod ista Re-
ia edicta vbique violari indignaretur & Præfecto-
um duritiei & iniquitatis pertæsa; perfugium
amdem Religionem profitentibus quæreret,)
onspirauerat. Is iccirco re cum centurione quo-
iam, cui multum ille tribuebat fidei, communi-
ata, centurio, siue metu siue horrore atque atro-
citate facti perterritus, quamprimum clandesti-
nam istam Cateuillæ & conspirantis Nobilitatis
molitionem, Ciconiæ, qui oppido tam tempo-
is præerat, aperit: qui postquam totum istius
rei negotium cum Ioanne Moio Millaregio com-
municasset, eius iussa Cateuilla in vincula con-
iicitur: Sed hoc de consilio interrogatus Cateuil-
la, rem cum Lignabouio, primario Caletorum no-
bili atque adeo Millaregii familiarissimo, se pri-
us communicasse fassus est: Quamobrem Ligna-

Consilium de intercipienda Dieppa detegitur, & facti istius conscii puniuntur.

1569. bouius arcessitus, quamuis Cateuillam raptum sciret, amicitiæ Millaregii confidens, comparere minimè recusauit, & interrogatus, cum Cateuillam quidem de ea re secum egisse fateretur, cæterum factum illud sese semper improbasse ac dissuasisse affirmaret, nec idipsum Cateuilla diffideretur, tamen quod præfecto clandestinam istam aduersariorum molitionem non indicasset, ex decreto Senatus Rotomagensis, pari, cum Cateuilla, supplicio affectus est: multis nimiam Millaregii asperitatem ac rigiditatem accusantibus: Pluribus vero vicissim dexteritatem & in iudicando integritatem siue constantiam admitantibus, quod in negotio rem & tranquillitatem publicam spectante amico suo proprio non pepercisset: Et id quidem non immerito. Iustitia siquidem vnicuique suum tribuit eiusdemque bilanx est æquissima, id quod sequens dialogus apprimè testatur:

Iustitia elegantissima definitio.

Quæ Dea? IVSTITIA, at cur toruo lumine spectas?
Nescia sum flecti, nec moueor precio.
Vnde genus? cælo. Qui te genuere parentes?
Mi MODVS est genitor, clara FIDES genitrix.
Aurium aperta tibi cur altera, & altera clausa est?
Vna patet iustis, altera surda malis.
Cur gladium tua dextra gerit, cur læua bilancem?
Ponderat hæc causas, percutit illa reos.
Cur sola incedis? Quia copia rara bonorum est,
Hæc referunt paucos secula FABRICIOS.
Paupere cur cultu? semper iustissimus esse
Qui cupit, immensas nemo parabit opes.

Con-

1569.

Protestãtes exemplo Pontificiorum, ad alendos sumptus bellicos Ecclesiasticorũ facultates distrahunt.

Coniuratione itaque, de intercipienda Dieppa, hunc in modum detecta atque punita: Condæus Tuarsium & Montrebellæum, ob commeatus penuriam, concesserat: Prima vero eius acies Partenæi: Secunda Niorti substitit. Ad illum itaque ocyus Nauarræa accurrit & communi sententia statuunt: Quoniam, nimirum, Pontificii ad belli istius administrationem, non solummodo Ecclesiasticorum hominum, (ex præscripto diplomatis Pontificii,) verum etiam Reformatorum quoque facultates distraherent; idem quoque iis in locis, quæ à Condæo Nauarræoque tenerentur, factitaretur: Ad istius itaque rei effectionem datæ fuerunt litteræ Nauarræi, Condæi Amiralii, Andelotii & Rupefocaldii nominibus, per quas certis hominibus mandabatur, vt fundi Ecclesiasticorum diuenderentur, emptoribusque optima forma caueretur. Quo facto paucorum dierum interuallo ingens summa pecuniæ conflata atque collecta est. Maximo quippe rigore edicta Regia aduersus Reformatos eorumdemue Religionis professionem, effectioni mandabantur. Omnis enim Protestantium supellex quæ primum ex direptionibus à Magistratibus, diuersissimis Regni in Prouinciis, reseruata fuerat, sub hasta vendebatur: grandia tributa ad præsidiorum exercituumque stipendia persoluenda quotidie imponebantur illorum fundis, Nobilium ædibus præsidia passim locorum constituebantur: & fundi denique Reformatorum ipsi, Regiarum litterarum Rescripto distrahebantur.

1569. [Sancerra ad]uersus [Re]gios for[tissi]mè di[mic]at & [ta]ndem ta[me]n ab ob[sid]ione pro[pu]lsis.

Sancerram & nonnullas adhuc alias vrbes an[te] hac Regia præsidia admittere noluisse, suo loco [quo]modo dictum est. Bello autem vtrimque adeo h[o]stiliter inflammato, ipsi oppidani, de propria s[u]a defensione agitant: cùm tamen vix appareret q[ua] ratione illi se aduersus tantas vires Regias posse[nt] defendere, imprimis tanta vrbis tenuitate vndiqu[e] ab hostibus circumsessa, & tam virorum milit[a]rium quam aliarum rerum bellicarum necessaria[ru]m penuria laborante. Dum itaque Regiis præsidiariorum aditum, iterata vice negant: Regi[o] mandato oppidani obsidentur, & Martinengo Italo oppugnationis cura demandatur: Qui absque vlla mora collectis è Biturigibus & Aurelianis aliisque vicinis locis auxiliaribus copiis vrbem vehementissima obsidione cingit: Oppidani vero vicissim ad vrbem suam tutandam viriliter admodum se accingunt, & in tanta militum inopia, Ioanellum quendam rerum forensium dumtaxat peritum & Florium nautam hominem humili loco & fortuna natum eligunt, illisque summis, minimè expertis tamen, belli ducibus rem strenuè & summa cum fortitudine gerunt: ad ruinas enim mœnium tormentorum impetu facilimè constratas, Pontificiorum impetum sæpe propellunt: Mensium aliquot mora in obsidentes hostes vari[è] erumpunt, tormentisque effractis multos interficiunt. Tamdem Martinengus cum de oppugnatione vrbis omnino desperaret & illius victoriam frustra sibi imaginatus esset, vasis summo silentio conclamatis noctis beneficio turpiter aufugit:

Quo

1569.

Quo cognito Sancerrenses morantium turmas carpunt & Santibaldum portum occupant.

Aumalii in Gallia conatus irriti.

Soluta vrbis obsidione, Tendius ad Andium, Arediut ad Aumalium cum Nemorosio proficiscitur. Quibus copiis Aumalius auctior, Gallicas istas copias, quæ Bipontini copias expectabant adoriri statuit: adque Tabernas Argentinensis Episcopi ditionem, qui illi fauebat, venit fluuiique aditus occupat, vt ita hoc modo hostem posset prohibere transitu. Sed ad illa loca nequicquam desidens & à Gallis hostibus variè pulsus, fugitans frustra desudauit: vt nihil aliud quam minas ex Lotharingica ista Aumalii expeditione sit reportatum. Turmæ autem illæ Gallicæ, quas præstolabatur Aumalius, partim erant collectæ ex reliquiis Orengiani exercitus, partim verò ex iis qui ex citeriori Gallia in eas partes confugerant. In hoc idem tempus & Bergazaberi, Bipontinæ ditionis loco, moritur Genlius copiarum illarum Ductor primarius, cui tamdem Moyus, vir nobilis manuque consilioque promptus, in functione ista militari successit. Dumque hæc ab Aumalio in Lotharingiæ finibus gererentur, veniunt ad Andium Germanorum equitum duo millia Ductoribus Ringgrauiis & Bassompertio. Ille reliquo exercitu numeratis stipendiis cum vniuersis copiis ad Engolmannum agrum contendit: consilio Engolmii, oppidi opportunissimi, oppugnandi. At quod ad illas administrationes

Genlius Bergazaberi moritur, cui Moyus in officio suo successit.

1569. necessarius sibi esset in fluuium Carentam aditus pontem occupare secum destinauit, ideoque Riuiero tribuno mandat, vt vrbem & arcem Iarnacū, ad Carentam fluuium sitam, occuparet: id quod magnæ & luctuosæ pugnæ causam pepererat, quā quidem neuter hostilium exercituum Ductor expectabat. Condæi certè consilium erat, sese cum Pyllæo coniungere, donec Germanicæ copiæ propius aduentassent: nam ex peditatu Delphinatûm maximè & Occitanorum complures amiserat vario & cœli & cibi habitu diuersis morbis exagitatos, vt indies quamplurimi morerentur: Andii è contra consilium erat, Condæum ne se cum suis coniungeret, impedire, quam accessionem sibi admodum futuram noxiam, præsago animo, perspiciebat. Condæus itaque de consiliis Andii Ducis, certior factus, Niorto cum omnibus copiis discedit ad diem primum Martii: indeque per Saniangelium oppidum, ad vrbem, Sintam nomine, progreditur. Amiralius verò cum prima acie Cognacum proficiscitur & postridie huius mensis, cum fratre Andelotio, primæ illius aciei equitatum & tormentarios ad Iarnacum educit, cum duobus maioribus & duobus mediocribus tormentis. Quo facto illico arx Iarnaci ab Amiralio obsidetur, quod vrbem Riuierus confestim reliquisset, & tormentorum fulmina per arcis portam continuo euibrantur: ita vt eodem die subque vesperam Riuierius ad colloquium admitti petierit, pactisque conditionibus, de vita sibi suisque conseruanda, postridie arce cesserit. Relicto itaque ad loci defensionem Montammæo Comite

Condæus cū omnibus copiis Niorto discedit.

cum

cum legione sua, Amiralius cum fratre suo Andelotio discedit, præsertim cum hostem, explorandi causa, non sine longe abesse animaduerteret. Sexto, huius Mensis, die Condæus cum Amiralio & Andelotio, assumptis omnibus primæ & secundæ aciei copiis equestribus, præterquam quod aliquot cohortes, quæ ad Iarnacum cum Briquemaldo substiterant, Beluesium, (ad Matam fluuium situm) vbi Andius cum exercitu suo, commorabatur, veniunt. Ad illius conspectum Condæus aciem instruit, & prope tumulum militaria tympana quati iubet, quasi cum peditatu suo quoque aduentasset: vbi tamen nihil, præter leuem cum Andelotianis velitationem eo die actum est. 1569.

Andius ea parte, à fluuij transitu repulsus aliam vrbem quærit: & supra Engolesinum ad aliquot milliaria carentam fluuium cum vniuerso suo exercitu traiicit: & in ipso itinere Ruffecum castrum & Melam vrbem ex improuiso cæsis præsidiariis occupat: dehinc Castellonouum, vrbem ad fluuium istum sitam deditione capit. Quibus rebus ad Condæum nunciatis, nihil sibi cunctandum videt: ipse ergo Sinta vrbe Cognacum cum secunda acie: Amiralius Iornacum cum prima acie venit: Andius igitur conficiendi pontis sublicij ad Castellonouum datis mandatis ne opus illud impediretur, prope Cognacum venit, cum maxima copiarum parte, per speciem vrbis explorandæ quasi eam continuo obsessurus: Nauarræus & Condæus erant tunc Cognaci distributis ad finitimos pagos copiis, & Amiralium ocyus mo-

Ruffecum castrum & nonnulla alia vrbes ab Andio occupatur.

1569. nent vt quamprimum ad sese veniret: Amiralius vero, quod Iarnacum custodiri maxime interesset, Andelotium fratrem ad Principes remittit, qui & rei necessitatem explicaret, &, quid facto opus esset, cum illis deliberaret. Vix profectus erat Andelotius, cum omnes illæ Andij copiæ, quæ ad Cognacum erant, magno impetu ad Iarnaci pontem occupandum irruunt: verum ab Amiralio repulsi subito terga vertunt, plurimis tamen in conflictu isto tumultuario trucidatis. Condæus interea re deliberata, de promouendis postridie castris consilium instituit: & duodecimo huius mensis die cum secunda acie Iarnacum: Amiralius *Brassacum* venit: Eodemque die Amiralius prope Castellonouum cum maxima copiarum parte, loci explorandi causa, venit: cognoscitq; hostem ad *lapideum* Castellonoui pontem construxisse *alium* sublicium, vt summa celeritate cum omnibus copiis illac postridie transiret: Ita redit Bassacum, relictis aliquot cohortibus, quæ, dum ipse cum reliquis copiis cederet, instructa acie impetum hostilem sustinerent. At quoniam propter locorum incommoditatem, exercitus varie hinc inde dissipatus esset, Condæus Amiralium monet, vt summo mane curaret omnes copias cum tormentis ad se venire: Equites vero prima luce sibi præsto essent: se id secundæ aciei copiis mandaturum. Amiralius continuo mittit qui tota nocte rem significarent ducibus: at ita à complurimis cessatum est, vt vix ad nonam diei horam iter ingressi essent, Amiralio illos iamdudum præstolante ad riuum, cui custodiendo tormentariorum aliquot turmas præfecerat.

Interea

Interea totam noctem transmissb per pontem Castellonouanum Caranta ad Bassacũ ferme promotus erat Andij exercitus ad Condæi conspectum, qui instructa suorũ acie reliquas copias admodum anxie atq; solicite expectabat. Sed cum illæ præter omnem spem & expectationem diutius cessarent, ipse perquam celeri equo vectus, ad Amiraliũ peruenit & illo ipso die cedẽdum esse cum eodem deliberat, idque illa potissimum de causa, quod vix dimidiam Equitatus partem secum haberent, tum q̃ omnis ferme peditatus quatuor dumtaxat milliaribus abesset: Noeo iccirco dat in mandatis Amiralius, vt aciem vltimam cum quatuor aut quinque equitum vexillationibus clauderet ac receptus signum daret: si vero ab hostibus vehementius premeretur: iteratis & repetitis nunciis id sibi quamprimum significandum curaret: Vix autem turmæ dimidium milliare confecerant, maximus hostium Equitum cune⁹ cum Noeo cõgreditur, qui tamen mascula virtute Andeloti ita exceptus est, vt maximum quoq; incommodum hosti importatum fiet: Quo facto ab incepto itinere minime descifcunt, sed vlterius hosti progrediuntur obuiã: sed vix semihorulæ spacio elapso, confertissimus hostiũ cuneus tanto impetu tantaq; vehementia in Noeum irruit, vt dum eidem iuxta viculum fortiter resistit, equo ipsius interfecto, reliquæ etiam, quibus præerat, copię, dum maiori impetu vrgentur, in Andeloti aciem aliquanto perturbatius inciderint: ille econtra haud imperterritus, postquã suos recollegisset, hostẽ viculo isto repellit multosq; vel truci- 1569.

dat

1569. dat vel grauiter admodum sauciat. Amiralius interim cum ad sinistrum latus, hostem magis magisque firmari, satis superque intelligeret, Andeloto imperat, vt illico ad se propius accederet, Condæoque vicissim significat, potius sibi videri, quod è prima acie secum haberet, confestim promoueret, id quod Condæus præstitit & ad illum vsq; cessit prope colliculum ad sinistram. Dum autem hæc agerentur milites tormentarij ab aduersa parte ad occupandum viculum istum emittũtur, qui tamen à quibusdam pluuiei assuetis militibus Condæanis illinc repulsi & in fugam versi sunt: Sed postquam Amiralio extemplo nunciatum esset, hostem maximis aduentare copiis & medio inter se & Condæum itinere consistere, quamprimum aciem illuc dirigit & cum trecentis equitibus ipse primus tanta alacritate & impetu hostem adoritur, vt multis cæsis fugatisque vlterius etiam progrederetur, recentibus tamen hostium turmis subinde irruptionem facientibus confusosque ordines denuo sustinentibus, Amiralius subsistendo Condæum expectabat. Condæus itaq; dum tantis Amiralium angustiis circumdari intellexisset, perpaucis vexillationibus circumstipatus omnibus conatib. hostem adoritur, illiusq; aciem perrumpit: dum ecce, maximus & confertissimus Equitum Germanicorum cuneus, in latus incurrens ipsius Equitatum disiicit: In quo Germanorum conflictu, Princeps Condæus, equo confosso, in terram prostratus primum ab Saniano homine nobili, post ab Argenceo viro itidem nobili agnitus, equoue suo hunc in modum extricatus, ab iisdem in fidem recipitur; Sed post-

quam

quam rumor iste, de Condæo capto, omnes quasi castrorum angulos perreptasset, Montesquius excubitorum Andianorum præfectus, vna cum aliis adhuc permultis ocyus accurrit, Condæumque, Sanianum ac Argenceum alloquentem, à tergo adortus, contra Saniani & Argencei datam fidem, illius caput globulo tormentario traiecit.

1569. *Montesquius Principem Condæi à tergo perfide interficit.*

Hic itaq; exitus fuit Ludouici Borbonij Principis Condæi, Regiæ stirpis viri, supra nataliũ splendorem, magnitudine animi ac virtute Inlustrissimi, qui fortitudine, constantia, ingenio, solertia, rerũ vsu, comitate, facundia, liberalitate (quę omnes simul virtutes in vno ipso eminebant) paucos æquales, neminem sua ætate (inimicorũ etiam confessione propria) superiorem habuit: Cuius morte, quam multorum clarissimorum virorum obitus & aliæ clades passim hoc eodem ipso anno subsecutæ sunt, cum Protestantium vires prorsus concidisse crederentur, Colinij vnius cõstantia & prudentia, præter omnium spem ac existimationem, rursum erectæ sunt: eoque res deuenere, vt bellum, quod plena victoria finem habiturum putabatur, tamdem per pacificationem componi oportuerit. Periere isto prælio ex Protestantibus, præter alios, Christophorus Rupicuartius Chandenerius, Iulius Bellomontius Riussius, Besso natu maior, Tabererius iunior, Baretus, Melereus & quinquaginta circiter ex Nobilitate Pictonica: Monteanus, præterea, Cantelmus Duglassius & Corneli⁹, Scoti: Augerius quoq; Morinerius Ductor peditum, qui illo die tamquam rari belli Duces, non sine ingenti suorum commilitonum luctu mœrore atque

Condæana rum virtutum Encomium.

tristi-

1569. tristitia, desiderati sunt: integrum siquidem illi
prælium certamen equestre fuit, & pauci pedit
atque adeo sola Pluuialti legio prælio interfuer
Robertus Stuartus Scotus itidem captus, crebris
pugionum ictibus postmodum cõfossus periit: ca
pti Corboso Mongomerij frater, & Guerchius gra
uiter vulneratus in Regiorum potestatẽ peruenit
Permutatus postmodum Cessaco Lanouius, quo
Corboso, qui cum eodem permutari petierat gra
uiter ferens, desertis & posthabitis Protestantibu
se deinceps domi suæ continuit: Ita ex Protestan-
tibus occisi quadringenti, ex Regiis numer⁹ duplo
minor: præcipui vero ex iisdẽ desiderati sunt Mon-
salesius Pruneus, Ingrandius, Picus Comes Miran-
dulanus, Moret⁹ Comes, Moncanurius, Lignerius
& quidam adhuc alij. Colinius & Andelot⁹ cogni-
ta Condæi morte cum nullam fugæ sistendæ pa-
uoris demendi spem viderent, cum delecta, quæ ex
isto prælio restabat, Nobilitate ad dextram flecten-
tes diuerso à fugientibus itinere fanum Ioannis eo
die venerunt: Peditatus à Condæo præmissus, cum
res ad necessitatem prælij spectare intellexisset, vt
suis præsto esset, itinere conuerso Iarnacum repe-
tebat: quo cum peruenisset, nuntio cladis accepto
pœne à Regiis fugientium tergo inhærentibus op-
pressus, tamen satis habuit temporis ad traiicien-
dum fluuiũ: quo traiecto pontes mox abrupti sunt,
vt victor illos insequi haud potuerit. Occiso hunc
in modum, vt diximus Condæo, eodem die victor
Andinus Iarnacum venit, quo & Condæi cadauer
asellæ ad ludibrium impositum, illatum ac deinde
Benearni Principi redditum est, qui illud poste

Vindocini in Maiorum monumento recondi curauit. Andinus tanta victoria iuueniliter exultans post gratias Deo publice peractas, etiam de sacello, in loco quo Condæus occubuerat, exstruendo impetum cepit auctore Claudio Sanctio cōcionatore, qui postmodum Episcopus Ebroicensis factus est: verum meliore consilio vsus & à Carnauáleto persuasus, qui rumorem, quasi ipsius iussu interfectus fuisset, ea re firmari aiebat, mutauit, nunciumque prosperi prælij quam citissime ad Regem fratrem perferendum curauit. Is tunc Diuiodurum in Mediomatricibus venerat, vt Aumalio ad auxiliaris Germanici exercitus auertendum ingressum cum copiis misso, præsentia sua opitularetur: Media nocte accepto felici isto nuncio è lecto suo Rex surrexit & ad maius vrbis templum cum comitatu aulico confestim pergens canticum BB. Ambrosij & Augustini recitari iussit: quo peracto, variæ per vniuersum ferme Regnum supplicationes, ex mandato Regis, factæ sunt. 1569.

Amiralius interim cladis reliquias recolligens Sanianum-Angelium oppidum, vbi Nauarræus & Condæi demortui filius, pro tempore, commorabantur. Dux autem Andius aduersus Reformatorum exercitum castra sua propius mouet: Quo cognito Nauarræa ad exercitū confestim aduolat & primorib. cōuocatis: Quod Condæus, inquit, viriliter occubuisset ad defensionē tam bonæ causæ, q̄ viuens constanter admodū tutatus fuisset, in eo superstitib. cōmilitionib. reliquisse exemplū retinēdæ ad finē vsq; constantiæ, ad tuendā Dei veritatē, Regina Nauarræa ad milites concio.

Regis

1569. „ Regis patriæq; libertatem, quæ ſceleratis hoſtiu
„ armis petantur: In Condæo minime mortuam e
„ ſe bonam cauſam, neque bonorum adeó virorū
„ animos vllo modo cadere debere: Deum cauſę ſu
„ ita prouidiſſe, vt comites Condæo adhuc ſuperſt
„ ti dederit, qui ei nunc præſenti ſubitoq; remedio
„ vt Duces ſuccedãt: nec filium ſuum Bearnenſem
„ nec Condæi adeo filium (in quo vt nomen de mo
„ tui patris renaſcatur, ita & virtus) alioſq; procer
„ vmquam cauſæ defuturos. Hæc apud exercitum
multa apud filium optimateſq; peculiariter teſta
ta, Rupellam reuertitur, vt noua præſidia, ad vici
nas vrbes defendendas, conſtitueret: Et quidem
Chelarus cum legione ad San-Iani pręſidium: *Bla*
con ad Phocium oppidum: Pilæus vero ad Siniæ
cuſtodiam relicti ſunt. Andius autem illo ipſo tem-
pore ad San-Iani loca finitima nequaquam com-
moratus ſed aliud aduerſus Engoleſmiū oppidum
(tribunorū nonnullorum, qui cum temporis in v-
be erant, fretus fiducia) conſilium inſtituit: Sed
cum Proteſtantes re intellecta, noua præſidia &
Mongomerium virum admodum ſtrenuum cum
poteſtate in vrbem miſiſſent, atq; ille ſingulari dili
gentia omnibus rebus prudentiſſime prouidiſſet
tribunoſque & præſidia commutaſſet: Andius, re
deſperata Engoleſmij finibus relictis, ab vrbe M
Aprili diſcedit, captaq; deditione Albeterra, loco
munitiſſimo, Mucidanum, vrbem in agro Perigo
riano, oppugnare inſtituit, coniunctis cum Mon
lucio viribus, qui iampridem ad obſidionem illam
fruſtra deſudabat: defendebatur autem vrbs à du
centis circiter oppidanis, qui ab initio, conſtran

Engoleſmium fruſtra ab Andio tentatum.

pe

per tormenta bellica, ruinis vrbis, consternatiores facti in arcem se receperant, quæ continuo ab exercitu Andiano circumsessa est: tum tormentis conquassari cœpta, ad ruinam tamen vrbis ab oppidanis istis militibus strenue pugnatum est, & ex Andianis quamplurimi, ad sexcentos videlicet interfecti sunt, & ex illis quidem magni nominis Duces, Brissacus nempe, & Pampadunius: Itaque de deditione colloquium tentatum, & pacta conditione, vti incolumes euaderent, arx Andio est dedita, qua dedita fides præsidiariis minime seruata fuit, omnes siquidem & ad vnum perfide obtruncati fuere. 1569.

Interea Principes, lustrandi numerandiq; exercitus rationem ineunt equitatusq; censendi partes Amiralio, Andelotio, Rupefocaldioq; tributæ: vbi equitum quatuor millia, armis animisq; optime instructa, comperta sunt: Principem autem Nauarræum vnanimi cõsensu vniuerso exercitui, præstito prius solemni iuramento ab vtraque parte consueto, præficiunt: ad peditatum lustrandum Andelotius eligebatur, vt vna eademq; opera vrbes inspiceret & pecunias ex sacerdotiis distractis colligeret: sed quamuis illius imperio Montagutum, Tifangium, castella recenter amissa Clisso insuper ad fines Britanniæ tentarentur, nihilominus post infelicem successum redux in morbum incidit illoque ingrauescente M. Maio Sintæ moritur: magna totius exercitus omniumque bonorum virorum mæstitia propter singularẽ illius bellicarum rerum peritiam, & in efficiendis consiliis intrepidam animi præsentiã, Ferunt, Medicos ex diligenti morbi co-

Nauarræus post defunctum Condæum summus fit Dux exercitus.

1569. gnitione & certa certorum indiciorum præco tione, illum veneno fuisse enecatum affirmasse. dem quoq; mense Bocaldus moritur vir, ob sin larem prudentiam rerumq; bellicarum miram dustriam inlustrissimus, suaq; virtute toti exerci vtilissimus: Hinc Andelotij turma equestris Be rozouiro Nobili ac strenuo: summum pedita Imperium Aciero: Bocaldi vero munus admi strationis tormentariæ, Iealio tributum & assig tum est. Circa idem tempus Pilæus ex mand Principum Modocam Insulam ad oram Aqui niæ in Oceano latam & vberem admodum cap ex qua multas opes comportasse dicitur. Dehi rumor increbrescebat Germanorum vtriusq; pa tis aduentantium: Excipiendo Aumalio And (postquam prius Engolmium per præconem fr stra de deditione interpellasset) iuit obuiam: Mo gomerius vero vrbis præfectus, vltimas Andi dis cedentis turmas intercipit nonnullosq; ex illis m ctat & trucidat.

Modoca In sula vberrima à Pilao occupatur.

Ducis Bipontini ad Regē Francorū litera.

Bipontinus itaque cum omnes suas copias i promptu haberet & cum iisdem iam iam ad fin Galliæ peruenisset, datis ad Regem litteris expedi tionis istius suæ causas exponit: Quoniam videli cet superioribus aliquot annis per suam ditionem plerique equitum tribuni, suo iniussu irruissent, cum militibus transiissent, vnde plurima subditis suis incommoda fuerint importata: ideo se peditum equitumq; cohortes aliquot, suarum rerum defen dendarum, & tutandorum suorum subditorū gra tia conflasse: Interea Nauarræum & Condæum a pud se de grauissimis sibi illatis iniuriis fuisse con-

questos.

iestos, quibus impetantur, in fortunarum vitæ- 1569.
ie, &c, quod maximum est, Religionis discrimen
ducti: violato præter fidem Regiam edicto: cum
finitis iniuriis & ipsi & omnes qui Religionẽ Re-
rmatam profiteantur in Gallia, ita violenter; vt
nnibus suis facultatibus spoliati, domibusq; suis
pulsi, violentis etiam armis hostiliter vrgeantur,
im & præter domesticam illam violentiam, pere
rini quotidie in Regnum introducantur: in iis
ngustiis illos suum auxilium implorasse: quod eis
t tanta calamitate constitutis ipse nec debuerit
ec potuerit quandoquidem iniuste affligantur.
onstare siquidem sibi de ipsorum causæ bonita-
, quam sæpe & Regi etiam ipsi demonstrauerint:
los quidem apud se hoc testatos esse: Si compe-
iantur aduersus Regem bellum gerere, non detre-
tare quin illis ipsis armis quæ expetant atque im-
lorent opprimantur. Videri itaque sibi meras esse
alumnias, quæ contra illos dicantur: cum satius
is esset domi pacate viuere, quam bellorum tur-
is exagitari: & illos ipsos sermones olim apud Ca-
imitum cõsobrinum suum fuisse vsurpatos, quod
amen falsum ex edicto post condito apparuerit,
uo Rex nimirum omnia ab illis suscepta, tam-
uam officia rite sibi præstita diserte agnoscat. Ad
mnem vero suspicionem demendam testari, sese
anc in Galliam expeditionem suscipere, non mi-
ius pro tenuissimis hominibus, qui Religionem
profiteantur q̃ pro ipsis etiam Nauarræo & Con-
dæo principibus: Quandoquidem ex ea doctrinæ
ratione, quam cum illis communiter colat, ad hoc
illis communiter præstandum teneatur ex officio.

1569. Et ne existimetur, Galliam petere priuatæ vti tis causa, testatur se ad discedendum promp ac paratum esse, dummodo Rex permittat Re matæ Religionis studiosos pacate illi⁹ vsu peri cum facultatum dignitatumq; possessione libe dummodo idonee de rebus istis caueat, para se esse exercitum dimittere, omnemq; impen ab se militiæ istius causa pecuniam (quamuis centum aureorum millia exsuperet) liberaliter donare. Si res in peius ruant, Regnumque ma capiat incommoda, defunctum abunde fecisse officio, hæc nimirum testatum, nec incommod rum causam in se vllo modo posse nec debere d tiuari.

Caritaa à Bipontino expugnatur.

Hisce ad Regem datis literis Bipontinus assu pto peditatu Galliam ingreditur, nequicq insequentibus illum Aurelianis & Nemor copiis. Ita Caritæam Burgundiæ vrbem ad Lig rim opportunam sibi transmittendo fluuio opp gnare instituit: ruinaque mœnibus late constra cum ex alia parte pontis Mouius cum trecētis to mentariis suburbiū occupasset, præsidiarij ita co sternantur, vt per murorum ruinas Bipontini mili facile irruperit: Itaq; occupata vrbe, præsidiari miles effuse obtruncatus fuit. Et opportunum qui dem illud oppugnationis tempus fuit, alioqui difficilioris futuræ propter Aumalij maximis cum auxiliis vrbem ingredi festinantis aduentum.

Andius Germanos frustra trā situ prohibere conatur.

Andius ad impediendum Germanorum aduen tum, in transitu ad Viannam fluuium, prope Limo sium vrbem, ducentos tormentarios constituerat,

sed

d illis ferme omnibus à Mouyo obtruncatis, flu- 1569.
us PP. facilime absque vlteriori molestia patefa-
us est. Qui cum transiissent die postero ad Ger-
anorum castra peruentum est non sine summa
triusque partis exultatione atque lætitia, quæ ta-
en hac occasione, maximo mœrore illico permi-
ta fuit: Wolffgangus enim Princeps Bipontinus
t laborum assiduitate & calorum æstu febri ar-
entissima correptus ac nihilominus cum exerci-
u procedens, triduo post in vera fide & innocatio-
e filij Dei Domini nostri Iesu Christi, inter ma-
us suorum Ducum imprimis vero Ludouici Co-
itis Nassouij, præfante consolationes diuinitus
raditas Georgio Poleto, ex hac miserrima miser-
imarum ærumnarum valle placide in cœlestem il-
am patriam emigrauit, idque factum in domo cu-
usdam Nobilis pagi Nessuni, vbi illo ipso die castra
ua locauerat: Paucis, post ipsius mortem, horis
duentabat Caspar Castillonæus Amiralius, desi-
lerio videndi & excipiendi magnanimum istum
Germanum Principem, qui sui suorumque con-
eruandorum gratia tantum iter ac bellum susce-
pisset: Sed quem videre viuus non potuit, eius o-
bitum ingenti luctu ac mœrore deplorauit: corpus
dehinc eius exenteratum & Engolismam honori-
fice perlatum pauloque post in patriam relatum,
& in maiorum tumulo conditum fuit. Bipontinus
antequam moreretur omnibus suis tribunis ad se
venire iussis, multa preclare testatus, illiusque cau-
sæ defensionem (propter quam videlicet in Gal-
liam venissent) maximopere commendauit, post-

Princeps Bipontinus moritur.

1569. quam Wolfradum comitem Mansfeldiu
antea Legatum, summum suorũ omniun
constituisset. Bipontino itaq; Principe sic
bini. Protestantium exercitus iunguntur
mniter peractis Germanis gratiis, prima
cibus munera quædam aurea offeruntur: I
autem ista dona moneta fuit aurea, in qu
parte effigies Nauarreæ & Bearnensis filij, i
autem parte hæc verba, *PAX CERTA V*
RIA INTEGRA AVT MORS HON
expressa erant. Quæ tamen elogia *ipsius* be
tu minime comprobata fuere, id quod fr
dicemus. In isto autem Germanorum ex
Equitum viginti octo vexillationes, *quæ* *4*
millia quingentos armatorum milites effici
conspiciebantur, quorum primarij *Duces*
Ianus Bocus, Reginaldus Craccus, He
Estinus, Ianus Teresius: Peditum erant se
lia viginti duo signa complectentia *Grau*
& Grelezæo Ductoribus: Hisce sese coniun
bant Gallorum Equitum ad duo *millia & dec*
signa peditum ac tormenta tam maiora quam
nora decem & nouem: Aderant insuper famo
simi, Inlustrissimi atque bellicosissimi *viri vipo*
Princeps Orengianus eiusdemque fratres Lud
uicus & Heinricus Comites Nassouij: *Mon*
rius, Renelius, Mouyus, & Esternæus, Galli:
PP. Gallico exercitu erant ad quatuordecim
structissimorum tormentariorum millia & Con
tatorum quamplurimi: Equitum ad quatuor mil
lia: maiorum tormentorum quatuor, *mediocrium*

Germanici Exercitus numerus & eiusdem Ducum Primariorum nomina.

duo. Itaque aucti videbantur vtrimque duo
les exercitus, vt hac vice dirius vehementius
sese postea mutuo conficerent, paulo post ve-
Regina mater Limosium ad Andianum exerci-
peruenit, Borbonio Lotharingiæque Cardi-
ibus eamdem comitantibus: militibusque ac
iinibus singulatim inuisis, illos hortatur vt in
gis obsequio ipsius hostes profligandos, con-
nter ad extremum vsque vitæ spiritum perseue-
nt: Potissimum autem cum & illi peregrinum
ilitem in Regni penetralia induxerint: Dent
itur strenuam operam ne Regi officioq; suo de-
isse videantur.

Circa idem tempus Castillo Amiralij domici-
um præcipuum à Martinengo Italo capitur & ex-
rædatur: Castellorenardum itidem aliud eius-
em Amiralij, quo facta maxima pars speciosissi-
æ & pretiosissimæ supellectilis Lutetiam Parisio-
um transportata & ad hastam, publica voce præ-
onis præmissa, vendita sunt. Transmittendus
utem erat Vianna fluuius ad Æssam vrbem, quo
ocus cum nonnullis tormentariorum manipu-
s prius missus fuerat, & Andianorum turmas
quæ eò forte fortuna occurrerant ipsius impedi-
ndi causa) repulerat. At cum primæ aciei è PP.
xercitu peditatus, ad traiiciendum flumen istud,
ò peruenisset, maiori, quam antea, numero
ndiani accurrunt, acremque pugnam ad fluui-
m cient, Protestantium militibus primum com-
ulsis: qui tamen receptis ac recollectis animis

Castillo & Castellorenardum præcipua Amiralij domicilia, à Martinengo Italo expradantur

1569. tam cito reuertuntur, vt centum ex Andianis ca
reliquos in fugam coniecerint & fluuium pos
vna cum vniuerso exercitu ipsi transierint: per
quot tameo dies statiua habita ad Sanfrierum
mosij oppidum ad reficiendos Germanos lo
& laboriosi itineris molestia defatigatos. Cum A
dius dimidio milliari propius castra sua ad Rup
vicum admoueret, Protestantes, existimantes
gnæ causas quæri ab Andio, protinus omnem v
uersumque exercitum in armis esse iubent, &
primam diei lucem ad Andiana castra perueniu
Pugnam itaque expectantes aciem suam PP. i
struunt: Ad prima initia velitarij erant dextra h
uaque, Pilæo illinc, Rуræo hinc Ductoribus. Pr
mam vero aciem duobus equitum cuneis hinc de
xtra Loeus, illinc læua, istam inchoabant: Pedi
Germani duabus maioribus turmis bipartiti, ita
vt pars in prima, pars vero altera in secunda aci
esset. Primæ aciei, Germanorum peditum duo
bus maioribus cuneis circumstipati, tormenta
sex expeditissima asseruabat: & sic deinceps re
liquæ copiæ varie hinc illinc distributæ sunt. E
aduersa parte Andiani in castris suis ferme se
continebant: Ad custodiendum vero aditum a
cendumq; hostem Strozza, Petri illius Florentin
filius, cum duobus expeditorum tormentariorum
millibus aderat, in loco quidem sibi admodum op
portuno, imprimis quod sepimento munitus tectusq;
hostem, editiori loco nudum apertumque, eiacu
retur, & præterea quoq; quatuor Italorũ equitũ si
gnis siue vexillationibus ex vtraq; parte firmaretur.

Pilæu

lætus tamen primum impetum ea fecit: Sed quoniam tormentorum vsus propter crebram pluuiam tempestatem eis perquam aduersus esset, ab quitibus Italis primum repulsus fuit adque istum npetum decem suorum interfecti sunt: sed extēlo in auxilium accurrentibus Brillialdo Mottæioue Vasconibus cum duabus equitum vexillatioibus, fugatus ita rursum eques Italus, vt Pilæani ehementiori impetu pugnam aduersus Strozzianos instaurarint: qui tamen ad sepimentum positi nmoti perdurabant: donec Amiralius lustrato loo, alterius cornu tormentarios Ductore Ruræo, luc venire hostemq; ad latus adoriri iusserit: Quo icto nulla interiecta mora iussa capessunt, crebraue tormentorum grandine Strozziani ita cōcussunt, vt relicto sepimento ordineq; quodāmodo erturbatiori cedere inceperint: Quod conspicati Protestantes eqtes viciniores, confertissimis agmi iibus illuc irruunt, palantemque Strozzæ peditē rictores cædunt, fugientemque ad riuum vsq; persecuti illinc reuertuntur vastissimi imbris impetu coacti: Verum Andiana castra tantus pauor incesserat, vt è Protestantium peditibus nonnulli ad tētoria & ad signa vsque concesserint: Strozza ipse captus & ad Protestantium Ductores incolumis pductus est: In illo autem prælio Strozzianorum sexcenti, (alii volunt quadringenti,) cecidere, & ex lis quidem triginta, (secundum Thuani opinionem quinquaginta,) nominatissimi viri, Tribuni aut Centuriones vel Vexilliferi: Plures autem in conflictu isto vulnerati sunt. Ex parte autem Protestantium aduersa ad quinquaginta vel cæsi vel

1569.

Strozza multis suorum cæsis à Protestātibus capitur.

1569. dumtaxat vulnerati sunt & ex iis quidem Tre mundus & Fontanus Ductores ordinum. Post die quadringenti equites Italici ad Protestantii castra exploranda progrediuntur, qui à custo bus detecti, insequentibus nonnullis Equitib ordine parumper perturbato fugam capessunt, vt aliquot ex istis rursum cæsi, plures tamen pti sint.

Dum hæc agerentur, Protestantes, (insequ te illos Andio,) munitissima aliquot castella pugnant; Erentomum quoque vrbem deditio capiunt: Cabanæam itidem arcem firmo præsid munitam occupant, qua expugnata, Præsidiari obtruncãt, eo quod obstinacius sese defendiss & in Protestantium frumentatores aliquo m fuissent iniurii, arx autem ista postmodum ince & solo æquata fuit. Luzignanum etiam arcem nitissimam, quam olim Anglos, (quamuis illo pore longe lateque victores extitissent,) nu quam expugnare potuisse, ex historiarum Gallic rum monumentis didicimus Protestantes oppu nare instituunt. Est autem arx ista tum ipso natur beneficio, tum maxima quoque hominum indu stria, aduersus hostiles impetus probè admodum præmunita, locò præcelso insistens, quem præru ptæ fossarum voragines circumcingunt, mœniaq firmissima vndiquaque vestiunt. Ob istam itaque loci certam firmitatem, varii ex vniuersa fermè illa regione illuc confluxerant, qui tamen perpauco admodum præsidio defendebantur: adeo vt vix in credibile videretur tantæ arcis oppugnandæ con silium: oppidum tamen facilimè & absque singula

[margin: ...pugna... arx ...itiss... a est oppu... ...a præ... à Pro... ...antibus ...ipitur.]

rimo

1569.

molestia capiunt, ex quo ad propugnaculum, ad imum istius oppugnationis impetum, oppidani se receperant. Quo facto in obsidentes, de more ilitari, obsessi iocabantur, quasi in expugnanda a arce conatus illorum prorsus esset irritus: Sed ontrarium euentus docuit, ita vt à iocis abstinere ad seria sese conuertere necessum habuerint: a- errimè siquidem arx oppugnari cæpta, & latæ ad œnia ruinæ constratæ sunt: quamuis vero obsi- entibus aditus ad arcem perquā adhuc esset diffi- ilis: nihilominus tamen, paucorum dierum inter- allo, cum & per tormenta obsessis plurimum in- ommodi illatum fuisset, interfecto insuper tribu- o primario, maiores quoque indies ad illam op- pugnandam impetus appararentur: obsessi collo- quium petiere, arcemque his tamdem conditio- nibus dedere: vt videlicet tribunis fas sit quo ve- int discedere, ducentosque aureos, si penes ipsos int, centurionibus, aliisque minora munera ge- rentibus decem, militibus vnum cum ense & sica traderent; cæteris, qui illuc perfugissent, ordina- rias vestes & equum vnum deferendi facultas sit, & ad tutum locum postmodum perducantur: Plurimi tamen ex illis, Protestantibus sese as- sociant, reliqui tamen longius ad tutiora loca de- ducuntur; arce itaque ista occupata victores opulenta admodum præda, vti perhibetur, po- titi sunt. Interim à quibusdam Reformatæ Re- ligionis hominibus Regeanus, (qui vicus in agro Altisiodorensi situs est,) interceptus erat. Hunc paulo post Pontificii recipientes in deuictos

Cep. cuiusdam vici militis ex intestinis conuulsam, publicè

cru-

1569.

venditum & à quibusdā Pontificiis immanem in modum cōmestum.

crudelissimè desæuiunt, nullumque crudelitatis ac perfidiæ genus prætermittunt: siquidem victi cuidam militi cor inspectantibus omnibus, ex intestinis euulsum & publica voce præconis venditum: à quibusdam pars illius cordis prunis ardentibus semiustulata, & postmodum immani & plusquam immani barbarie Turcica deuorata est. Ad id tempus Sansacus vir inlustris iubente & mandante Duce Andio Caritæam vrbem, (quam nuper à Protestantibus fuisse captam non ita pridem diximus,) obsidione valida cingebat. Cum itaque vrbs vastissimo tormentorum impetu conquassata & latæ murorum ruinæ constratæ essent: Sansaci istius miles irruptionem faciens, ab obsessis ita excipitur, vt quingenti ad obsidionem istam, desiderati & ita ab vrbe repulsi sint: Sed cum nulla calamitas sola fiet, Sansaco aliud quoque contigit incommodum: repulsi namque milites ad tormenta sese recipiebant: vnus itaque militum vel imperitior aut ex accepta clade consternatior, funem tormentarium ignitum in capsam, puluere tormentario oppletam, imprudenter demittit, vnde tantus pulueris istius fragor, (vt facile dictu auditque credibile,) extitit, vt confestim in alias capsas seriatim, pro more, collocatas emanauerit, ita vt frequentissima militum corona horribili impetu dissipata & complurimi miserabili facie enecti fuerint: vnus autem è militibus, (quæ res sanè non immerito ἀξιομνημόνευτος,) tormine fuit inuolutus, vt ad vlteriorem fluminis ripā delatus & in arena, conspicuo omnibus spectaculo [illegible] concrematus

Sansacus ad obsidionem Caritea ingenti afficitur incommodo, [illegible] infectaq; discedit.

fuerit.

1569.

fuerit. Crebras insuper eruptiones oppidani faciebant, non sine ingenti detrimento Sansaci: Quocirca cum non solummodo de expugnatione desperaret, verum etiam plura Protestantium auxilia aduentare rumore increbrescente præcognosceret Sansacus, vasis ac cæteris impedimentis recollectis ab obsidione Caritex, non sine ingenti suorum clade atque commemorato incommodo, discedit.

Cum itaque, etiam tam frequentiori exercitui Ducis Andii, tam varie inferrentur incommoda: Quocirca, ex temporis opportunitate captata occasione, Nauarræa aliique Protestantium Religioni addicti optimates, hanc de pace mentionem, per libellum supplicem Regi Galliæ obferunt. Nouimus, inquientes, hoc plane Rex, atque adeo fermè incredibile est, ex tanto hominum numero, quos Deus Ter Opt. Max. Maiestatis tuæ ditionibus atque Imperio amplissimo subdidit, ne vnum quidem hactenus apparuisse, qui periculosissimum hoc incendium, quod in omnium oculis vires quotidie magis magisque sumens, totum hoc Regnum tuum peruagatur peruastatque, aut prohibere aut restinguere tentarit, saltem etiam se tentare simularit: imo vero plures repetti sint qui nulli omnino labori, nullis sumptibus pepercerint, vt iam ardenti faces ipsi subiecerint, atque etiamnum hoc agãt, vt quibuscunque possunt artibus ignem istum nutriant atque augeant.

Regina Nauarræa aliorumque Principum Protestantium, ad Regem Galliæ, libellus supplex.

Hæc vero consilia quamquam prius ab illis expectari ac proficisci par esset, qui priuatas ob cau-

1569. quam Wolfradum comitem Mansfeldium, i
antea Legatum, summum suorũ omnium Du
constituisset. Bipontino itaq; Principe sic exti
bini. Protestantium exercitus iunguntur &
mniter peractis Germanis gratiis, primariis
cibus munera quædam aurea offeruntur: Inter
autem ista dona moneta fuit aurea, in qua ex
parte effigies Nauarreæ & Bearnensis filij, in al
autem parte hæc verba, *PAX CERTA VICT*
RIA INTEGRA AVT MORS HONEST
expressa erant. Quæ tamen elogia ipsius belli
tu minime comprobata fuere, id quod suo lo
dicemus. In isto autem Germanorum exerci
Equitum viginti octo vexillationes, quæ sept
millia quingentos armatorum milites efficieba
conspiciebantur, quorum primarij Duces
Ianus Bocus, Reginaldus Craccus, Heinricus
Estinus, Ianus Teresius: Peditum erant sex mil
lia viginti duo signa complectentia Grauillar
& Grelezæo Ductoribus: Hisce sese coniunge
bant Gallorum Equitum ad duo millia & dece
signa peditum ac tormenta tam maiora quam m
nora decem & nouem: Aderant insuper famos
simi, Inlustrissimi atque bellicosissimi viri vtpo
Princeps Orengianus eiusdemque fratres Lud
uicus & Heinricus Comites Nassouij: Moruil
rius, Renelius, Mouyus, & Esternæus, Galli:
PP. Gallico exercitu erant ad quatuordecim i
structissimorum tormentariorum millia & Co
tatorum quamplurimi: Equitum ad quatuor m
lia: maiorum tormentorum quatuor, mediocri

Germanici Exercitus numerus & eiusdem Ducum Primariorum nomina.

vero duo. Itaque aucti videbantur vtrimque duo 1569
ciuiles exercitus, vt hac vice dirius vehementiusque sese postea mutuo conficerent, paulo post vero Regina mater Limosium ad Andianum exercitum peruenit, Borbonio Lotharingiæque Cardinalibus eamdem comitantibus: militibusque ac ordinibus singulatim inuisis, illos hortatur vt in Regis obsequio ipsius hostes profligandos, constanter ad extremum vsque vitæ spiritum perseuerent: Potissimum autem cum & illi peregrinum militem in Regni penetralia induxerint: Dent igitur strenuam operam ne Regi officioq; suo defuisse videantur.

Castillo Castellonardum præcipua Amiralij domicilia a Martinengo Italo expradantur.

Circa idem tempus Castillo Amiralij domicilium præcipuum à Martinengo Italo capitur & exprædatur: Castellorenardum itidem aliud eiusdem Amiralij, quo facta maxima pars speciosissimæ & pretiosissimæ supellectilis Lutetiam Parisiorum transportata & ad hastam, publica voce præconis præmissa, vendita sunt. Transmittendus autem erat Vianna fluuius ad Æssam vrbem, quo Locus cum nonnullis tormentariorum manipulis prius missus fuerat, & Andianorum turmas (quæ eò forte fortuna occurrerant ipsius impediendi causa) repulerat. At cum primæ aciei è PP. exercitu peditatus, ad traiiciendum flumen istud, eò peruenisset, maiori, quam antea, numero Andiani accurrunt, acremque pugnam ad fluuium cient, Protestantium militibus primum compulsis: qui tamen receptis ac recollectis animis

1569. tam cito reuertuntur, vt centum ex Andianis ca
reliquos in fugam coniecerint & fluuium post
vna cum vniuerso exercitu ipsi transierint: per a
quot tamen dies statiua habita ad Sanfirierum L
mosij oppidum ad reficiendos Germanos lon
& laboriosi itineris molestia defatigatos. Cum A
dius dimidio milliari propius castra sua ad Rupe
vicum admoueret, Protestantes, existimantes p
gnæ causas quæri ab Andio, protinus omnem vn
uersumque exercitum in armis esse iubent, & a
primam diei lucem ad Andiana castra perueniun
Pugnam itaque expectantes aciem suam PP. in
struunt: Ad prima initia velitarij erant dextra læ
uaque, Pilæo illinc, Ruræo hinc Ductoribus. Pri
mam vero aciem duobus equitum cuneis hinc de
xtra Loeus, illinc læua, istam inchoabant: Pedites
Germani duabus maioribus turmis bipartiti, ita
vt pars in prima, pars vero altera in secunda ac
esset. Primæ aciei, Germanorum peditum duo
bus maioribus cuneis circumstipati, tormenta
sex expeditissima asseruabat: & sic deinceps re
liquæ copiæ varie hinc illinc distributæ sunt. Ex
aduersa parte Andiani in castris suis ferme se
continebant: Ad custodiendum vero aditum ar
cendumq; hostem Strozza, Petri illius Florentini
filius, cum duobus expeditorum tormentariorum
millibus aderat, in loco quidem sibi admodum op
portuno, imprimis q; sepimento munitus tectusq;
hostem, editiori loco nudum apertumque, eiacula
retur, & præterea quoq; quatuor Italorũ equitũ si
gnis siue vexillationibus ex vtraq; parte firmaretur.

uerant, iam eo res summo Dei beneficio deuene- 1569.
it, vt nec aduersarii quidem negare possint, non
olum pares eas ad resistendum esse, verum etiam
d maius aliquod præstandum; siquidem ea illis
nens, ea voluntas esset, quam hactenus illi iidem
duersarii falso atque impudenter commenti sunt:
sed vt apud rerum ignaros aliquis eorum impo-
turis locus hactenus fuerit: quo nunc ore dici,
qua conscientia defendi potest, alia de re hocce
bello agi quam de Religione? Nam vt ea omit-
tantur, quæ vel ab hominibus non integræ frontis
n dubium reuocari possint, quis neget primis illis
tumultibus; post Guisium & Santandræanum
morte sublatos; & Mommorantium Connestabi-
lem in media acie captum, qui Triumuiri Reipu-
blicæ euertendæ & præcipui Duces erant, Con-
dæum cæterosque omnes earum partium oblatas
primum pacis conditiones, (quæ de sola Religio-
nis libertate erant,) cupide ac libenter accepisse?
Superiore vero bello cum post collectas copias
receptaque auxilia maxima, in ego statu, Carnu-
tum versaretur, vt in ipso conspectu hostilis exer-
citus magna iam ex parte dilapsi ac dissipati, vrbs
amplissima præsenti oppugnatione iam iam ca-
pienda esset: meminisse omnes possunt ad primam
præconis publici, Maiestatis tuæ nomine missi,
denunciationem, qua obsidentibus Religionis li-
bertas pristina restituebatur, eumdem Condæum
non ab oppugnatione solum, sed & ab ipsa obsi-
dione etiam continuo recessisse. Cuius tamen Re
uerentiæ ac prompti admodum obsequii non is

1569. dumtaxat vulnerati sunt & ex iis quidem Tremomundus & Fontanus Ductores ordinum. Postero die quadringenti equites Italici ad Protestantium castra exploranda progrediuntur, qui à custodibus detecti, insequentibus nonnullis Equitibus ordine parumper perturbato fugam capessunt, ita vt aliquot ex istis rursum cæsi, plures tamen capti sint.

Dum hæc agerentur, Protestantes, (insequente illos Andio,) munitissima aliquot castella expugnant; Erentomum quoque vrbem deditione capiunt: Cabanæam itidem arcem firmo præsidio munitam occupant, qua expugnata, Præsidiarios obtruncãt, eo quod obstinacius sese defendissent, & in Protestantium frumentatores aliquo modo fuissent iniurii, arx autem ista postmodum incensa & solo æquata fuit. Luzignanum etiam arcem munitissimam, quam olim Anglos, (quamuis illo tempore longe lateque victores extitissent,) numquam expugnare potuisse, ex historiarum Gallicarum monumentis didicimus Protestantes oppugnare instituunt. Est autem arx ista tum ipso naturæ beneficio, tum maxima quoque hominum industria, aduersus hostiles impetus probè admodum præmunita, loco præcelso insistens, quem præruptæ fossarum voragines circumcingunt, mœniaq; firmissima vndiquaque vestiunt. Ob istam itaque loci certam firmitatem, varii ex vniuersa fermè illa regione illuc confluxerant, qui tamen perpauco admodum præsidio defendebantur; adeo vt vix incredibile videretur tantæ arcis oppugnandæ consilium: oppidum tamen facilimè & absque singulari mo-

Luzignanum arx munitissima ca oppugnata, à Protestantibus eripitur.

ri moleſtia capiunt, ex quo ad propugnaculum, ad primum iſtius oppugnationis impetum, oppidani ſeſe receperant. Quo facto in obſidentes, de more militari, obſeſſi iocabantur, quaſi in expugnanda iſta arce conatus illorum prorſus eſſet irritus: Sed contrarium euentus docuit, ita vt à iocis abſtinere & ad ſeria ſeſe conuertere neceſſum habuerint: acerrimè ſiquidem arx oppugnari cæpta, & latæ ad mœnia ruinæ conſtratæ ſunt: quamuis vero obſidentibus aditus ad arcem perquā adhuc eſſet difficilis: nihilominus tamen, paucorum dierum interuallo, cum & per tormenta obſeſſis plurimum incommodi illatum fuiſſet, interfecto inſuper tribuno primario, maiores quoque indies ad illam oppugnandam impetus apparerentur: obſeſſi colloquium petiere, arcemque his tamdem conditionibus dedere: vt videlicet tribunis fas ſit quo velint diſcedere, ducentoſque aureos, ſi penes ipſos ſint, centurionibus, aliiſque minora munera gerentibus decem, militibus vnum cum enſe & ſica traderent: cæteris, qui illuc perfugiſſent, ordinarias veſtes & equum vnum deferendi facultas ſit, & ad tutum locum poſtmodum perducantur: Plurimi tamen ex illis, Proteſtantibus ſeſe aſſociant, reliqui tamen longius ad tutiora loca deducuntur: arce itaque iſta occupata victores opulenta admodum præda, vti perhibetur, potiti ſunt. Interim à quibuſdam Reformatæ Religionis hominibus Regeanus, (qui vicus in agro Altiſiodorenſi ſitus eſt,) interceptus erat. Hunc paulo poſt Pontificii recipientes in deuictos

1569.

Cap. cuiuſdam victi militis ex inteſtinis emiſſum, publicè

eru-

1569. quæ alioquin Sacro-Sancta esse debuit, & qu
pe temeritate atque audacia, nominis tui auct
tate, in summum tuorum, (qui restitutam ac
formatam Religionem profitentur,) pericul
abusi sint, nihil alienum ab officio facturos se
tarunt, si quid nunc coram per aduersarios
licet, hoc saltem scripto, à Maiestate tua sup
ces postularent: vt de libertate Religionis sol
ni, perpetua atque immutabili lege volunta
suam edicere velit, quo illi tamdem, quorum
tea temeritas eo vsque prorupit, vt bis edicta
que stabilita perrumpere & violare ausi sint, l
saltem tertio quasi vinculo contineantur. Et qu
niam iidem illi cum restitutam ac retentam a
quandiu legum de Religione sancitarum obs
uantia inter tuos concordiam ferre non posse
eas nouis indies interpretationibus, abrogatio
bus, derogationibus, & subrogationibus in
uarunt, vt vix tamdem earum vmbra & imago
staret: Principes verò cæterique harum part
satis iam intelligunt, iustissimo Dei iudicio, qu
procliuiores fuerint ad eas conditiones accipie
das, quibus locis personisque certis Religione c
cumscripta, quasi cum Deo partes fiebant, grau
se pace ipsa quam aperto bello vexatos: cum eis
iure Dei aliquid remittere, bona fide, non licea
iterum Maiestatem tuam, Rex, etiam atque etia
supplices obtestamur, vt in omnibus omnino d
tionis suæ locis, omnibus etiam in vniuersum h
minibus, (sine aliqua personarum, locorum, tem
porum exceptione,) eiusdem Reformatæ Religio
nis cultum atque exercitium concedat: eamqu

bertatem, quibus res exigit, securitatibus muniat 1569.
tque confirmet: Præterea Maiestatis tuæ edicto
oc etiam comprehendatur, vt alterutri Religio-
i vnusquisque nomen det, eamque publicè pro-
teatur. Qua vna re eorum malitiæ facilè occurri
otest, qui hac libertate, ad impietatem & carnis
centiam, abutentes omnem Religionis curam
x animo abiiciunt, nihilque magis exoptant, quā
onfusum huius tui Regni statum, peruersumque
Ecclesiæ disciplinæ ordinem intueri. Cum verò
obis dubium esse non possit, quin aduersarii no-
tri, quibus hactenus hoc maximum consiliorum
undamentum fuit, calumniis nos causamque no-
tram in omnium odium atque inuidiam trahere,
orum etiam, (qui singulari Dei beneficio ex Pon-
ificiorum iugo, crudelitate atque tyrannide e-
nerserunt,) statim obiecturi: sint magis nos de sus
epta temerè Religione pertinaciter retinenda,
uam de erroribus, si qui sunt, retractandis atque
mendandis cogitare: Hoc nunc palam, (vt antea
æpe edicimus atque profitemur,) si quid in ea
quæ pridem Maiestati tuæ Gallicarum Ecclesia-
rum nomine exhibita est fidei professione, ex ver-
bo Dei, quod Canonicis scripturæ libris compre-
hensum est, à Prophetarum aut Apostolorum do-
ctrina alienum sensisse docebimur, paratos nos sta-
tim manus dare, & in eorum concedere senten-
tiam, qui & nos errasse demonstrabunt & melius
aliquid sequendum edocebunt. Quam etiam ad
rem nihil ardentioribus votis exoptamus, quam
Oecumenicum ac liberum concilium rite cogi,

1569. *Verbum Dei principale dirimendarum controuersiarum in religione remedium.*

in quo vnicuique suas in medium rationes pr ponere liceat, quæ ex Dei verbo aut confirme tur aut refutentur, quod summum ac singulare h iusmodi controuersiis remedium semper habitu est. His rationibus certum est omnino, Rex te b breui, Domino ita fauente, consecuturum, vt subditorum animos conciliatos ac inter se be concordantes, & Regnum tuum in pristinam d gnitatem ac splendorem restitutum videas: ma gno sanè communium hostium pudore atque in famia, qui ob eam, quæ ipsis cum Hispano arctiss ma est, societatem & coniurationem, vim illam maiorem quæ paulo ante Belgio imminebat in ca put Regnumque tuum suis artibus auerterunt. Quod etiam Maiestatem tuam supplices orant, vt diligentius consideret, simul etiam expendere di gnetur: Consultiusne sit ab infestis exercitibus, qui nunc in tuo Regno coacti sunt, funestam o mnino & sanguinolentam victoriam expectare, ex qua victor non minus quam victus damni acci piat: an eas simul coniunctas vires in alios potius vsus conuertere: quorum hodie ea se offert occa sio, qua nullo nostro seculo maior, nulla Regni tui tranquillitati & coronæ Gallicæ conseruatio ni commodior apparuit: vt & hoc modo tam alie na tempestas in eas, vnde profecta est, partes tan dem aliquando retorqueatur. Qua in re, vt & in cæteris, quæ quidem tibi ad status & Regni tu amplitudinem pertinere videbuntur, Principes, Equites, Nobiles, cæterique qui eis in hoc bello adsunt, se suaque simul omnia vsque ad extre-

mum

um ſpiritum vltro impendere parati ſunt: nul- 1569.
m omnino alium præter tuum in terris ſupre-
um in ſe principatum agnoſcentes: in cuius et-
m obſequio, reuerentia, fide ac clientela viuere
ac mori velle profitentur. Quo ſane nihil maius,
hil amplius verus Princeps à probis & fidelibus
bditis aut expectare aut exigere poteſt.

Hoc cum ſcripto ſupplici, præco ad Andium mittitur, qui publicæ fidei libellum ab eo impetra- et, vt ſcriptum illud Proteſtantium ad Regem oſſit ferri, per Eſtrangium Vicecomitem Viua- iatem virum perquam inluſtrem & prudentiſſi- mum: Sed poſtquam res iſta ab Andio denegata ſſet: Amiralius ſcripti illius exemplar ad Mare- callum Mommorantium Conſobrinum ſuum mittit, rogans vt Regi illud offerret, explicatis auſis, cur ad Regem certi homines minimè mit- erentur: cui Mommorantius reſpondet, ſe ſcri- ptum illud Regi exhibuiſſe: Regem verò illud minimè recipere voluiſſe, hac cauſa reddita: ſe ni hil videre neque audire velle, quod ab Amiralio proficiſcatur, niſi prius ipſe ad officium redie rit, eamque obedientiam, quam ſibi debeat, præſtiterit. Tum de ſuo conſulebat Mommo- rantius Amiralio: fore id melius tutiuſque, ſi ſe Regis fidei ipſe vltro commendaret: eam fa- cilem peruiamque rationem pacificationis fu turam: Sed Amiralius ſecundis ſuis litteris ex- cepit. Quoniam Rex ſupplicem iſtum ſo- ciorum ſuorum libellum recepiſſe noluerit, ſe

Rex Galliæ hunc libellum Proteſtantium ſupplicem recipere recuſat.

1569. maximopere dolere: at verò sese relinquere omn
Christianorum principum iudicio, (non præiu
catorum tamen,) num ipsi suum officium fecen
præstando Regi obsequio: cum semper con
fuerint omnibus modis impedire calamitates, q
Regno pestem exitiumque vltimum minitent
quæ vera debeat esse ratio bonæ ipsius gratiæ i
eundæ. Verum quandoquidem animaduertat, a
uersarios suos Regem ita impellere, vt vel Reg
exitio & ruina se sociosque constituerint, co
scientiæ pace Religionisque vsu & vita priuare, l
cturos se imposterum quod è re videbitur.

...earnum ...uem in fi... ...m Rex ...cupari ...sserit.

Tarridius interea vir & natalium splendore
bellica laude Inlustrissimus Aquitaniæque præ
ctus, Bearnum Nauarræam ditionem occupa
rat. Rex autem ideo hoc Tarridio imperaue
vt vel Reginam Nauarræam eiusque filium à com
muni causa Protestantium auocaret: aut illi
causæ patrocinium obstinate retinentem vari
bellis fatigaret, totamque adeo regionem hosti
liter captam & Nauarreæ familiæ auulsam si
vendicaret: Nec consilio isti fortuna defuit, co
flatis siquidem ex Occitania, Aquitania & Be
arno magnis copiis omnia Bearni oppida absq
vlla molestia occupauit, sola vrbe Bearnide e
cepta, quæ à Bassillone quodam nomine Reg
næ tum temporis tenebatur: Nauarræa rebus fe
mè desperatis, Mongomerium cum ducẽtis equ
tibus eo mittit, datisq; ad Vicecomites, Montalba
nenses & finitimos populos, Protestantiũ Religio
ni addictos, litteris, eosdem in auxilium vocat

Ne

Nec mora, incredibili siquidem celeritate ille mili- 1569.
tem cogit, & nec quicquam sese ad illum impediendum parantibus Aurillio, Monlucio cæterisque præfectis, qui expeditum iam habebant exercitum mille videlicet equites & quatuor peditum millia, per varias viarum, fluuiorumq; difficultates, postquam hostem elusissent, Bearnũ perueniunt. Tarridius interea Nauarræ in auxilio virorum aliquot illustriũ adhuc obsidebat, sed inopinato isto Mongomerij aduentu & grandiorum copiarum aduolantium rumore factus consternatior; quasi acie instructa viribus Mongomerij longe esset inferior, Nauarreidis obsidionem confestim soluit & Ortesium se recipit: id cum præcognouisset Mongomerius illico Tarridium inibi persequitur Ortesiumque vehemẽter obsidet, ac oppidanis nequicquam sese ad defensionem parantibus, vrbem, maximo ardore militum, ingreditur. Occupata vrbe Tarridius sese cum cæterorum nobiliorũ turba in arcem recipit, dumq; vrbs horrendo incendio vndiquaq; exarderet eiulantiumq; ploratibus misere circumsonaret admotis ad arcem oppugnandã quæ in vrbe reperta erant, tormentis colloquium à Tarridio petitur pactisq; conditionibus sese aliosq; aliquot illustres viros in Mõgomerij manus tradidit, Sancto colombeus tamen ex mandato Reginæ Nauarreæ paulo post trucidatus est hac potissimũ de causa, quod è clientib. suis vnus Tarridio rationes dedisset Bearni occupandi & iisdem Bearnensib. defectionis auctor fuisset. Tantæ autem cladis rumore cæteræ vrbes adeo perculsæ sunt vt cõfestim sese in manus Mongomerij traderent. Palum quoque

Mongomerius victo Tarridio Ortesium expugnat.

1569. vrbs primaria (quam Petæus tribunus quidam, R gis nomine, tenebat ac defendere conabatur) co tinuo deditur, in qua repertus Petrus Viretus pius ac singularis eruditionis, inter tot discrimi variaq; pericula conseruatus receptus est: Ita vi uersa Regio virtute ac industria Mongomerij potestatem Reginæ Nauarreæ summa celerita redacta fuit.

Dumque itaq; PP. res, præsertim in agro Pict uino, tam prospere succedunt, Pictauium prim riam regionis istius vrbem occupandam statuun oppugnandæ autem istius vrbis spem non diffic lem, Amiralio iniiciebat amplissimi oppidi ard anxiæq; custodiæ summa vastitas: suorum militum ardor: nec paruę bellicarum administrationum ra tiones, numeroso quippe & copiose instructo ex citu. Nec certe suis viribus tutari se posse vrb batur, quantumuis ad firmam custodiam satag ipso Ludio prouinciæ istius præfecto, neque en commeatus ad tantam hominum multitudinem suppetebat, nec numerosum adeo erat præsidium quod ardentium Protestantium impetū sustin posset: Itaq; Ludius ad prima ista initia istius fer fuisse sententiæ, vt oppidum certis atq; commo quibusdam conditionibus PP. dederetur: ver Guisij cum auxilij peropportunus admodum uentus non tantum illud, de deditione, consili impediuit, verum etiam effecit vt acerrima ista o pugnatio acerrimis quoque animis propelleretu Postquam itaq; Guisius, ex mandato Regis, vrb summo cum imperio ad decimum Mensis Iulij gressus fuisset, perlustratis oppidi mœnibus & p

pugn

ignaculis,ordineq; ad alendum militem necessa- 1569.
cognito torméta quoq; maiora certis locis dis-
nit, quæ obsidentium fulminibus vicissim obto-
rent. Mense eodem & quidé die vicesimo secun-
, Pictauium à Protestantibus summis obsidetur
ribus, vbi primâ tentaméta haud incruenta fue-
: aliquot itaq; ex Pontificiorũ parte desideratis,
burbia capta sunt, vnde non exiguum detrimen-
m oppidani perpessi sunt: econtra vero Pontifi-
j retento & summa animorũ promptitudine atq;
ariter fortitudine defenso suburbio Ruperellio,
bsidentes maxime infestabant: sed constratis ad
rbis mœnia minis, impetum Protestantes fecere
iusmodi, vt eam pomœriorum partem occupa-
ent, hinc desperatum pene oppidi retinendi con-
lium, ita vt prope derelinquendi oppidi rationes
uærerentur, cõiiciebantur insuper obsessi in gra-
issimã penuriam, eo quod, dirutis siue deuastatis
istrinis, frumento molendo non sufficerent, itaq;
ariæ tam obsidentium q̃ obsessorum ad inferenda
c depellenda incommoda, artes excogitatæ sunt:
Quæ quidem singulatim commemorata & decéti
rdine explicata, satis superq; demonstrant, quan-
is viribus Regnum Gallicum polleret si intestinæ
õcordiæ internas discordias cõmutarent. Quan-
um vel commodi vel incommodi locorum fluuio-
umque situs, quibus oppidum circumuallatum
st, nihil ab vtraque parte prætermissum, dum hi
acriter oppugnant, illi vero sese obstinate & forti-
ter defendunt, & obstinatior quidem Amiralij ad
oppugnationem peruicacitas obsessis certum exi-
lij certo videbatur allatura: si diutius perdurasset.

Pictauium à Protestãtibus obsidetur.

Soluen-

1569. Soluendæ itaq; obsidionis cum nequicquam te tatæ essent, Regis mandato, rationes, auxiliis adi gredienduim frustra emissis commodior ab And ratio hæc initur. Tenebatur, vt suo loco diximus, Protestantibus Castelleraldum (quod oppidu opportunum æque ac peropportunum in agro l ctauino situm) illud Andius obsidere instituit, vt Reformatorũ exercitum per causam auxilij lab rantibus sociis opportuno etiam sibi necessario oppido ferendi, Pictauio eliceret, quam obsidion Pictauio soluendæ efficacem viam euentus post commonstrauit.

VVarburgum arx à Danis recipitur. Ericum Regem Sueciæ à fratre suo Ioanne ol nimiam tyrannidem captum ac in vincula conie ctum fuisse, diximus. Cum itaque Ioannes eius no minis tertius, Gostaui filius, Vpsaliæ in Regem co ronaretur, omnesq; Regni pceres ac ductores mi litum ad eam solemnitatem euocati conuenissent; Danica & Lubecensis classis armata, Reualiensem portum in Liuonia, hactenus à talibus iniuriis im munem, ex improuiso obruens spoliauit & circiter triginta Mercatorum naues, plerasque mercibus onustas abduxit: In Daniam itaque classe reuersa, Rex militem in terra expositum, ad Warburgensis arcis, quam Suecus pro tempore adhuc tenebat, oppugnationem misit, in qua duo præcipui Duces Danici Franciscus, nimirum, Brockenhusius, ac Daniel Ranzouius, globo tormẽti maioris per ca put traiectus occubuerat: arx tamen subsequenti Mẽse Nouembri à Suecis dedita in Daniorum po testatem rediit. Ea obsidione durante, Sueci in Ble kingiam, Scaniæ prouinciam excurrentẽ, oppidi

Wehe

Vehe & Vstede & totum tractum Gunding Hert diteptum cremarunt. Danielis Ranzouij, (quo omnibus Daniæ Regis Ducibus, nemo maiores res eo bello gessit & ampliorem virtutis & fortitudinis gloriam adeptus est,) corporis exuuiæ, ex cania in Holsatiam delatæ & in templo parochiæ ipsius Westensee conditæ sunt, additis prosa & ligata oratione Epitaphiis, ex quibus tale quoq; circumfertur: 1569.

Epitaphiu Danielis Ranzouij &c.

Suecorum iacet hic domitor, terrorque pauorque
Spes Charitum, generis gloria, Martis honos.
Ingenium, pietas, grauitas, facundia, candor,
Cuncta sub hoc vno marmore clausa iacent.
Defunctum luget virtus, Rex, patria, fratres,
Sponsa, fides, bonitas, Cypria, Pallas, hymen.

Franciscus vero Brockenhusius Regni Daniæ Marescallus ac vniuersi peditatus Dux, tamquam fidus Ranzouij Achates, tali carmine funebri prosecutus est:

Francisci Brockenhusij. Vide Heinrici Ranzouij Heroas. fol. 37.

Pro patria tecum (Ranzouium intellige) *qui belli munere iunctus,*
Sæpius hostiles sum populatus agros:
Pro patria tecum qui iustis inclytus armis
Oppida contriui Suecica castra Duces:
Pro patria tecum qui læsus vulnere sphæra
Occubui, fato vix remorante diem:
Nunc tibi sum merito, vt magno Patroclus Achilli
Ranzoui iunctus proximiore loco.

In Saxonia, circa idem tempus, Iulius Dux Brunouicensis ac Lunæburgensis, controuersias, quæ patri & Maioribus ipsius cum vrbe Brunswicensi intercesserant, amice & componi & tolli passus est:

Controuersia inter Ducem & vrbem Brunouicensem dirimitur

Inter

1569. Inter cætera, præfecturam Assenburgensem, ac Guelforum vicinam, Duci Iulio, Senatus Brunouicensis integre restituit, quam ante centum sexaginta octo annos integros, Bernhardus & Heinricus, fratres, Friderici Imperatoris electi cædem ... turi, Brunouicensibus primum oppignorauerant. Princeps vicissim præfecturas Eichensem, nempe & Wenthusanam, duobus consulibus, nomine Reipublicæ, in feudum confert, & actioni in vete... rem vicum & saccum, quas vrbis Brunouicensis partes, à maioribus suis Senatui Brunouicensi oppignoratas tantum fuisse, pater Heinricus contenderat, pro se & hæredibus suis renunciat.

Cosmus Magnus Dux Etruriæ à Pontifice creatur.

Sexto Kal. Septemb. Pontifex Maximus, emisso Pontificio diplomate, Cosmum in Magnum Ducem Etruriæ creauit: his potissimũ de causis, quoniam (vt aiebat Papa) ob pietatem & feruentem erga Romanam sedem obseruãtiam inter oẽs excelleret, Carolo Gallorũ Regi vltimis bellis aduersus Reformatæ Religionis homines, auxilia eaque liberalissime, summiserit, B. Stephani militiã, annis superioribus, ad Dei honorem & Romano-Catholicæ Religionis propagationem instituerit, summa prudentia ac incorrupta iustitia populos suæ fidei commissos moderetur, opibus & milite abundet, amplissimas latissimasque ditiones possideat, in iisque absoluta potestate fruatur & ratione liberi dominij nemini subiectus sit, quodq; arctissima affinitate cum Maximiliano secũdo, Romanorũ Imperatore coniunctus sit: facere sese hoc insuper exemplo Prædecessorum suorum, vtpote, Alexandri Tertij, Innocẽtij Tertij & Honorati eiusdem Tertij

qui

1569.

qui Portugalliæ, Bulgarorum, Walachorum & Hyberniæ Reges olim creauerint. & vt Boemiæ Dux, nunc Rex appellari possit, concesserunt, corona insuper Regali illum donauit, cuius exquisitam nouamque formam depingi curauit. Quod factum à Pontifice æquitatem & animi moderationem professo, cum insolens plærisque videretur, tunc vero Cæsari fuit grauissimum, quod ad illius & Imperij haud dubiam iniuriam pertinere existimaretur. Itaque eam Cosmus postea comitatu magnificentissimo atque Regio Romam peruenisset, vt ita pro more & solemni ritu inauguraretur, Cæsar per Oratores suos intercessit, protestatusque hac de re additis minis adiecit, se rem inultam minime relicturum, si Pontifex incœpto non desisteret vel iura sacri Rom. Imperij vlterius forsitan inuaderet: ast cum Patronus fisci Pontificii protestationem hanc Cæsaream minime admitteret, inaugurationis istius ceremoniæ solemniter peractæ sunt, exacerbatis tamen Principum Imperii animis tamdem res eò deuenit, vt Pontifex, quamuis natura sua morose pertinax ægre admodum sententiam mutaret, eius vero rationem vt vlli redderet nunquam adduci posset, de ea re tamen sibi cum Cæsare agendum existimauerit.

Albanus rebus in Belgio feliciter gestis, vbi Bruxellas rediit, de nouis Episcopis vbiq; constituendis & Inquisitionis telo in suspectos stringendo cogitare cœpit. Postquam autem plerosque ad consilium, vti vocant, sanguinarium citasset, multi hocce terrore attoniti solum vertere coacti sunt, imprimis vero opifices, quorum infi- *Opifices terrore Ducis Albani, ex Belgio in Britanniam se recipiunt.*

nitus

1569. nitus ferme numerus semper in Belgio extitit, re
cto Belgio in vicinam Britanniam migrarunt, ad
vt tristis rerum Belgicarum facies vbique locon
conspecta sit: Quo facto, beneficio exulum, tex
ra Pannorum in Britanniam, translata fuit, qu
postmodum Angli, antehac agriculturæ & rei
cuariæ dumtaxat dediti, exacte didicerunt. Ta
autem numero Belgæ in Insulam istam confiu
runt, vt etiam vrbes aliquot desolatas ac inl
quentes, imprimis vero Noruicam, Colchestr
Maistonum, Sanduicham, Hamptonum & alias
staurauerint. Hisce itaque ita constitutis pro h
tempore Historiæ nostræ finem imponemus, & s
quenti tomo Deo volente pro instituto nostro
tali qua par erit industria reliqua an-
norum tempora stylo histo-
rico prosequemur.

INDE

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN HISCE IX. LIBRIS CONTINVATIONIS Sleidani contentarum.

A.

Accusatio criminalis aduersus Ioan. Funccium & eius asseclas instituitur. fol. 723
Acierus summus Protestantium copiarum Ductor. 983
Actio inter Ioan. Friderici Ducis Saxoniæ filios, intercessione Friderici Palatini componitur. 674
Adolphus Nassouius & Arembergius in prælio Helligersiano fortiter cadunt. 884
Adolphi Ducis Holsatiæ cum Christina Hassiæ Lãdgrauia nuptiæ. 608
Ainatsium Turcæ occupant. 740
Albanus Pontificiis in Gallia mittit auxilia. 828
Albertus Dux Borussiæ testamentum à se conditum retractat, id quod Rex Poloniæ facit irritum. 722
Albertus Dux Borussiæ moritur, quem paucarum horarum interuallo Anna Maria coniunx subsequitur. 876
Albertus Brandeburgicus moritur Pforzhemij. 25
Albertus Frideric. Dux Borussiæ feudum & insignia sui Ducatus adhuc adolescens à Rege Poloniæ solemniter accipit. 1002
Albertus Dux Bauariæ Arausiensem cum Albano frustra reconciliare conatur. 879
Alfonsus Cardinalis cæteris mitius punitur. 279
Aloisius Priulus Poli hæres. 85
Amasium ad placandum patrem se recipit. 172
Ambaxiani tumultus causa impulsiua. 230
Amiralius scripto edito abiecta sibi crimina diluit. 544
Amiralius subministrata Merao pecunia rationem reddit. 548
Amiralius auxiliis Anglicis magnopere iuuatur. 532
Ammiralij Regni Gallici sententia. 236
Andelotius ob negotium religionis capitur. 68
Andius Germanos frustra transitu prohibere conatur. 1029
Andium itidem, Regis fratrem à consuetudine Lothareni dehortatur & Cardinalem Borbonium gra-

uiter increpat. 969
ndreas Bardelotius minister Euangelij innocentißime in crucem actus. 732
ndreas Bero nauis Sueciæ præfectus, in pugna nauali fortiter cadit. 606
ndrea Auriæ pietas, charitas erga patriam, temperantia, liberalitas ac munificentia. 209. & 210
ngelus Medicinus Paulo IV. in Pontificatu succedit. 143
ngelus Lubecensium nauis prætoria proprio igne comburitur. 665
ngli in obsidione Lethæ frustra in nimium impetum faciunt, & inde repulsi omnes ferme molatrinas igne accendunt. 157
nglia Regina se ad pacem maxime inclinatam exemplis ostendit. 444
nas Hesperius Dominicum agrotum omnibus humanitatis officiis prosequitur. 642
nnona caritas in Belgio. 31
te victoriam non est triumphandum. 849
tiquæ leges & probatæ Constitutiones regni Gallici. 475
onius VVittersheymius Senatus Rostochiensis ad Comitia Augustana Legatus. 720
illius Pamiesium oppidum miserum in modum crudeliter vastat. 67
Archiepiscopatus Rigensis in Du... tum Transdunatium conuerti... 521
Armati ab aula Gallica exclud... tur.
Arnoldus Comes Bentheymiensis ... gionem Pontificiam abolet.
Arnoldi Ferroni senatoris ac ... Burdigalensis vita & obitus. ...
Arestum Senatus Parisini contra ... relianos. ...
Arsius Baro vna cum aliis ... Cipierrium Comitis Tend... lium cum omni familitio ... rum Iulij crudelißime trucid... 860
Articuli inter Protestantes & Pon... ficios Antuerpienses pacif... 736
Arx Hana à Gallis Hispanis ... 38
Auaricum à Guisianis occupa... 435
Auctoritas Ecclesiæ. ...
Augustus Elector Saxoniæ Gotha... expugnat & Grimmensteynia... arcem munitißimam expugna... expugnatamq; solo æquat. 71...
Aumalius Rothomagum frustra o... pugnat. 41...
Aumalij in Gallia conatus irriti. ...
Aurea doctrina omnibus principibus ac Magistratibus sedulo obser... uanda. 25...
Aurelia à Guisio obsidetur. 52...

Aurelia quo loco à Guisio potissimum infestatur. 531
Aurelianum & alia protestantium vrbes mœnibus priuantur. 585
Austriacorum ordinum conuentus Viennensis. 767
Axuaz oppidum à Baiazete fœde diripitur. 170

B.

Baiazetes contra datam fidem ab hospite suo vna cum liberis suis in vincula coniicitur. 178
Baiazetes Turcorum Imperator suo ipsius laqueo capitur. 789
Baiazetes à Purpuratis iussu parentis insequitur, quibus mira caliditate illudit. 174
Baiazetes à parente in gratiam recipitur. 165
Baiazetes infelix vna cum quinque filiis iussu parentis permittente id Thamo Persarum rege, necatur. 180
Baiazates fortissime dimicans cum suis in fugam vertitur. 171
Barbazieus Nucetum contra datam fidem diripit. 998
Basis ac fundamentum Reipublicæ veræ Religio. 223
Bearnum quem in finem rex Galliæ occupari iusserit. 1048
Belgæ introductionem Episcoporum improbant. 196
Belgæ introductionem Episcoporum improbant. 197
Belgarum ingenia ac mores. 794
Belgicorum nobilium fœdus Reformatæ Religionis ergo initum. 691
Bellum inter Catholicos Pontificios ac Protestantes horumque disciplina ac modestia militaris. 402
Bellum aduersus Condæum suscipiendum ab Hospitalio dissuadetur. 362
Belli Saxonico Bremensis incendium. 33
Bellorum diuersis in locis initium. 29
Bernhardus Episcopus Monasteriensis officio suo resignat in cuius locum Ioannes Comes ab Hoya substituitur. 737
Bernardinus Bocatellus à Rege Galliæ ad Germaniæ aliquot Principes ablegatur. 196
Beza ad Lotbareni Card. sermonem responsio. 361
Bibliotheca Cluniacensis nobilissima interitus & Matisconis oppugnatio. 439
Blasphemia horrenda militum Guisianorum. 352
Blesiani captiui & Cæsaredunniani ex custodia aufugiunt. 202
Bogenciacum ac Blesa à Protestantibus occupantur. 852
Borrhomeus & Mar. Siticbus fiunt Cardinales. 281
Botuelius adulterij & scortationum accusatur. 805

Botuelius cum Regina Scotiæ nuptias celebrat. 806
Botuelius proceres Scotos ad duellum inuitat. 812
Botuelius à crimine intentatæ cædis Regiæ per iudices absoluitur. 803
Botuelij clandestinæ litteræ de cæde Scotorum Regis intercipiuntur. 815
Botuelij miserrimus vitæ exitus. 818
Botuelio à confœderatis struuntur insidiæ. 808
Brederodus & aliquot confœderati Nobiles Belgici Parmensi supplicem libellum offerunt. 735
Brissaus in prælio interficitur, cæterique Pontificij partim caduntur, partim in fugam vertuntur. 851
Brossius Guisorum iussu cum copiis & aliquot Theologis Sorbonicis in Scotiam missus. 148
Buaco Turcorum auxilio vtramque Fessam occupat. 49
Buceri & Fagij cadauera effodiuntur & cremantur. 16
Buceri & Fagij cadauera combusta ac infamata honori pristino restituuntur. 17
Burgæus ob confessionem Euangelij damnatur. 100
Burgæi summa constantia. 107
Burgæi Confessio. 101
Burgæi patria, studia, munera publica ac mors. 109

C.

Cadauera Buceri & Fagij [illegible] diuntur & cremantur.
Caletum à Gallis obsidione cing[illegible] & expugnatur.
Callidum muliebre consilium. [illegible]
Carafarum supplicia. [illegible]
Caritas à Bipontino expugnat[illegible] 1028
Cardinalis Lotharenus rerum [illegible] Francia violenter gestarum ca[illegible] principalis. [illegible]
Cardinalis Ferrariensis ad Reg[illegible] Gallorum mittitur, sed re infe[illegible] cum ludibrio domum rem[illegible] 281. & 282
Cardinalis Lothareni & co[illegible] neorum cruenta consilia. [illegible]
Carolus Philippi Hispaniarum [illegible] filius, in suspicionem apud [illegible] trem incidit. [illegible]
Carolus Hispaniarum Princeps [illegible] ctus ex insidiis à parente [illegible] ac captiuus custoditur. [illegible]
Carolus V. cur liberum in Germania exercitium Religionis permiserit. 47[illegible]
Carolus V. moritur in Hispania. [illegible]
Carolus Brimeus Comes Megen[illegible] sclopeti ictu vulneratus moritur. 885
Caroli Marillaci Episcopi Vienne[illegible] sententia. [illegible]
Caroli IX. regis Gallorum inaug[illegible] ratio & Eleonoræ Austriacæ nu[illegible] ptiæ

ptia. 284
Carnutum firmo munitur præsidio & à Condæo obsidetur. 859
Casale vrbs vna cum arce munitissima à Gallis intercipitur. 10
Casimirus Palatini filius Germanicarum copiarum auxiliarium ductor supremus à Condæo honorifice excipitur. 843
Casimiri Palatini & nobilium aliquot Germanorum insignis liberalitas atque munificentia. 845
Castellerius à Nauarræa ad Reginam Angliæ cum literis ablegatur. 987
Castillo & Castellorenardum præcipua Amiralij domicilia, à Martinengo Italo expredantur. 1031
Castillonæus re infecta ad Condæum reuertitur. 836
Castillonæi ad propositiones regias secunda responsio. 834
Castillonæi ad interrogata Reginæ, responsio prima. 833
Causa prima religionis in Gallia. 988
Causa cædium ac latrociniorum in Gallia impunitas. 598
Causa armorum à Protestantibus sumptorum impulsiua. 835
Causa cur hactenus Rescriptis regiis in Gallia nulla fides fuerit adhibita. 895
Cauuignium munitissimum castellum, deditione, à Condæo occupatur, soloque æquatur. 991
Cædes maxima Gallorum prope sanguintinum. 36
Cædes quorumdam nobilium Francorum Orientalium. 64
Cælibatus an propter bona Ecclesiastica sit retinendus. 649
Cæsar alteram pacificationem inter Danum & Suecum instituit. 781
Cæsaris ad Megapolitanum litera mandatoria. 673
Cæsareani prope Zigethum funduntur. 658
Cæsareani Turcos apud Siclensium cædunt. 743
Cherisius ab Harene & aliquot ciuratis confoditur. 55
Cherisij immanis in sobrinos crudelitas. 53
Christianus Laurentiades Egenolphus Paraphrastes Prouerbiorum Salomonis. 791
Christiani noui ex Lutetia exterminandi. 393
Christiani & Christierni Danorum regum obitus. 110
Christophorus Dux VVirtembergicus Elicurtum oppidum ac arcem expugnat. 284
Christophorus Dux VVirtembergicus cum Cardinale Lotbareno de Augustana confessione colloquitur. 348
Cochæus perfide confoditur. 997
Cocheranus è latomo Marriæ Comes factus, bellum ciuile excitauit.

nit. 623
Colloquium Passiacense inter protestantes ac Pontificios. 285
Colloquij Possiacensis instauratio & Lothareni Cardinalis oratio. 294
Concio Reginæ Nauarreæ ad milites. 1024
Concilium generale ad quid conducat. 218
Concilia peruetusta minime condemnanda. 316
Conciliorum Nationalium fructus ac vtilitas. 225
Condæus & cæteri protestantes proceres, ex necessitate capiunt consilium. 772
Condæus castris Guisij frustra struit insidias. 409
Condæus ad euitandas hostium insidias Nucetum se recipit. 892
Condæus de protestantibus factis iniuriis apud Regem ac Reginam conqueritur. 592
Condæus Aureliis carceri mancipatur, Rex Nauarrus vero arcte custoditur. 244
Condæus ob summum sibi structum periculum Nuceto discedit. 909
Condæus priorem purgationem ad diluendum aduersariorum obiectiones hic eisdem ferme verbis repetit. 469
Condæus ambitionem coronæ Gallicæ in aduersarios suos retorquet. 486
Condæus belli causam scripto publico exponit. 37
Condæus à Pontificiis ad defection[em] sollicitatur. 5
Condæus de violato regis edicto [con]queritur. 5
Condæus de sua erga regem obser[uan]tia ad omnes nationes prouoc[at]. 430
Condæus c... rebellionis in adu[er]sarios suos retorquet. 4
Condæus se minime motuum Gal[li]corum auctorem profitetur [...] non quidem immerito. 3
Condæus coram rege ab obiecto c[ri]mine se purgat. 4
Condæus cur Lutetiæ subsistere no[lue]rit.
Condæus tertia vice ad regem [...] scribit.
Condæus Andium ipsis in castris [...]ritur & circiter sexcentos [...]cit.
Condæus cum omnibus copiis Ni[...] discedit. 101
Condæus Princeps à Montesqu[...] tergo perfide interficitur. 102
Condæanorum virtutum Encomium. 1021
Condæus Lutetiā ingreditur & pau[l]lo post à Guisiis rursum expellitur. 355
Condæus innocentiam suam ex [...] ad Reginam datis literis testat[ur]. 421
Condæus fidelitatem & obseruantiam suam erga Regem ad poste[]

ritatem propagare nititur. 400
Condæus sese cum copiis Germanorum auxiliarium coniungit. 842
Condæus Rupellam concedit & sociorum implorat auxilia. 956
Condæus mirabiliter ex hostium suorum insidiis euadit. 947
Condæus in regina sententiam cur non consentiat. 407
Condæus vna cum quadringentis nobilibus se ad regem conferre frustra conatur. 776
Condæus Engolesmium & Niortum occupat. 972. & seq.
Condæus Aurelianum occupat. 363
Condæus solemni protestatione se nihil aduersus regem hostiliter suscepturum attestatur. 942
Condæus à Rege absoluitur. 264
Condæi coniunx gemellos vno eodemque partu excludit. 364
Condæi declaratio altera de belli caussis & Guisiorum actionibus. 388
Condæi æquanimitas & integritas. 493
Condæi ad Regem ante discessum littera & querimonia. 910
Condæi scriptum publicum contra Guisiorum iniurias ac calumnias. 415
Condæi responsio ad Senatus Parisini Arestum. 417
Condæi querela secundum Senatus Parisini opinionem duplex. 385
Condæi caussa impulsiua cur nimirum nolit migrare in exilium. 479
Condæi litera ad Reginam ac Regem Nauarræum fratrem. 370
Condæi ad Cæsarem, Sabaudum & Palatinum litera. 383
Condæi in aulam aduentus & Planchei cum Regina Colloquium. 205
Condæi patientia, ac regis Francisci mors. 248
Condæi secunda epistola ad Regem Galliæ purgatoria. 778
Condæi de pugna, cum Guisio ineunda consilium, eiusdemue aciei descriptio. 504
Condæi ædes cur Catharina Reginæ iussu perlustrata.
Condæi Amiralij & confœderatorum Gallorum nobilium vnicum & vltimum consilium. 946
Condæi ad Regem Galliæ littera 775.
Condæi administratio bellica vbi reprehensam mereatur. 867
Condæanorum militum expostulatio. 409
Confraternitatis sancti Spiritus in Gallia actor quis? 938
Confœderati Nobiles Belgici, Parmensi, de tollenda inquisitione,

ne, supplicem libellum offerunt. 713
Coniuratio Pandolfi Puccij aduersus Cosmum detegitur. 141
Coniunx Condæi gemellos vno eodemque partu excludit. 364
Comes Aranie imminenti periculo se subtrahit. 147
Comitia prouincialia aduentu Albani, in Belgio euanescunt & econtra Duodecemuirale consilium instituitur. 798
Comitia Augustana. 111
Comitiorum Augustanorum progressus. 4
Connestabilis à Condæanis capitur & lethaliter vulneratur. 825
Consanguinei & Consobrini Regis Franciæ. 538
Consilium Condæi de domum ablegandis Guisiis. 395
Consilium muliebre callidum. 57
Consilium de intercipienda Dieppa detegitur, & facti istius conscij plectuntur. 1011
Consilia sanguinolenta Regis Hispaniarum aduersus protestantes. 689
Consilia Guisiorum & sociorum quo tendant. 379
Consiliorum Guisiorum quæ occasiones? 381
Contentiones inter Regem Nauarraum & Reginam matrem. 265
Controuersia inter regis Daniæ & Ducum Holsatiæ legatos propter feudum Ducatus Slesvvicensis. 782
Controuersia inter Regem Daniæ & Hamburgenses quo pacto sublata sit. 356
Controuersia inter Sabaudum & Gebenenses. 773
Controuersia inter Ducem & vrbem Brunouicensem dirimitur. 1053
Coquevillius Lutetiæ securi percutitur. 865
Conuicia Aulicorum in negotio religionis & inde subsecutio Bellouacensis tumultus. 268
Conuentus Electorum Imperij Francofurti ad Mœnum. 61
Conuentus ad minorum [illegible] Comitia maturatur. 261
Conuentus ad SanGermani fa[illegible] 272
Cor cuiusdam victi militis ex intestinis euulsum, publice venditum & à quibusdam Pontificiis inmanem in modum comestum. 1036
Cosmus Magnus Dux Etruriæ à Pontifice creatur. 1054
Crudele Itali cuiusdam immanitatis exemplum. 438
Crudelissimum immanitatis ac libidinis exemplum. 516
Cubiculariis & aliis ministris aulicis Regis Galliæ dimidia stipendiorum pars detrahitur. 263

D.

DAntiscana Respublica cur à Polonia rege grauius tentata ac onerata fuerit. 1066
Dantiscani cum Dano transfigentes naues vna cum mercibus recuperant. 1009
Daniel Rantzouius Suecorum victor. 667
Danica nauis pratoria vna cum Amiralio capitur. 666
Danorum & Suecorum pugna naualis. 726
Dauid Rizius Musicus fit ex Iro Crœsus. 615
Decretum conuentus Nannetensis. 186
Decreta Comitiorum Ratisponensium publicè prælecta. 27
Decreta regis Poloniæ de Ducatu Borussiæ. 722
Delectus populorum Reipub. plus obsunt quam prosunt. 930
Deliberatio consilii priuati de remediis Gallicorum tumultuum. 213
Descriptio disciplinæ militaris ab Condæo facta. 958
Descriptio vrbis Zigethi. 19
Desperandus in furorem vertitur. 875
Didenbofium à Gallis expugnatur P. Strozza occumbit. 70
Differentia vera inter Regem & Tyrannum. 222
Dionysius Corinthiorum Episcopus. 647
Diuersum ius inter heredes regios ac priuatos. 618
Diuinæ prouidentiæ exemplum. 395
Donum continentiæ non cuiuis datum. 648
Ducis Bipontini ad regem Francorum littera. 1026
à Duce Monpensirio vna cum Petrogordio vincitur & interficitur. 986
Ducatus Aurelianus quo pacto regis fratri natu maiori ademptus fuerit. 586
Duceuti Protestantium Blesis trucidantur. 904
Dunkerka oppidum à Gallis expugnata ac direpta. 73

E.

EBrainus Stroschenius Imperatoris Turcici legata cum Ferdinando Cæsare paciscitur. 464
Ebrietatis certissima descriptio & detestatio. 662
Ecclesia vna semper fuit & vna fides. 313
Ecclesia vnde sic dicta. 302
Ecclesia an erret. 311
Ecclesia nota. 303
Ecclesia persecutores diuinitus puniti. 67[illegible]
Ecclesiarum Protestantium in Belgio, progressus. 71[illegible]
Ecclesiarum Gallicarum status turbulentissimus. 770

Ecclesiarum veterum status turbulentißimus. 226
Edictum Ducis Albani contra Protestantes Belgicos. 793
Edictum de pace cum Condaeo ineunda quem in finem promulgatum fuerit. 866
Edictum Ianuarii cur promulgatum. 342
Edicti Regii in gratiam Reformatorum promulgati interpretatio. 561
Edicta noua Regia in Gallia. 631
Edictorum Regiorum finis quis? 387
Edictorum Moderationis summa. 715
Edimburgum à foederatis occupatur. 811
Egmondanus & Hornanus Comites iussu Albani contra fidem capiuntur. 796
Egmondanus ex Hispania domum reuertitur & legationis suae Bruxellis rationem reddit. 691
Egmondani ad falsa narrata responsio. 888
Egmondani ad regem Hispaniarum, ante mortem, litera. 888
Eguinarii Baronis epitaphium. 137
Elector Palatinus ingentem vim pecuniae Hispanicae Manhemii intercipit. 881
Electorum imperii conuentus Francofurti ad Maenum. 61
Electorum ad propositionem Pontificis responsio. 26[illegible]
Electorum Principum Germanorum Naumburgi conuentus. 2[illegible]
Elephas ingeniosißimus Maximiliano Caes. ex Hispania, muneris loco transmissus. [illegible]
Elisabetha in reginam Angliae creata. [illegible]
Elsburgum à Sueco frustra obsidetur. 606
Elsburgum Sueco à Dania regi dimitur. [illegible]
Engolesmiam frustra ab Audio tentatum. [illegible]
Epilogus siue Regii istius Colloquii conclusio. [illegible]
Episcopus VVirceburgicus sclopeti ictu necatur. [illegible]
Episcopi VVirceburgensis ad Grumbachii apologiam responsio. 610
Episcopatus Naumburgensis [illegible] dit Augusto Electori Saxoniae. 607
Epitaphium Eguinarii Baronis 137. & Danielis Ranzouii [illegible] 1053
Aerarium regium qua arte à Guisiis mirum in modum auctum sit. 122
Ericus rex Sueciae concubinam suam matrimonio solemni pompa regia sibi iungit. 9[illegible]
Erici regis Suecorum inhumana crudelitas. 7[illegible]
Erdenda cum vicinis aliquot loc[illegible]

in Cæsaris potestatem perueniunt. 657
Erdenda à Turcis recipitur, cuius præsidiarii crudeliter mactantur. 659
Erdendam ac totum eiusdem territorium rursum occupat Schwendius. 660
Exercitus Condei & Andii in hyberna deducuntur. 1000
Expeditio Turcica in Hungariam. 743

F.

Fata virorum illustrium cum nonnullis elogiis & epicediis. 694
Felix Germanica virtutis primordium à Condeo compensatur. 847
Ferdinandus Cæsar ac reliquis Rom. Imp. Principes Daniæ, Sueciæ & Poloniæ reges frustra reconciliare conantur. 604
Ferdinandus Cæsar ac Germaniæ Principes, communionem sub vtraq; specie & coniugium sacerdotum à Pontifice Maximo efflagitant. 645
Ferdinandus rex cur ad Comitia Ratisponensia venire non potuerit. 17
Ferdinandus Cæsar moritur. 605
Ferdinandi Hispaniarum regis de vagorum militum delectu iudicium. 856
Fidelium subditorum officium. 397
Fortuna bellica. 211
Fortunæ inconstantiæ tragicum exemplum. 629
Fœdera inter Suecum & Daniæ regem per Suecorum regis legatos renouantur. 359
Franciscus rex Galliæ ingeniosissimus. 391
Franciscus Otto Lunaburgicus moritur. 67
Francisci regis viles exequiæ. 350
Franciæ rex maiorennis declaratur, & Pontificii religionem Reformatorum euertere conantur. 558
Franciæ regina ad Christophorum VVirtembergicum litteræ. 554
Fremitus militum Turcicorum sedatur. 681
Fridericus VVirspergius Episcopus Herbipolensis propter tumultum Grumbachianum ad Noricos confugit. 577
Fridericus rex Daniæ aduersus Ericum regem Sueciæ expeditionem suscipit. 522
Funccius Horstius & Ioan. Snellius securi percutiuntur. 724
Galliæ rex & Pontifex Maximus Concilia indicunt, Vergerius vero Concilium Pontificis libello impugnat. 252
Galliæ rex Condæo grandem pecuniæ summam soluendam imperat, cui Condæus illico per Telignium respondet. 893
Galliæ rex ob luẽ pestilentẽ Lugduno

discedit. 587. & Citadellam exstrui mandat, & id qua de causa. ibid.
Galliæ rex apud Massilienses magnifice excipitur. 637
Galliæ rex cum Elisabetha Hispana Baionam ad colloquium proficiscitur. 687
Galliæ rex ad Condæi litteras respondet, & obseruationem edicti pollicetur. 603
Galliæ rex hunc libellum Protestantium supplicem recipere recusat. 1047
Galliæ rex regni sui perlustrationem exorditur. 586
Galliæ regis per vniuersum regnum obequitatio. 584
Gallorum ingens strages Anno 1346. 60
Georgii Peersonii Erici regis secretarii tragicus vitæ exitus & regis ipsius criminum obiectio. 952
Georgii Sabini obitus, & elegia, de eodem funebris. 256
Germani & in primis Heluetii à Condæo orantur vt ab armis contra Protestantes ferendis abstineant. 432
Germani ab Aumalio ad defectionem sollicitantur. 996
Germani & Heluetii Guisio transmittunt auxilia. 413
Germani ab Hispano deficiunt. 39
Germanorum militum in castris Philippi tumultus. 38
Germanici exercitus numerus & eiusdem Ducum primariorum nomina.
Genlius à Condæo ad Guisianos sumque mutato consilio, ad Condæum deficit. 9[illegible]
Genlius Bergæ abiri moritur, & Moyus in officio suo successit. 101[illegible]
Gesnerus Medicus ac Chirurgus peritissimus fuit. 70[illegible]
Gesneri vita & obitus. 70[illegible]
Gonzaga à Cæsare euocatur ex Italia in Belgium. 13[illegible]
Gratitudinis insigne exemplum. 25[illegible]
Grauissima contra Protestantes in Gallia sententia. 979
Guilielmus à Grumbach, VVirceburgum Orientalis Franciæ [illegible] dum capit. [illegible]
Guilielmus Nassouius Princeps [illegible] gianus Protestantes & Pontificios Antuerpiæ, articulis quibusdam promulgatis, conciliare conatur. 7[illegible]9
Guilielmus Nassouius Hochstratanus & alii Proceres ab Albano citantur. 870
Guilielmus Grumbachius scripto apologetico rem suam apud delegatos Cæsareos tueri conatur. 609
Guisius ob sibi suisq; negatum commeatum Valentium occupat. 26[illegible]
Guisius & Tiraldus Campsium expugnant, & cum incolis crudelissime agunt. 29[illegible]

Guisii cur Regis fratres tam immani innocentum mactationi interesse voluerint. 191
Guisii turbarum Gallicarum auctores. 192
Guisii socrus generum acerbe increpat. 245
Guisii erga captum Condeum humanitas. 509
Guisiorum in aula Francica potentia. 119
Guisianæ cædis descriptio. 503
Guisianorum militum horrenda blasphemia. 352

H.

HAlis Bucarus strangulatur & Abdala totum Mauritanorū regnum in tuto possidet. 58
Heinricus Imperator è lapsu ingentis lapidis conseruatur, eiusdē vero vita insidiator pellitur diuinitus. 790
Heinricus rex Franciæ in arena gratuiter læsus, occumbit. 199
Heinricus Iulius Dux Brunsvvicensis, infans adhuc bimus in Episcopum Halberstadiensem quibus conditionibus electus sit. 739
Heinricus Stuartus rex Scotiæ aduersus regni rebelles expeditionem suscipit. 619
Heinrici Stuarti cum regina Scotiæ nuptiæ. 614
Hæretici quibus olim armis ab Episcopis oppressi & conuicti sint. 210
Hæresiarchia Dauidis Georgii mirabiliter detecta atque punita. 114
Heluetiorum copiæ Lugduno in castra Guisianorum deducuntur. 438
Hispaniarum rex cur Nobilitati Gallicæ infensus sit. 938
Hochstratanus Comes insidias Albani euadit. 796
Homicidium Cardinalis Montani relinquitur inultum. 280
Honores mutant mores, sed raro in meliores. 697
Hermanus ad confessionem delictorum cogitur. 889
Horrenda atque immania tyrannidis ac crudelitatis exempla. 734
Hospitalii Regis Cancellarii oratio. 288
Husham Suendius frustra obsidet. 740

I.

IAcobus Rhatgeberus Secretarius VVirtembergicus Baronem Daradmartinum nominat. 403
Iacobus Milichius Medicinæ ac Philosophiæ Doctor. 140
Iacobi Heraclidis Basilici in VValachia & Demetrii Visniouecii, tragici vita exitus. 528
Iacobi Milichii vita. 140
Ioh. Fridericus Dux Saxoniæ ca-

prius ad Cæsarem deducitur & Grumbachius eiusque asseclæ proscripti rapiuntur ad supplicium. 788
Ianus Baptista Gondius ingentem pecuniæ summam regi Galliæ subministrat. 941
Ianuarii edictum cur promulgatum. 342
Ianuarii summa edicti. 343
Ioannes Dux Transsyluaniæ Tocaium frustra recuperare nititur. 763
Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ, Grumbachium proscriptum in tutelam suam recipit. 674
Ioannes Mansfeldius capitur, & in sua custodia moritur. 799
Ioan. Albertus Mechelburgicus cum exercitu Rostochium intromittitur. 671
Ioan. Dux Finlandiæ à fratre rege Sueciæ cum vniuersa familia aulica capitur. 526
Ioannes Dux Palatinus moritur. 30
Ioan. Albertus Dux Megapolitanus ad componendas Rostochiensium controuersias Commissarius à Cæsare constituitur. 669
Ioannis Bellai Cardinalis & Episcopi Parisini. 182
Ioannis Matthesii obitus. 696
Ioannis Rantzouii obitus. 698
Ioanna regina Nauarreæ struuntur insidiæ quæ tamen irrito conatu rursum euanescunt. 640
Imagines & ritualia ornament[a] Belgio è templis à Protestan[tibus] profligantur.
Imperium onus intolerabile.
Imperium quale Deo gratum & [ac]ceptum sit. 9
Infelix Romanorum Imp. vsque Carolum Magnum conditio.
Inquisitio Hispanica sub vistum nomine in Belgio venditari [coe]pta. 6
Insignis Christianorum de Turcis [vi]ctoria. 6
Insigne gratitudinis exemplum.
Insigne Sacro-Sanctæ iustitiæ [speci]men. 9
Itali Gallorum sanguisugæ.
Italorum militum detestandi [...] mia.
Italicarum rerum compendi[osa] scriptio.
Iulius Dux Brunsvvicensis ad gu[ber]nacula Reipub. euehitur.
Iulius Cæsar Scaliger miles fo[rtis]. 90
Iulii Cæs. Scaligeri obitus & Elogi[um]. 88
Iuramentum Serinii fidelitati[s]. 746
Iuramentum militum & ciuium. 746
Iuramentum fidelitatis à Duce Borussiæ regi Poloniæ præstitum. 1004
Iurisiurandi formula examinata. 898

Iustitiæ elegantissima definitio. 1012

L.

Lamoraldus Egmondanus & Hornanus Comites capitis supplicio afficiuntur. 887
Lansacus ad impetranda reg. Galliæ equitum auxilia, in Germaniam mittitur. 779
Legis & armorum finis quis. 231
Leges militares Condæi. 959
Legatus Anglicus nuptias reginæ Scoticæ frustra impedire conatur. 617
Legatorum Danicorum ad propositiones Holsatorum responsio. 784
Legatio reginæ Scotiæ ad Galliarum regem. 806
Libelli supplices Exulum Salisburgensium. 27
Liga sacra ad extirpandos hæreticos in regno Galliæ condita. 619
Litteræ clandestinæ Botuelii de cæde Scotorum regis intercipiuntur. 815
Litteræ reginæ ad Condæum. 829
Littera mandatoria Cæsaris ad Megapolitanum. 673
Littera Condæi ad Reformatorum Ecclesias. 365
Littera Apologetica Lutheranorum captiuorum ad regem Christianissimum. 44
Littera intercessoria Germanorum Principum pro reformatis in Gallia captiuis. 93
Littera regis Galliæ ad Condæum. 831
Litterarum Nauarræarum Epilogus. 989
Litterarum Amiralii Epilogus. 554
Litteratorum virorum quorundam obitus. 649
Litteratissimi viri in Anglia ob confessionem Euangelii comburuntur. 9
Liuoni à Rege Poloniæ contra Moscos auxilia petunt. 113
Lotharenî Card. expeditio armata, ridiculoso exitu confunditur. 632
Lotharenî Card. & reginæ astutia. 559
Card. Lotharenî de Ecclesia sententia. 296
Lubecenses & ciuitates fœderatæ confirmationem suorum priuilegiorum in regno Sueciæ non approbant. 357
Lubecenses regi Daniæ aduersus regem Sueciæ sociis armis se coniungunt. 321
Ludouicus Foxius clandestinarum & artificiosissimarum machinarum architectus solertissimus. 872
Lutetia à Guisiis validissimo mu-

nitur præsidio ad Regem reginamque in captiuitatem abducunt. 361
Lutherani nouo ac exquisito artis genere in Gallia explorantur. 128
Lázignanum arx munitissima cum opulenta præda, à Protestantibus diripitur. 1034

M.

Machina ad oppugnandum Condæum parantur. 245
Madrici cuiusdam ad reginam matrem littera: 904
Magistratus summi laudatissima administratio. 212
Magni dies in Gallia quid. 771
Maiestatis diuinæ læsæ rei qui iudicandi sint. 425
Maiestatis humanæ violatores qui. 426
Marescallus Santandreus capitur ac interficitur. 508
Maria regina Scotiæ ab exercitu ignominiosissimè excipitur. 814
Marieburgum & alia Liuonum arces à Moscouitis occupantur. 207
Matisco à Neuersio occupatur; & pacta victis minimè à victore, seruantur. 841
Matrimonii sacerdotum probatio. 647
Matrimonia inter regem Hispaniarum, Sabaudum & Reginas Franciæ. 98
Mandata militarem disciplinam spectantia. 747
Mansfeldius præsenti periculo sese subducens in Galliam se recipit. 797
Marci Horuati notata virtus. 2[illegible]
Margarita Parmensis motus in Belgio sedare conatur. 72[illegible]
Maximilianus Imperator ex castris Viennam reuertitur. 76[illegible]
Maximilianus Cæsar prima sua Cr[illegible] mitia Augustæ celebrat. 7[illegible]
Maximilianus II. in Romanorum Imperatorem eligitur. 45[illegible]
Maximilianus Cæsar ad denega[illegible] Suecis commercia, sollicita[illegible] 667
Maximilianus Cæsar cum Impera[illegible] re Turcico paciscitur & [illegible] bus Austriacis liberum [illegible] Religionis exercitium. 9[illegible]
Maximilianus Imperator ad gerendum in Hungaria bellum Turcicum Lazaro Schvvendio summam totius negotii commendat. 653
Maximiliani Cæsaris de Lotharen[illegible] & Granuellano Cardinalibus iudicium. 957
Maximiliani in Regem Hungariæ coronatio. 580
Mechemetis in tegenda morte Solimanni calliditas. 757
Medicus Solimanni clam necatur. 756

Melita omnibus viribus à Turcis infestatur. 875
Meraus non solummodo apud Amiralium, verum iamdudum Guisium interficere conatus est. 553
Merai verba Amiralium ab accusationibus liberantia. 546
Mendacium de regis Franciæ aduersa valetudine sparsum. 123
Michael Gisilerus Pij IV. Pontificis Maximi in Pontificatu successor. 712
Michael Hospitalius Oliuarii successor constituitur. 194
Milites non solum corpore dumtaxat, sed animo potissimum fortes, & more horum Romanorum Ducibus suis sint morigeri. 854
Militaris disciplinæ necessitas. 856
Mirebellum ab Andio recipitur. 998
Mirebellum oppidum Condæus deditione capit. 992
Modaca Insula vberrima à Pileo occupatur. 1026
Mommorantii in aulam aduentus & Condæi liberatio. 249
Morauius vir priscæ integritatis, instinctu Rizii ex aula pellitur. 616
Motus Germanici. 949
Mongomerius victo Tarridio Ortensium expugnat. 1049
Monlucius à coniuratione, contra Nauarræum, se defendit. 645
Monterellum à Condæo occupatum. 82[illegible]
Montesquius Principem Condæum à tergo perfidè interficit. 102[illegible]
Mordisius Saxoniæ Cancellarius ab officio remouetur, & domi captiuus detinetur. 66[illegible]
Moruillerius & Senarpontius indignis modis præfecturis suis exturbati. 92[illegible]
Mors Alberti Comitis Mansfeldii. 209
Mors Philippi Stetini ac Pomeraniæ Ducis. 182
Mors & Epicedion Philippi Melanthonis. 198
Mors & Epitaphium Petri Lotichii secundi. 253
Mors Eleonoræ Cæsaris sororis & VVolfgangi Principis Palatini. 63
Mors litteratissimorum quorundam virorum, vtpote Duareni & sequentium. 135
Mors Pauli IV. Pontificis maximi. 130
Mors Oliuarii Galliæ Cancellarii. 194
Mors Solimanni Imperatoris Turcici. 755
Mors Pauli Rhodæ Stetinensis Ecclesiæ directoris, cum eiusdem Epitaphiolo. 527
Mors Arnoldi Ferroni Senatoris ac Iureconsulti Burdigalensis. 5[illegible]9
Mosibus Germanis minime fidentes eosdem ex vrbe Derbato in Mosco-

uiam abducit, 666
Mouuentius in ora Rhodani triangulare propugnaculum extruit. 984
Munera Solimanni Ferdinando Cæsari transmissa. 465
Mustafa quidam suppositititius magnorum motuum in regno Turcico, autor. 161
Mustafas personatus capitur. 164

N.

NArusius Copanus præfectus in conflictu ab Heiduco quodam cæditur. 21
Nauarraus & alii coniurationis insimulantur. 193
Nauarraus post defunctum Condæum summus fit Dux exercitus. 1025
Nauarraus rex moritur. 501
Nauarraus rex sclopeti ictu lethaliter vulneratur. 497
Nauarrai vitæ struuntur insidiæ. 247
Nauarraa expeditionis suæ caussam facit triplicem. 987
Nauarrea regina aliorumque Principum Protestantium ad regem Galliæ, supplex libellus. 1037
Naues Danicæ à piratis Polonicis intercipiuntur. 1009
Naumburgensis Episcopatus cedit Augusto Electori Saxoniæ. 607
Nemausensis & Monpessulana arces à Protestantibus recipiuntur. 131
Nobilis in obsidione Rothomagi mirabiliter ac diuinitus mortis periculo præsentissimo eripitur. 49[illegible]
Nobilitas Gallica iurisiurandi à Rege transmissam formulam acceptare recusat. [illegible]
Nonnaum oppidum miserabiliter vastatur. 5[illegible]
Norcarmius Valencenensium præfectus, tyrannus & Protestantium persecutor crudelissimus, Valencenas obsidet. 73[illegible]
Nuptiæ Francisci Delfini & Mariæ reginæ Scotiæ. 6[illegible]
Nuptiæ Guilielmi Arausiensis & [illegible]næ Saxonicæ. [illegible]
Nuptiæ inter Guilielmum Principem Bauariæ & Renatam [illegible] Lotharingiæ. [illegible]

O.

OBitus Christiani & Christierni Danorum Regum. 1[illegible]
Obitus Illustrissimorum aliquot Europæ Principum. 1[illegible]4
Obitus Eliesabethæ Hassiæ Landgrauiæ & Guilielmi Archiepiscopi Rigensis. 519
Obitus & Elogium Ioachimi Scenderi Ecclesiæ Rostochiensis pastoris. 608. eiusdem liberi ibid.
Obitus Caroli Principis Anhaltini 275
Obitus & Elogia Iulii Cæs. Scaligeri 88

Obitus Reginaldi Poli Cardinalis. 83
Obitus Ioannis regis Portugaliæ. 31
Odettus Castillonæus Card: maturandæ pacis gratia ad regem reginamque proficiscitur. 831
Onera grauissima siue grauamina Reipub. Dantiscanæ à Sigismundi regis Poloniæ commissariis imposita. 1007
Opifices terrore Ducis Albani, ex Belgio in Britanniam se recipiunt. 1055
Oratorum Pontificiorum in conuentu Naumburgensi; propositio. 259
Oratio Theodori Bezæ Vezelis. 292
Oratio Serinii ad concionem militum. 751
Oratiuncula Serinii Comitis ad ciues & præsidiarios Sigethi. 745
Obsessi in Zigetho à Ferdinando & Nadasdo petunt auxilium. 12
Occitanii quidam milites Pyrogopolinices variè à Rusticis mulctantur. 848
Officium fidelium subditorum. 397
Ormisthonius à Regente cum pecunia ex Anglia allata intercipitur. 151
In Occitaniam ad Nemausenses progreditur. 638

P.

Pax inter Gallos & fœderatos quibus conditionibus firmata sit. 151
Pax inter Reginæ & Condæi partes sancitur. 131
Pacis conditiones à Condæo reginæ proposita. 861
Pacta fœderis inter Anglos ac fœderatos & Reginæ Angliæ scriptum Apologeticum. 153
Pacificatio inter Hispanum & Regem Franciæ. 82
Pacificatio inter Heluetios ac Ducem Sabaudiæ. 773
Palatinus Condæo respondet. 384
Paliani Ducis ante mortem summa constantia. 278
Palotta à Georgio Thurigero contra Turcos strenuè defenditur. 741
Papa nepotibus suis amplissimis matrimoniis prospicit. 280
Papa quibus nationibus coniugium sacerdotum concesserit. 646
Paradisus Protestantium templum Lugduni à Pontificiis solo æquatur. 823
Parisini senatus responsio. 384
Parisini Busemuallum castrum recipiunt. 824
Parmensis Brederodo & sociis suis confœderatis respondet. 736
Pauli IV. Pontificis maximi mors. 150

Petrus Viretus Ecclesiæ Lugdunensis minister, vrbe excedit. 564
Petri Lotichii II. mors & epitaphium. 253
Persecutio Lutheranorum Lutetiæ Parisiorum. 40
Persecutiones maximæ Lutheranorum in regno Galliæ. 125
Persecutores Ecclesiæ diuinitus puniti. 67
Pictauium à Protestantibus obsidetur. 1051
Pignonium arx piratarum temerè ab Hispanis tentatur. 573
Pij IV. summi Pontificis eiusque virtutes ac vitia. 696
Philippus Rex. Hispanus facto naufragio ingentis pretii supellectilem amittit, & post modum Lutheranos grauissimè persequitur. 128
Philippi Melanthonis mors & Epicedion. 198
Philippo regi Hispaniarum fidei suæ confessionem offerunt. 263
Poloni Suecorum victores. 781
Poloniæ rex Moscorum victor. 612
Poloniæ rex nouo inuestito Duci Borussiæ religionem Augustanæ confessionis confirmat. 1006
Poloniæ regis de Ducatu Borussiæ decreta. 722
Pomeraniæ Duces inter reges Sueciæ & Daniæ tamquam mediatores se interponunt. 666
Poncenacus ex vulnere moritur, & in eius cadauer à Pontificiis militibus sæuitur. 852
Poncenaci aduersus Condæum collecta copia variè dissipantur. 840
Pontificiorum aduersus Protestantes molitiones & persecutiones variæ. 730 & seq.
Potentia Guisiorum in aula Franciæ. 119
Princeps Bipontinus moritur. 1019
Princeps Orengianus ex Belgio in Galliam cum exercitu proficiscitur: sed re infecta tandem in Germaniam reuertitur. 994
Principum ac Nobilium Gallo-Protestantium ad regem suum, protestatio, cum encomio regis coniuncta. 104[illegible]
Probatio matrimonii sacerdotum. 647
Promissorum immemor grauiores cum fratre simultates exercet. 166
Protestantes petunt continuationem colloquii. 300
Protestantes in Gallia cur sese à Rege suo ad tempus subtraxerint. 1041
Protestantes in Belgio crudelissime ab Albano persequuntur. 996
Protestantes Condæo mittunt auxilia, & Condæi perscriptum publicum, repetita purgatio. 467
Protestantes Lugduni ingentibus calamitatibus afficiuntur. 822
Protestantes in Belgio persequuntur.

tur. 262
Protestantes aduersus Guisios fœdus facunt, istiusque fœderis explicatio. 366
Protestantes Agendici Senonum grauissimè ac crudelissimè persequuntur, qua de re Condæus apud Reginam conqueritur. 372
Protestantes culpam excitati tumultus libellis publicè affixis à se remouere conantur. 337
Protestantes Turoni grauissimè persequuntur eorumdemque Pastor in ipsa Cathedra confoditur. 590
Protestantes exemplo Pontificiorum ad alendos sumptus bellicos Ecclesiasticorum facultates distrahunt. 1013
Protestantes in Belgio conciones exercent publicas. 716. huius sui facti rationem reddunt. ibid.
Protestantes nihil aliud quam conscientiarum libertatem vitæque ac fortunarum suarum conseruationem à rege efflagitant. 918
Protestantium in negotio religionis integritas ac Constantia. 903
Protestantium colloquentium nomina. 285
Protestantium in Armorica progressus. 242
Protestantium cum primitiua Ecclesia in religione consensus. 416
Protestantium Principum in conuentu Naumburgico congregatorum ad Cæsarem littera, & nomina. 26
Protestantibus exercitium religionis rex Galliæ interdicit. 58
Protestantibus per edictum Regium omnis religionis vsus interdicitur 973
Protestantibus ac simul Pontificiis in Belgio edicto cauetur. 729
Publica & priuata querela differunt. 23
Pugna naualis Danorum & Suecorum. 726

Q.

Querela reginæ Angliæ de interceptis & interfectis suis mercatoribus. 447
Querela varia variorum de inflata regni administratione Guisiorum. 183
Querela regis Galliæ de administrorum suorum inobedientia. 945
Querela publica & priuata differunt. 232
Querela de Episcoporum mala administratione & negligentia. 216

R.

Rebelles Scoti in Angliam se recipiunt. 621

Redetus Hispaniarum regis ex Anglia. 22
Refomnati in Hispania cremantur. 117
Reformata religionis cultorum libelli ad Regem supplices. 214
Rex-Galliæ cum suis Posiacum ad colloquium proficiscitur. 287
Regis & reginarum officium. 217
Regina quo pacto regi Nauarræo reconciliata sit. 267
Regina filiam interfecti Marescalli Santandraæi, filio Condæi elocare conatur. 566
Regina Galliæ Condæum ad pacem sollicitat. 993
Regina Nauarræa coniunctionis cum Condæo, datis ad Regem Galliæ litteris, rationem reddit. 960
Regina Nauarræa ad milites concio. 1023
Reginam Scotiæ raptam Dumbarum secum adducit. 804
Reginaldi Poli Cardinalis obitus. 83
Responsio senatus Parisini. 384
Ridiculosus Halis locus propter occupatum à Christianis Strigonium. 24
Riddagus à VVenden monasterii Rittershusensis prope Brunsvvigam fundator ac eiusdem Abbatum nomina. 878
Riuerius instinctu Burdillonis Marescalli in suis ædibus occiditur. 634
Rizius ex Crœso iam fit Iro pauperior, multis enim vulneribus confoditur. 61…
Rizii potentia accrescit & regis Scotici auctoritas apud Reginam contra vilescit. 62…
Roberti Stephani vita & obitu… 138
Romani militis definitio Vegetii… 855
Rotenburgum ad Salam à Ioann… Mansfeldio oppugnatur. 7…
Rothomagum à Guisiis denuo obsid…tur. 4…
Rothomagi expugnatio & direptio… 499
Rossillonaa declaratio à Condæo … xatur & cum edicto compar… 593
Rossillonaa edicti regii declaratio…
Rostochienses à Ioanne Alberto Du… Megapolitano grauissime … ctantur. 67…
Ruffecum castrum & nonnulla … vrbes ab Andelot occupantur. 1017
Rupellanses cur motus intestinos con…citauerint. 9…
Rauenus cædem in Rizio perpetratam apud Reginam excusat. 627

S.

Salmurium ab Andeloto occupatur. 97…
Sancerra aduersus Regios fortissime dimicat & hostem tacita obsidione propellit. 1014

Sanfiorentum à Condeo comburitur. 1010
Sanguinolenta regis Hispaniarum aduersus Protestantes consilia. 689
San-Ianum Angelicum & alia Pontificiorum vrbes Condeo sese dedunt. 970
Sansacus ad obsidionem Caritae ingenti afficitur incommodo, & re infecta discedit. 1036
Santandraanus expugnat Pictauium. 415
Sarrium Castellum à Brissaco oppugnatur. 830
Scaligerorum familia vetustissima ac nobilissima. 90
Scriptum regina Anglia ob tributa Condeo auxilia. 443
Scriptura Ecclesia superior. 320
Scoti à Gallis caeduntur & fugantur. 151
Scoti à regina Anglia auxilia petunt & impetrant. 152
Scoti rebelles in Angliam se recipiunt. 621
Scotorum regina in protegendo marito constantia. 816
Scotia rex iussu & instinctu coniugis necatur. 799
Scotia proceres ad Regentem scribunt. 148
Scotia regina in percussores Rizii animaduertit, eiusdemque cadauer in monumenta maiorum suorum transfert. 628
Schwendius Erdendam ac totum eiusdem territorium rursum occupat. 66[illegible]
Sebastianus ab Heussenstamm Archiepiscopus Moguntinus moritur. [illegible]
Secundum scriptum Apologeticum pro Lutheranis Lutetia captiuis 45
Seditio Antuerpiensis sedatur. 1[illegible]
Selymus Solimanni filius parenti in Imperio succedit. 757
Simoniaci qui & cur sic dicantur. 22[illegible]
Simultates inter Auriam classis praefectum & Mendozam. 571
Senatus Parisinus ad promulgandum Ianuarii edictum quasi cogitur. 346
Senatus & ciues Rostochienses reconciliantur. 717
Seretschinum à Swendio occupatur 657
Serius Vicecomes vna cum fratre suo germano crudeliter à latrone Honorato interficitur. 518
Serinius in expugnatione Sigethi fortiter cadit. 75[illegible]
Serinius ad deditionem Sigethi nec muneribus nec aliis à Solimanno artibus commoueri sese patitur. 748. & seq.
Serinii oratio ad concionem militum. 75[illegible]
Sigismundus rex Polonia Parnauiam in Liuonia proditione cap. 661
Sigismūdus Marchio Brādeburg. &c. rebus humanis eximitur, cui in Archi-

episcopatu Ioachimus Fridericus Marchio itidem Brandenburgicus succedit. 738
Synodus Parisina. 81
Sodomia Italorum militum detestanda. 452
Solimannus Persiam inaugurato itinere ingreditur. 173
Solymannus Sigethum obsidet. 744
Solimannus aduersus Baiazetem filium, consilium sacrorum Antistitis petit. 169
Solimannus Persiam inaugurato itinere ingreditur. 173
Solimannus pratoribus prouincialibus ad opprimendam Mustafam fictitium, dat negotium. 163
Solimanni mors Imperatoris Turcici. 755
Solimanni munera Ferdinando Caesari transmissa. 465
Speculatores quantum in rebus bellicis valeant. 548
Spoliorum in exercitu Condaeano distributio. 960
Stocholmia à Ioanne Duce Finlandiae deditione capitur & Erico exauctorato, Finlandus in regem Sueciae eligitur. 955
Stolida Syndici Rostochiensis arrogantia & iactantia. 670
Strozza multis suorum caesis à protestantibus capitur. 1033
Studiosus quidam à Pontificiis Lutetiae crudeliter occiditur. 77
Subditi cur edictis & statutis regiis minime obtemperent. 234
Successio personarum quatenus in Ecclesia agnoscatur. 306
Successio personalis quando interrupta sit. 303
Sueci à Danis praelio vincuntur & fugantur. 527
Succia Rex sponsa sua [illegible], racia Hassiae potiri [illegible]. 523
Suecica classis D[illegible] fium naues ex improuiso dissipat. 665
Suecicarum nauium aliquot interitus. 666
Suendius Hustam frustra obsidet. 740
Summa diplomatis Pontificij contra Reformatam religionem profitentes. 982
Summum ius summa quandoque iniuria. 101
Superba Scotorum procerum ad mandata Regentis responsio. 150

T.

Tauanius nomine Guisiorum Lugdunum obsidet. 441
Tractatio controuersiae inter Danicum & Holsatiae Ducem ad biennium differtur. 785
Transactionis summa inter Albertum & ordines Borussiae. 724
Transactio inter VVurceburgenses & Grumbachium. 578
Theologorum ac Iurisconsultorũ de

Guisiorum tyrannide iudicium. 185
Terrida Montalbani obsidionem continuat, quæ tamen à regina pacificatur. 512
Tyrannis ac immanis crudelitas Pontificia in Cardinales aliquot pacificos. 84
Tocaium certis conditionibus à Cæsareanis recipitur. 656
Tria mala regni Francici. 600
Trium Lunarum apparitio. 950
Triumuiratus Blesas protestantibus rursum eripit. 411
Tristis rerum Protestantium in Gallia facies. 891
Tumultus Mediolanensis propter inquisitionem. 573
Tumultus Germanorum militum in castris Philippi. 38
Tumultus Parisiensis ob Psalmorum aliquot Dauidicorum cantionem. 75
Tumultuum Tolosani & Vasconici descriptio. 516
Tartari in Transsyluania maximam crudelitatem exercent. 764
Turbarum Gallicarum non Rex, sed Cardinalis Lotharenus auctor. 911
Turbarum Gallicarum initium. 1010
Turci Penonium occupant. 51
Turci Sigethum summis viribus oppugnant. 750
Turci cum dedecore ac maxima suorum strage ab obsidione Melitæ discedunt. 685
Turci oppugnationem Melitæ denuo redintegrant, à qua vicissim non sine damno retrocedere coguntur. 677
Turcæ Oranum frustra obsident. 570
Turci ab oppugnatione Melitæ repelluntur. 875
Turcæ Aiuatsium occupant. 740
Turcorum stolida iactantia & Christianorum Imperatorum cõtemptus. 762
Turcarum ingens numerus à Cæsareanis in fugam vertitur. 761
Turcorum noua molitiones denuo à Christianis subuertuntur. 680
Turcorum in obsidione Sigethi primus impetus. 747
Turcis omnibus viribus Melita infestatur. 875
Turcica expeditio in Hungariam. 743
Turnonius Bezæ sermonem interrumpit & regem compellat. 293
Turnonij sententia ac petitio. 291

V.

Valentiniani Præsulis sententia. 215
In Valencenenses oppugnatos crudelißime à Nocarmio sæuitur. 736
Valetta relictis impedimentis fugam capeßit. 861
Valetta ad Garsiam littera. 683
Varia Variorum de Maria Stuarda

regina Scotica, sententia. 817
Varij motus in diuersis Galliæ prouinciis. 837
Vassiacensis cladis à Guisio factæ descriptio. 350
Veda arx Aremlegij Comitis à Ludouico Nassouio occupatur. 882
Venetorum Legati à Paulo quarto honorifice excipiuntur. 146
Vetusta consuetudo in expediendis Imperij negotiis. 6
Verbum Dei principale dirimendarum controuersiarum in negotio religionis remedium. 1046
Vesprinium, Totisa, Gestesum & castella quam plurima à Salmensi Comite Turcis eripiuntur. 742
Vicecancellarij Regij ad Ducem Borussiæ oratiuncula. 1003
Vita aulica splendida miseria. 821
Vocatio ordinaria & extraordinaria in Ecclesia differunt. 308
Voluptatis elegantissima & verissima descriptio. 636
Vulpina pellis assumenda leonina si non sufficit. 991

W.

WArburgum arx à Danis recipitur. 1052
VVenceslaus Archidux Austriæ nascitur. 28
VVirtembergicus causam Regiorum mandatorum explorat. 556
VVirtembergici ad postulata Regis resolutio. 557
VVolffgangi Comitis à Barby quinque Electorum Saxoniæ Consiliarij 694

Z.

ZIgethum Turci summis viribus oppugnant. 750
Zigethi vrbis descriptio. 19

FINIS.